



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

Ligni Vitæ Liber Secvndvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38372**

# LIGNI VITAE

## LIBER SECVNDVS.

DONNO ARNOLDO VVION

Belga Duacensi, & Monacho Casinensi,

AVCTORE.



### ARGVMENTVM.



**A**BSOLVTO, de Sanctis: P.N. Benedicto, & aliorum Ordinum fundatoribus, id est, de istius Ligni sacratissimi radice, Tractatu, ordo poscere videbatur, ut Arborem ipsam & Ramos explicaremus; sed cum, ut in prefatione ad Lectorem diximus, consilij nostri fuerit, prius non solum Radicem ipsam, verumetiam eos qui illam circumstant & ambiunt; antequam ad Ramos accedamus explicare, ut declaratio ipsa quandam seriem continuatam haberet; Secundum huius Ligni Vitae Librum auspicabimur ab ijs, qui ex Monastico statu prodeuntes, maximum illi splendorem addiderunt, ob numerum, quae gesserunt, amplitudinem ac praestantiam; qui ad dexteram eiusdem Patris, alij Pontificio, nonnulli Cardinalicio, quidam Archiepiscopali, caeteri Episcopali, Postremi Abbatiali habitu, pro dignitatum diuersitate, supplices stare conspiciuntur, quasi de accepto munere tanto Patri gratias referentes. Primi nobis occurrunt Summi Romanae Ecclesiae Pontifices, de quorum numero non parua est inter Historicos controuersia. Quidam namque, qui rectius senserunt, usque, potiores, viginti quattuor, aut 25. vel 26. fuisse recte affirmarunt. Tritemius noster de Vir. illustribus Ordinis Sancti Benedicti, lib. 1. cap. 5. & lib. 4. cap. 20. octodecim cognoscit; qui tamen & alibi aliquoties 24. extitisse fatetur. Petrus a Bugiano, Pontificibus Ordinum, Camaldulensis, Cisterciensis, & Caesitini exclusis, legitimos 37. nouem vero schismaticos cum Francisco Yuannez, Gonsaluo

Gonsaluo Illesca, & Hieronymo Plata, & alijs, fuisse contendit. Omnium autem, quos reperire potui, exactissima discussione facta, eorum opinionem sic conciliandam arbitraver, ut dicamus cum Trittemio, Pontifices, Sanctos videlicet, Ordinis D. Benedicti, quorum locus professionis constat, fuisse numero octodecim, scilicet;

Sanctus Gregorius I. Monachus S. Andrea, Roma.  
 Sanctus Bonifacius I I I I. S. Sebastiani, Roma.  
 Sanctus Adeodatus, S. Erasmi, Roma.  
 Sanctus Agaibo, S. Hermetis, Panhorni.  
 Sanctus Stephanus I I I. S. Benedicti, Casini.  
 Sanctus Stephanus I I I I. S. Chrysogoni, Roma.  
 Sanctus Paschalis I. S. Stephani, Roma.  
 Sanctus Gregorius I I I I. Fosse nove, Terracine.  
 Sanctus Leo III. SS. Silvestri & Martini, Roma.  
 Sanctus Leo V. de Brandalo, Cassano.  
 Sanctus Leo I X. Tullensis.  
 Sanctus Stephanus X. dictus I X. Casini.  
 Sanctus Gregorius V I I. SS. Petri & Pauli, Cluniaci.  
 Sanctus Victor I I I. S. Trinitatis, Cava.  
 Sanctus Urbanus I I. Cluniaci.  
 Sanctus Paschalis I I. S. Laurentij, Roma.  
 Sanctus Gelasius I I. Casini.  
 Sanctus Urbanus V. Cluniaci.

Nam adiectis alijs qui inter Sanctos non computantur plures fuisse quam octodecim ex Platina Panuino, alijsq; historicis & ipsomet Trittemio constat. Libro enim tertio, cap. 161. Gregorium I I. & in Chron. Hirsaug. Leonem I X. addit, de quibus in quarto libro nullam mentionem egit. Adnumerantur & a Platina, Paschalis I. & a Panuino, Ioannes I X; quos Trittemius pratermisit; qui tamen ab omnibus Historicis Monachi fuisse probantur. Adducuntur & ab alijs alijs, qui Trittemium omnino fugerunt. Quod ipsum diligenter attendens, cum recensisset Pontifices ab ipso repertos, sic in conclusione, libro 4. cap. 20. loquitur: Hos ego Romanos duntaxat Pontifices ex Ordine Sancti Benedicti certo reor assumptos: quanquam possibile sit, fuisse & alios, quorum professionis titulos Chronographi transfissent. Hec ille. Connumeratis vero ad prefatos octodecim, alijs septem Pontificibus Sanctis, Ordinis quidem Divi Benedicti, ut affirmant, sed quorum professionis locus ignoratur, ut pote,

S. Benedicto I. Monacho, S. Pelagio II. Pontifici  
S. Benedicto II. Pontifici, S. Gregorio I. Pontifici  
S. Gregorio III. Pontifici, S. Zacharia, Pontifici  
S. Sergio III. Pontifici.

Omnino numerus ille Pontificum Sanctorum viginti quinque insurget, qui ab omnibus ferè Historicis adducitur. Numerum autem hunc de Pontificibus Sanctis solis, & non alijs debere intelligi, nos veterum monumentorum illius presertim, quod in fine Chronici Casinensis reperitur, docet auctoritas, sic enim habet, Ioannes Papa XXI Is fecit extrahi Canonizatos de Ordine & Regula Sanctissimi Benedicti, ex libris summorum Pontificum: & reperit quod à tempore dicti Patris, usque ad tempus suum fuerunt infrascripti,

Romanæ Sedis Pontifices XXV. &c.

Quibus si adiungantur & alij Pontifices non Sancti, qui à Bugiano, & nonnullis alijs produntur, fortassis etiam maior numerus reperietur, quam qui ab ipsis adducitur. Ne tamen falsa pro ueris adduxisse uideamur, necessarium nobis uisum est ipsos Pontifices in aliquot ordines & capita distinguere, ut & narratio ipsa ueritate fulciatur, & honor eorum & dignitas integritatem suam habeat. Primò igitur agemus de Pontificibus illis tam Sanctis, quam non Sanctis, qui ex certo aliquo Monasterio, ad tantam dignitatem assumpti referuntur. Secundò, de illis, qui Ordinis quidem Benedictini probantur, ex quo tamen cœnobio assumpti fuerint non liquet. Tertio, Pontifices illos commemorabimus qui Monachi fuisse referuntur, sed cuius Ordinis, aut ex qua familia, ab Historicis non explicatur. Quarto, dignitas eorum exprimetur, non laudando uerum, sed qualitatem personarum notificando, qui se pro Pontificibus, propria sua auctoritate gesserunt. Quintò & ultimò illi apponentur, qui ex Pontificatu aliquo suo uirio deiectionis, Monasticum habitum sumere coacti sunt.

DE SVMMIS PONTIFICIBVS S.R.E.  
Ordinis S. Benedicti Nigrorum, quorum  
locus professionis constat:  
quibus

*Statuit Deus Sacerdotium Magnum, & Beatificauit illos in gloria. Eccles. 45. Cap. I.*

SANCTVS GREGORIVS I. MAGNVS.

**S.** **G**REGORIVS, cognomento Magnus, natione Romanus, ex Patre Gordiano Senatore, Matre Siluia, nobilissimo & antiquissimo Aniciorum genere ortus, Felicis IIII. Papæ pronepos, ex Monacho & Abbate Sancti Andreae Romæ in clitio scauri, Congregationis Primæ, quæ Cardinalis siue Benedictina appellata est, & S. R. E. Archidiacono Cardinale, Romanus Pontifex creatus & ordinatus, tertio nonas Septembris, Anno Christi 591. Indictione 9. Sedit annos 13. menses 6. dies 5. Duabus Ordinationibus, vna in Quadragesima: altera mense Decembri celebratis, Episcopos 62. Presbyteros 39. & Diaconos 5. creauit; obiit 4. Idus Martij Anno Christo 604. Indictione 7. Sepultus ad S. Petrum ante secretarium: vacauit Sedes M. 5. D. 19.

ANNOTATIO.

*Huius Sanctissimi Pontificis Monachatum, produnt, Platina de Viris Pontif. Rom. in eius vita: Ioannes Diaconus vita eiusdem lib. 1. Ioannes Tritemius Abbas de vir. ill. ord. S. Ben. lib. 4. c. 2. & alibi sapius. Frater Onuphrius Panvinus in vtroque Epitome, in folio, scilicet, & quarto: & in vtroque chronico, Ecclesiastico, & Pontificum Romanorum. Hieronymus Plata Societatis Iesu, de bono status religiosi, lib. 2. c. 28. F. Iacobus Philippus Bergomensis Supplementi Chronicorum, lib. 10. Ipse uet S. Gregorius, dialogorum, lib. 3. cap. 18. & 36. & lib. 4. cap. 55. & in priuilegio suo quod S. Bonito Abbati Lateranensi dedit, sic inquit: Proinde iuxta vestram petitionem, pro amore quem in communi Patre & Magistro nostro Benedicto, & in discipulis eius specialem & singularem gerimus &c. aliiq; infiniti, tam veteres, quam Neotheotici, qui ab his desumpserunt. Ordinationem eius reuiciunt nonnulli in an-*

num 592. alii, uq̄, potiores, in annum 590. R. Casar Baronius tamen in Martyrologij Romani scholiis ad diem tertium Septembris, quem sequitur & Ioannes Mariana Societatis Iesu de rebus Hispaniæ, lib. 6. cap. 1. anno 591. accidisse affirmat. Et rectè. Obit enim omnium consensu anno Christi 604. die duodecimo mensis Martii, cum sedisset annos tredecim, menses sex, & dies octo, qui in unum collati, ordinationem prefatam anno 591. optimè positam demonstrant. Quantus, & qualis fuerit, ex ipsius, aliorumq̄, Sanctorum, & Doctorum scriptis elicitur; manifestum tamen fiet ex vniuersi Alfredi Anglorum Regis testimonio, qui in fine translationis Dialogorum eius in linguâ Saxoniam, his eū Laudibus exornat: Hoc scriptum Augustinus trans falsum mare, ab Austro ad incolas huius Regni pertulit, sicut illud, antea præparauerat Seruus Domini Papa Romanus, rectus Vicarius gubernans Gregorius: considerata vir fortitudinis, absque furore; summo sensu, sapientia, consilio præditus; immensus thesaurus; quoniam is generis humani partem maximam cælo lucrificavit: Romanorum uir optimus: mentis magnitudine abundantissimus; maiestate liberrimus. *Hæc Alfredus Rex.*

## S. BONIFACIUS IIII.

S. BONIFACIUS IIII. Ioānis Medici filius, Valeriensis, Marfus, ex Monacho Sancti Sebastiani in Vrbe Roma, Congregationis primæ Benedictinæ: & S. R. E. Presbytero Cardinale iunior Pontifex 5. Idus Iunij renunciatus, A. C. 606. Ind. 9. Eo munere functus est An. 6. M. 8. D. 13. Cumque duabus ordinationibus Episcopos 36. Presbyteros, aliquot, & Diaconos 9. creasset, obiit 8. Calen. Iunij A. C. 613. Ind. 1. Vacauit eo mortuo sedes Romana M. 7. D. 25. Sepultus est ad Sanctum Petrum, vbi legitur hoc Epitaphium sibi & Gregorio IIII. commune, a Bonifacio VIII. positum.

*Gregorius quartus iacet hic: Bonifacius almus,  
Huius qui sedis fuit æquus rector & ædis,  
Tempore qui Phocæ cernens templum fore Rome,  
Delubra cunctorum fuerunt quæ Demoniorum,  
Hoc expurgauit, sanctis cunctisq̄, dicauit.  
Eius natalis solemnia qui celebratis,  
Primis Septembris fert hæc lux quarta Calendis.  
Octauus titulo hoc Bonifacius ossa reperta,  
Hæc locat erecta Bonifacii nominis ara.*

## ANNOTATIO.

*Monachum fuisse in eodem, quod diximus, Monasterio restantur Trutemius,*

*Tritemius lib. 4. cap. 3. Franciscus Yuanex Monachus Hispanus in Compendio vir. ill. Ord. S. Benedicti. Plata lib. 2. cap. 28. & alij nonnulli recentiores qui ab his acceperunt. Anni Pontificatus, mortis, & Creationis, ex Platina, Panuino, & Baronio adiuncti. In Epitaphio adiuncto sunt aliqua obscura, exscriptimus tamen illud vt erat.*

## S. ADEODATVS.

S. ADEODATVS, Iouiani filius, Romanus, ex monacho sancti Erasmi in Cœlio monte Romæ; Congregationis primæ Benedictinæ: Nauiculæ piscatoriæ Rector. 10. Calen. Maii. An. C. 672. Ind. 15. pronunciatuſ, eandem gubernauit An. 4. Mens. 2. D. 5. & ordinatione vna Episcoporum 46. Presbyterorum 14. & Diaconorum 2. peracta, decessit, 6. Cal. Iulii. A. C. 676. Ind. 4. Sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes mens. 2. dies 5.

## A N N O T A T I O.

*Non soluz Platina in eius uita; verum etiam Tritemius lib. 4. cap. 4. Panuinus in vtrisque, Epitomis, & Chronicis; Yuanex, & Plata, locis citatis; Volaterranus antropologia lib. 22. & alij omnes neotherici, huius Monachismum confirmant. De patre nonnulli uariant, Platina cum sequacibus Iovinianum, Panuino uero, & a seclis, Iouianum & recte, legentibus. In annis, Platina, & Panuinus sequuntur.*

## S. AGATHO.

S. AGATHO, Pannonij filius, Panhormitanus, Siculus, ex Monacho sancti Hermeris Panhormi, Congregationis Siculæ, & S. R. E. Presbytero Card. Nonis Iulii A. C. 679. Ind. 7. Tiara Pontificia redimitus: ea ornatus est A. 2. M. 6. D. 4. qua & priuatus, postquam ordinationem unam Episcoporum 18. Presbyterorum 10. & Diaconorum 5. celebrasset, die 4. idus Ianuarii. A. C. 682. Ind. 10. Sepultus ad S. Petrum. Vacauit sedes M. 7. D. 1.

## A N N O T A T I O.

*Vniuersus ferè historicorum consensus, hunc Agathonem Monachum fuisse approbat, quos inter precipui sunt Platina in eius uita; Tritem. lib. 4. cap. 5. & in alijs suis operibus frequentius: Panuinus in utroque Epitome, & Chronico. Yuanex, & Plata, ut supra: Supplementum Chronicorum lib. 10. ubi uocatur, Pontifex quartus ex Monachorum grege assumptus: Gilbertus Genebrardus Chronologia lib. 3. & nonnulli alij recentiorum. Panhormi in Sicilia non solum natum, uerum etiam per professionem Monasticam renatum ex Chron. Pontificum Romanorum. Panuini accepimus. Siculum fuisse omnes, quos hactenus uidi, asseuerant; Patria Panhormitanum scribit Panuinus: sed Reuer. P. Fr. Alphonsus*

Ciacon Hispanus Biancus, Ordinis Fratrum Prædicatorum, in libro suo nondum excuso de perpetuo Ecclesiæ Pontificatu, Aquilani, Castro Vallis Siciliæ in Prouincia ulterioris Aprutij, ortum dicit. Verum enim uero, si uis uocabuli, Siculi, rectè pensetur, Panuini opinio uerosimilior multò probatur. Patrem eius Romanum uocat Platina, Panuinus & recentiores Pannonium: qui auctores sic intelligendi sunt, ut Pannonium appellatione, Romanum uero Origine, agnoscamus. Ratio annorum ex Panuino desumpta.

## S. STEPHANVS III.

S. STEPHANVS III. dictus II. Constantini filius, Romanus, ex Monacho Monasterii Montis Casini, & S. R. E. Diacono Cardinale: ad oues Christi pascendas assumptus A. C. 752. Ind. 5. die 4. calendæ Aprilis, quarto Nonas eiusdem mensis consecrationis munus accipiens, eandem uerbi Dei pabulo pauit annis 5. diebus 29. Et tandem omnibus collachrymantibus obiit A. C. 757. Indiæ. 10. sexto calendæ Maii: & ad Sanctum Petrum sepultus est. Vacauit sedes eo mortuo dies 32. Ordinatione unica mente Martio celebrata, creauit Episcopos 15. Presbyteros duos, & Diaconos duos. Scripsit Epistolarum ad diuersos lib. 1. quarum aliquas habet Anastasius Bibliothecarius, qui apud me est MS. quæ tamen sunt mihi ualde suspectæ.

## ANNOTATIO.

Monasterium S. Chrysogoni Romæ hunc nobis dedisse Pontificem, au-  
tores sunt, R. P. Alphonsus Ciacon lib. de perpetuo ecclesiæ Pontificatu  
MS. & Petrus Bugianus in hist. monast. sic inquit. Immediatè à Za-  
charia successit Stefano Terzo, nato in Sicilia, ilqual fuit Monacho nel  
Monasterio di S. Grisogono di Roma, in Transteuere, &c. Quod im-  
mediate Zachariæ successisse dicit, in causa est Stephanus II. qui quod  
tertio Pontificatus die obiit, ab eo pro Pontificè non agnoscat. Natio-  
ne Siculum, ex nominis Stephani equiuocatione, apposuit, in quo corrigend-  
us est, non enim qui immediatè Zachariæ successit Siculus fuit, sed qui  
Paulo surrogatus est, Constantino, & Philippo in ordinem redactis. Re-  
ctè quidem ab eodem Bugiano uocatur tertius huius nominis, male tamen  
particula illa, Immediatè posita cernitur, nam Stephanus II. qui tres tan-  
tum dies sedit immediatè Zachariæ successit, qui cum ab eo pro Pontifi-  
cè non numeretur, Stephanus iam non tertius, sed secundus esset dicen-  
dus, reponenda igitur est pro Immediatè, diffio Mediatè. Opinio autem  
R. P. D. Benedicti Luchini, Mantuani, Abbatis S. Mariæ Gratiarum  
apud Placentiam, in colloquio suo MS. rerum Ecclesiasticarum cap. 22.  
est.



est, hunc Monachum fuisse Casinensem, cui & libentius, quã precedentibus subscribo, fulcitur enim & roboratur auctoritate Anastasii Bibliothecarii, qui in historia de translatione corporum SS. Benedicti & Scholasticę, sic ait: Idem vero Sanctus Papa Zacharias debitum naturę ex olivę migravit ad Dominum: & Stephanus Sanctissimus, ac Beatissimus, & Casinensis cœnobij Sol splendidissimus in Apostolicam sedem Pontifex subrogatur. Hęc ille: cuius verba apertissimè demonstrant, quod sicut Sol hoc nostrum Hemispherium suis radijs colustrat, ita & ille sue sanctitatis & dignitatis radijs, Monasterium suum Casinense, ex quo ad Pontificatum assumptus fuerat, splendidius reddiderit ac illustravit. In eodẽ tamen errore, quo Bugianus versatur Luchinus, in quo corrigendus veniet, & dictio, Romanus, pro dictione, Siculus, apponenda erit. In annis huius Pontificis Panuinum sequimur.

## S. STEPHANVS IIII.

S. STEPHANVS IIII. dictus III. Olybrij Rosamirani filius, Siracusanus, Siculus, ex Monacho Sancti Chrysogoni Romę Congregationis primę Benedictinę, & S. R. E. Presbytero Cardinale T. S. Cecilie; Cathedrę Sancti Petri impositus Nonis Augusti, consecrationem accepit 7. idus eiusdem, A. C. 768. Ind. 6. seditque in ea A. 3. M. 5. D. 27. Ordinatione una mēse Decembri Episcoporum 15. Presbyterorum 5. & Diaconorũ 4. facta, diem obiit, pridie cal. Febru. A. C. 772. Indic. 10. Sepultus ad S. Petrũ. Vacavit sedes dies 9. Scripsit Epistolas plures, ex quibus nonnullę extare dicuntur, sed eas non vidi.

## ANNOTATIO

Quod Monachus hic fuerit, habemus ex Platina in eius vita, Tritemio lib. 4. c. 6. Panuino in utrisque, Epitomis, & Chronicis: Yvannez, Platta, locis antedictis: alijsq; recentioribus, qui omnes uno consensu Monachum & Siculum fuisse produnt, Patriam tamen reticent. Hanc Alphonsus Ciacon libro MS. citato de perp. Eccles. Pontif. dicit fuisse, Castrum Tofficia, Vallis Siciliana in vltiori Aprutio, Thomas autem Fazellus Ordinis Predicatorum lib. 4. cap. 1. decadis prioris rerum Sicularum, Siracusis natum affirmat, sic dicens: Quid non ei splendoris addidit Stephanus ille patre Olybrio Siracusis natus, qui uirtute sua tertius huius nominis Pontifex Romanus, & vite puritate pii viri dignitatem est allecutus? Fazellij sententiam sequitur Christophorus Scanellus in descriptione Insule Sicilie, circa finem sic inquit, Diede splendore a questa Citta quella gloriosa Virgine & martire di Christo Lucia, & post paulo: Illustrò Siracusa Stephano terzo Pontifice Romano homo di gran doctrina. Ratione superius adducta de Stepha-

no 11. qui ob vitæ breuitatem inter Pontifices non numeratur a nonnullis, vocatus est hic tertius huius nominis a Fazello, & Scanello; quæ res, & diuersus computandi modus, magnas in tota Historia tenebras & caliginas offudit, quæ non nisi viris oculatissimis penetrabiles redduntur. Et inde grauius errauerunt Bugianus in colloquio primo, qui putat hunc Stephanum 4. eum esse qui Leoni 3. Papæ successit: & Gonsaluis Jllefcas in Hist. Pontif. lib. 4. cap. 28. qui in simili, sed grauiori multo, errore versatur, dicit enim illius Stephani V. dicti IIII. Monachismi, auctores esse Platinã & Panuinum, qui tamen de illius Monachatu nec uerbum quidem habent, sed tantum de Stephano IIII. dicto III. uti in eorum operibus uidere est; & de Stephano illo V. dicto IIII. ne unus quidem reperitur qui eum Monachum aliquando fuisse dicat. Corrigendi igitur ueniunt præfati auctores, & nomina predictorum Pontificum diligenter consideranda, antequam de illis certum quid definiatur.

## S. PASCHALIS I.

S. PASCHALIS primus, Maximi Bonosi filius, Romanus ex Monacho, & Abbate, Sancti Stephani iuxta S. Petrum Romæ, Congregationis primæ Benedictinæ: & S. R. E. Presbytero Cardinale, & uniuersalis Pastor. 6. cal. Februarij, anno Christi 817. Ind. 10. denunciatus; Christi gregem paut ann. 7. mens. 3. dieb. 18. & mensibus Decembri, & Martio, duabus Ordinationibus, Episcopus numero 15. Presbyteros 7. & Diaconos totidem, creauit: quibus peractis defunctus est, pridie Idus Maij, anno Christi 824. Ind. 2. in S. Petro sepultus. Vacat Sedes dies 4.

## ANNOTATIO.

Agunt & de huius Monachatu, Platina, in vitis Pont. Rom. Supplementum chronicorum, lib. 11. Panuinus in utroque Epitome, & chronico; Plata lib. 2. cap. 28. citato. & alij Neotherici, qui ab isdem sumpsferunt. Nomen patris eius a Platina omissum restituit nobis diligentissimus Panuinus, illud enim quod ab eodem Platina ponitur, non patris, sed familiae ipsius est. Annos creationis ipsius, regiminis, & mortis, ut & in omnibus sequentibus, ex Panuino adiecimus.

## S. GREGORIUS IIII.

S. GREGORIUS quartus, Ioannis filius, Romanus, ex Monacho Fosse nouæ prope Terracinam Campaniæ ciuitatem, Congregationis primæ Benedictinæ, & S. R. E. Presbytero Cardinale Tit. S. Marci, ad generalem Christiani gregis curam, 7. cal. Februarii anno Christi 828. Ind. 6. assumptus; eidem præfuit, annos 16. quibus, Ordinationes quinque, mensibus Martio, Septembri, & Decembri, Episco-

Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, 185. fecit, ac plenus dierum felici exitu migravit, 8. cal. Feb. anno Christi 844. Ind. 7. tumultus ad S. Petrum. Vacat Sedes dies 15.

## ANNOTATIO.

*A quinque quod sciam, huius quoque Monachatus describitur, Guidone, scilicet, Monacho Cisterciensi, quem tamen, ut verum fatear, necdum vidi nec legi: Plata lib. 2. c. 28. de bono status religiosi. & Petro Calzolari in historia Monastica, qui illud a Guidone se accepisse testatur; Francisco Yvanex in Compendio uir. ill. Ord. S. Ben. & Gonsaluo Illescas in hist. Pontif. lib. 4. c. 3. 2. De reliquis Panuinum sequor.*

## S. LEO III.

S. LEO III. Rodulphi filius, Romanus, ex monacho sanctorum Siluestri & Martini Romæ, Congregationis primæ Benedictinæ, & S. R. E. presbytero Cardinale T. Quatuor Coronatorum; ad onus Ecclesiasticum obeundum lectus pridie idus Aprilis, A. C. 847. Ind. 10. consecrationis munus accepit. 15. Maii anni eiusdem. Illud autem, maximo cum honore, sustinuit A. 8. mens. 3. D. 6. ac 16. cal. Augusti A. C. 857. Ind. 3. corporis sarcina deposita, cœlestia petiit. Ordinationibus duabus, mensibus Martio, & Decembri, Episcopos 65. Presbyteros 19. & Diaconos 8. creauit. Sepulturam habuit ad sanctum Petrum. Vacauit sedes, eo mortuo, dies 15.

## ANNOTATIO.

*Monasterium sanctorum Siluestri & Martini prope S. Petrum hunc nobis dedisse Pontificem affirmat Martinus Polonus Ord. Prædicatorum, uel Cisterciensis, & Archiepiscopus Consentinus chronici sui, lib. 4. sic inquit; Hic primum a parentibus ob studia litterarum in Monasterio sancti Martini, confessor, iuxta Ecclesiam beati Petri Apostoli positus fuit: ubi non solum in scientia, sed etiam in conuersatione, tanquam perfectus Monachus profecit. Confirmatur hæc eius sententia a Tritemio, lib. 4. cap. 7. Panuino in chronicis, Ecclesiastico, & Pontif. Roman. Plata lib. 2. cap. 28. supracitato; Supplemento chro. lib. 11. & aliquot recentioribus, ut Francisco Sansouino in chronico, quos breuitatis causa subiceo. Patris nomen diuersè a diuersis scribitur, quibusdam Radulphum, alijs Rodulphum, nonnullis Radualdum legentibus, quod uirio scriptorum factum puto.*

## STEPHANVS VII.

STEPHANVS VII. dictus VI. Ioannis Presbyteri Cardinalis filius, Romanus, ex Monacho Monasterii de Brandalo Ord. S. Benedicti, Congregationis primæ Benedictinæ, Episcopus Anagninus a

For-

Formoso Papa factus: deinde in locum Bonifacij VI. Pontifex Maximus creatus anno 898. die 4. Idus Aprilis: Sedit menfes 4. dies 23. Obiit Calendis Septembris eiusdem anni, & sepultus est ad S. Petrum. Vacauit sedes dies 8.

## A N N O T A T I O.

*Theodoricus Præpositus Leodiensis, vt refert Petrus Bugianus, hunc Monachum fuisse probat. Afferit & illud Gonsalvus Illescas in Hist. Pont. lib. 4. cap. 45. cui assenitur & Franciscus Yuannex in Compendio vir. ill. Ord. S. Benedicti, qui ambo Benedictinum illum scribunt, ex eodem cænobio de Brandalo assumptum. Supplementum Chron. lib. 11. & Marcus Guazzus in historia sua, Monachus eius post Pontificatum meminerunt: sed cum nullus qui vitas Pontificum scribit illum unquã depositum fuisse asserat, arbitramur aut mēdosos Codices esse, aut certè ipsos auctores hallucinatos. Reliqua de annis vitæ et Pontificatus ex Panuino desumpta.*

## I O A N N E S I X.

IOANNES IX. Rampoaldi filius, Romanus, ex Monacho cænobij Sancti Benedicti Tiburti, Congregationis primæ Benedictinæ, & S. R. E. Diacono Cardinale Christi Vicarius in terris, 5. Idus Octobris Anno Christi 898. Indict. 1. electus, eius uices egit A. 2. & D. 15. obiit que A. C. 900. Ind. 3. die 8. calen. Nouembris, nulla creatione Cardinalium facta, depositus ad S. Petrum: Vacauit sedes, dies 15. Scripsit de Vita sancti Gregorij Magni, Epistolam unam ad Ludouicum Balbum Imperatorem, quæ vtrum excusa sit nescio.

## A N N O T A T I O.

*Solus Panuinus in vtroque Epitome, & Chronico, hunc Monachum, temporum iniuria, & scriptorum negligentia ab hominum memoria deletum, sua nobis diligentia restituit. Monasterij nomen ex lib. 8. cap. 66. Petri Aequilini Episcopi in Catalogo sanctorum, ex coniectura uerisimili adiecimus. In reliquis Platinam, & Paninum sequimur. Quare vocetur a Platina huius nominis decimus, hoc effecit fabula interposita de Ioanne femina.*

## S. L E O V.

S. LEO V. Ardeatinus è Villa Priapi, cuius pater hætenus ignoratur, ex Monacho de Brandalo, Congregationis primæ Benedictinæ; octauo calen. Iunii Anno Christi 905. Ind. 8. Papa proclamatus, quadragesimo suæ ordinationis die à Christophoro presbytero coactus abdicauit, & ad Monasterium suum rediit, in quo non longè post ex mœtore animi mortuus, in Lateranensi Ecclesia sepultus est. Non vacauit Sedes.

[ANNO-

*ANNO TATIO.* Tritemius lib. 4. cap. 8. & Plata de bono Stat. Relig. lib. 2. cap. 28. & nonnulli recentiorum, huius Monachatum testantur; ubi autem sit Monasterium illud de Brandalo, siue Brondolo, quod citant, ingenue fateor hactenus me nescire. Ceteri Historici Monachatus tantummodo, quem post Pontificatum assumpsit, meminerunt.

**SILVESTER II.** Agilberti filius Aquitanus, Gallus, Gerebertus antea vocatus, ex Monacho Floriacensi in Gallijs & Abbate Bobiensi, Congregationis Cluniacensis primo Archiepiscopus Remensis, post Rauennas, postremo toti Ecclesie prepositus ipse calendaris Nouembris Anno Christi 998. Indictione 11. eandem gubernauit A. 4. M. 6. D. 12. Et cum nullos Cardinales creasset obiit Romae 4. idus Maii, Anno Christi 1003. Ind. 1. in basilica Lateranensi sepultus. Vacauit sedes dies 23.

*ANNO TATIO.*

Monachum hunc Floriacensem fuisse, omnes omnino quos viderim historici unanimi assertionem assenerant, quos inter precipui, & a quibus acciperunt alij, sunt, Annonius, siue Annonius lib. 5. cap. 46. Hist. Franc. Platina in eius vita. Tritemius lib. 4. cap. 9. & in alijs suis operibus frequenter: Panuinus in utroque Chron. & Epitome, Plata lib. 2. cap. 28. & alij infiniti, quos longum esset recensere. Nomen patris eius ab omnibus reicitur. In Monasterio tamen S. Trinitatis Cauæ in quodam uetustissimo Pontificum Romanorum Catalogo in membranis conscripto, illud reperi sic annotatum; Silvester II. Aquitanus ex patre Agilberto, sedit annos 4. mensem 1. dies 9. Quod autem genuina sit hæc patris eius nomenclatura, coniecturam facit scriptorum diuersitas in nominis ipsius Gereberti pronuntiatione, alijs Gilbertum, alijs autem Gerebertum aut Gerbertum legentibus; ob affinitatem maximam que intercedit inter Agilbertum, & Gerebertum: quæ non considerantes nonnulli auctores nomen patris eius sepiissime, littera tantum prima dempta, ei attribuerunt Gilbertum cum appellantes; quæ causa fuit ut usque in hodiernum, patris eius nomen ab historicis sit ignoratum. Fabulam de eius Magia, & pacto cum Demonio egregie refutant, Panuinus in annotationibus suis ad Platina: Gilbertus Genebrardus lib. 4. Chronologie: Robertus Bellarminus, Tomo 1. in tertia controversia generali, de Summo Pontifice, lib. 4. cap. 12. Plata de bono Status Relig. lib. 2. cap. 28. supracitato, & alij nonnulli. Errorem peperit quod tunc temporis, illo presertim seculo, id est anno 900. quo nullum fuit indoctus, & infelicis, qui philosophiæ, aut mathemati-

ca, operam darent, hisq; studijs delectarentur, ñ uulgò Astrologi, & Magi appellabantur: quod eo facilius a ruidibus de hoc homine creditum est, quem cum externus esset, alijs omnibus in tanto honore prælatum uidebant. Vrum tamen & doctissimum, & sanctissimum fuisse, ex multorum grauium historicorum testimonijs, probare licet: quorum primus occurrit præfatus Annonius lib. 5. cap. 46. sic inquit, Gebertus autem intelligens, quod iniuste Pontificalem suscepisset dignitatem, (Remensem scilicet) pœnitentia ductus est. Altercationem uero Geberti Pontificis & Leônis Abbatis ualde utilem plênus inuenies in gestis pontificum Remorum. Post hæc Dominus Gebertus electus est Pontifex in urbe Rauenna, ab Othone Imp. & a populo eiusdem urbis. Residente quæ eo in eadem urbe Pontificè, quam plurimos annos, defunctus est Papa urbis Romæ. Statim quæ omnis populus Romanus, sibi dari adclamat Domnium Gebertum: assumptus itaque de urbe Rauenna, Ordinatus est Pontifex in Vrbe Roma. Hæc Annonius. Blondus item decadis 2. lib. 3. huiusmodi de eo testimonium profert. Nullus scriptorum affirmare dubitat Siluestrum secundum litteris, moribus quæ ornatissimum fuisse. Hæc ille. Visitur & legitur usque in hodiernum in Lateranensi Ecclesia sepulchrum huius Pontificis cum Epitaphio posito a Sergio Papa IIII. uiro utique Sancto omnium scriptorum attestarione, & qui annis tantum quinque Siluestro posterior fuit, in quo tamquam optimus Pontifex laudatur Siluester, ut cuique legenti patebit, est enim tale.

Iste locus mundi, Siluestri membra sepulti,  
 Venturo Domino conferet ad sonitum,  
 Quem dederat mundo celebre doctissima virgo  
 Atque caput mundi culmina Romulea.  
 Primum Gerbertus meruit Francigena sede,  
 Remensis populi Metropolitim patria.  
 Inde Rauennatis meruit conscendere summum  
 Ecclesiæ regimen nobile sitque potens:  
 Post annum Romam mutato nomine sumpsit,  
 Ut toto pastor fieret orbe nouus.  
 Cui nimium placuit sociali mente fidelis,  
 Obtulit hoc Cæsar tertius Otho sibi.  
 Tempus uterque comit clara uirtute Sophiæ.  
 Gaudet & omne seclum, frangitur omne reum.  
 Clauigeri instar erat, cœlorum sede potitus.  
 Terna saffectus, cui uice pastor erat.

Iste

Iste vicem Petri postquam suscepit, abegit

Lustralis spatio secula morte sui.

Obtigit mundus discussa pace triumphus.

Ecclesie mutans dedidit requiem.

Sergius hunc loculum miti pietate sacerdos,

Successor que suis, compsit amore sui.

Quisquis ad hunc tumulum deuexa lumina uertis,

Omnipotens Domine, dic miserere sui.

Obiit anno Dominicę Incarnationis 1003. Indictione 1. mense  
Maii die 12.

*Discipuli eius pretereā, qualis & quantus fuerit ostendunt: quorum  
primus Otho. III. Imperator: secundus Robertus Gallie Rex: tertius uerò  
Leothericus Senonensis postmodum Archiepiscopus, qui ita ab eodem fue-  
runt instructi, ut omnibus illius seculi hominibus, prioris in rebus agendis  
prudentia; medijs, sanctitas, uitaq; innocentia; postremi uerò, eruditio &  
doctrina admirabiles haberentur. Sed huic ueritati obstare uidetur scri-  
ptura illa, quę in Ecclesia S. Crucis in Hierusalem Romę, ad dexteram in-  
gredientibus Capellam subterraneam tali modo legitur.*

Anno Domini M. III. tempore Otthonis III. Syluester Papa II,  
qui fuerat antea eiusdem Otthonis præceptor, non satis ritè forsan  
Pontificatum adeptus, a Spiritu præmonitus, qua die Hierusalem  
accederet, se fore moriturum, nesciens forrè hoc sacellum esse Hie-  
rusalem secundum, sui Pontificatus anno quinto, statuta die, rem  
hic diuinam faciens, ipsa die moritur. Eo tamen Diuina gratia ante  
communione, cum se iam tunc moriturum intellexisset, propter  
dignam penitudinem & lacrymas, ac loci sanctitatem ad statum ue-  
rissimilem salutis reducto: referatis enim post Diuina populo crimi-  
nibus suis, & ordinatione præmissa, ut in criminum ultionem exa-  
nime corpus suum ab indomitis Equis, per Urbem quaquaversum  
discurrentibus traheretur, & inhumatum dimitteretur, nisi Deus  
sua pietate aliud disponeret, Equisq; post longiorem cursum intra  
Lateranam ædem moratis, isthic ab Otthone tumulatur. Sergiusq;  
III. successor Mausoleum deinde expolitius reddidit. Sunt qui di-  
cunt Historico referente Vincentio, Asylum Romę, quod primum  
inter duos lucos Tarpeium & Palatinum, impunitati Virorum &  
Fœminarum Romulus dicatèrat, aucta Uibe ex Cœlio monte per  
Tullum Hostilium III. Roman. Regem, ad finem ipsius montis in-  
tra Urbis Pomerium translatum fuisse ex ipso fermè loco ubi nunc  
Basilicam Hierusalem constructam cernimus, ut ubi olim fuerat fla-  
gitiis

gitiis impunitas, ibi sub Christo accedentibus omnium peccatorum  
 venia tribuatur. *Hæc ibi. At scripturam hanc suspectam admodum &  
 dubiam esse ex multis coniecturari licet; primo quod Sergius Papa uocetur  
 III. eius nominis, cum fuerit IIII. deinde quod ab Otthone Impera-  
 tore dicatur illic tumultatus, cum constet Otthonem mortuum fuisse anno  
 Domini 1001. ipsis Calendis Februarij, Imperij sui anno 17. mense 1. die  
 21. tribus ferè annis antequam hic Siluester moreretur; tertio, quod ubiq;  
 coniecturis utitur, non veritate, ut patet ex aduerbijs illis, forsân, & forte.  
 Et alijs huius modi multis, quæ breuitatis gratia præterimus: tum quod  
 fundamento careant, tum etiam a quibus posita fuerit hæc scriptura pro-  
 fus ignoretur. Hæc igitur de Siluestro nostro dicta sufficiant.*

## IOANNES XIX.

IOANNES XIX. alijs XX. Platinae uero XXI. Gregorii filius  
 Romanus, & Benedicti VII. dicti, VIII. Frater de familia Comitum  
 Tusculanorum, ex Monacho S. Anastasii Romæ, Congregationis  
 Cluniacensis, & S.R.E. Card. Episcopo Portuensi, Summus Ponti-  
 fex pridie cal. Maii Anno Christi 1024. Ind. 7. electus, Pontificatum  
 tenuit A. 8. M. 7. Dies. 9. & Romæ nulla Cardinalium memoria reli-  
 cta 6. Idus Decembris A. C. 1032. Ind. 15. mortuus, ad S. Petrum se-  
 pulchus est: Vacauit sedes, dies 2.

## ANNOTATIO.

*Ioannis huius Monachus a Plata lib. 2. cap. 28. de bono Status Re-  
 ligiosi his significatur uerbis. Deinde an. 1009. Sergius 4. anno 1022.  
 Ioannes 19. Pontificatum iniere; hic ex Monasterio S. Anastasii Ro-  
 mæ, ille ex incerto, sed tamen ex Benedictina familia. Confirmatur  
 & a Guidone Monacho Clarauallese, & Theodorico Leodiensi præpo-  
 sito, ut refert Bugianus colloquio primo historiae Monasticae, & Gonsal-  
 uus Illescas in Hist. Pontif. lib. 5. cap. 4. his uerbis: Pero lo cierto es, que  
 fue Monje de Sant Benito en el Monasterio de Sant Anastasio en  
 Roma, como dize Guido, y Theodorico Autores, antiguos. Guido-  
 nem tamen & Theodoricum adhuc minime uidere potui, quamuis illos  
 cum diligentia perquisierim. De reliquis qui de eius Monachismo agant  
 nescio neminem. Vocatur hic a Platina huius differentia huius nominis  
 XXI. ab alijs XX. a Panuino uero & Plata, XIX. causa autem huius  
 differentie est, quod Platina Ioannem VIII. feminam, & Ioannem  
 XVIII. qui in Schismate contra Gregorium V. creatus est, inter Pontifices  
 numeret: & sic duobus his ad XIX. adiunctis, numerus eius XXI. re-  
 surgit. Alii uero Ioanne femina omisso, uigesimum appellant. At Pan-  
 uinus, eiusq; sequaces Ioanne VIII. & XVIII. de Catalogo Pontificum  
 Roma-*



*Romanorum refecatis, decimumnonum rectè nominant, causamq̄, reddit idem Panuinius in Epitome suo in quarto, cur Ioannem XVIII. de Catalogo Pontificum abraferit, eam scilicet, quod nominis eius ratio a tribus Pontificibus proximè sequentibus, qui Ioannis nomen habuere, in numero Romanorum Pontificum recepta non fuerit. Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 4. cap. 20. Ioannis huius Monachismum, in dubium reuocat.*

## S. L E O IX.

S. LEO IX. Hugonis filius, regio Comitum Habsburgi genere, natione Germanus, Prouincia Alsatia, Bruno antea uocatus, ex Monacho Tullenſi, in Leucis, Congregationis Cluniacensis, eiusdem ciuitatis Episcop. ac autoritate Imp. Henrici III. Augusti, Rom. Pontifex renunciatus, habitum Pontificum, quo indutus Romam petebat, suasionibus & consilijs Abbatis Cluniacensis, & Hildebrandi Monachi (qui postea fuit Gregorius VII. PP.) tanquam male acquisitum dimisit, & seipsum Pontificatu abdicauit, electione libera Clero, & Populo Romano restituta; Quod factum ita Deo gratum fuit, ut illud manifesto oraculo, uoce de cælo lapsa dicente, Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis, comprobare uoluerit. At uerò Romanus Clerus, Hildebrando sic operante, ac Deo ita disponente, eundem Brunonem imposito Leonis nomine, in Pontificem, Anno Christi 1049. Ind. 2. pridie Idus Februarii, eligit, eodemque (erat enim prima Dominica Quadragesimæ) cōsecrationis munus & coronationis insignia suscepit. Sedit in Apostolica sede An. 5. Mens. 2. dies 8. Aliquot ordinationibus, multos Cardinales creauit, ex quibus 14. solum reperta nomina; uidelicet, Episcoporum 4. Presbyterorum 6. & Diaconorum 4. Et tandem Romæ bonis operibus plenus obiit, 13. calen. Maij, Anno Christi 1054. Inditio. 7. in Sancto Petro sepultus: Vacauit sedes, Menses 11. dies 28. Scripsit ad Constantinum Monomachum Imperatorem,

De extirpandis hæresibus, Lib. 1.

Ad Patriarcham Constantinopolitanum, Lib. 1.

Contra errores Græcorum, lib. 1.

Ad Episcopos Africæ & Aegypti, Lib. 1.

Epistolarum ad diuersos, Lib. 1.

Quæ omnia excusa sunt partim Colonig. cum operibus Leonis I. Papæ: & partim item ibidem, apud Birckmannum anno 1569.

## A N N O T A T I O.

Notatur & huius Pontificis Monachismus a Tritemio in Chronico Hirsaugensis Monasterij his uerbis: Anno Domini 1048. Monasterio

K Hir-

Hirsaugiae uacante 46. anno, Bruno Episcopus Tullensis destinatione Imperatoris, &c. & paulò post: Erat autem filius comitis de Elingen, & Monachus Ordinis nostri, &c. *Trittemium sequutus est D. Franciscus Yuannez Monachus Hispanus in Compendio uirorum illustrium Ordinis S. Benedicti: & Illefcas lib. 4. cap. 8. Monachum autem fuisse Tullensem, in eo, quod ab eius nomine, Monasterium nunc S. Leonis vocatur, coniecturam verisimilem nobis peperit S. Humbertus Monachus qui ex eodem Monasterio ab eodem Leone assumptus, non longe post S. R. E. Episcopus Cardinalis S. Rufine, creatus est.*

## S. STEPHANVS X.

S. STEPHANVS X. dictus IX. Fridericus antea vocatus, Gozelonis Ducis Lotharingiae filius, ex Monacho, & Abbate Casinense, & S. R. E. Presbytero Cardinale, T. S. Chryfogoni, Bibliothecario & Cancellario, Anno Christi 1057. Ind. 10. 4. Nonas Augusti, Pontifex Maximus renunciatus: Prouinciam illam administrauit, menses 7. dies 28. ac Florentiae, Anno Christi 1058. Indi. 11. 4. calen. Aprilis, cum vnum solū Cardinalem Episcopum S. Petrum Damianum, Sabbato quatuor Temporum Martii creasset, defunctus est, ibidem in Ecclesia Cathedrali sepultus: Vacauit sedes, dies 13.

## A N N O T A T I O.

*In tantum notus est omnibus huius Sancti Pontificis Monachismus, vt superfluum quodammodo sit auctores qui de eo loquuntur annotare, an notabo tamen ex multis precipuos, ne ab instituto semel incepto desistere videar, sunt igitur: Platina in eius vita; Leo Ostiensis in Chron. Cas. lib. 2. cap. 98. 99. 100. & 101. Petrus Diaconus de vir. ill. Mont. Cas. cap. 17. & de Sanctis eiusdem cœnobij. cap. 57. Trittemius lib. 4. cap. 10. & alibi sepius: Panuinus in vtroque Epitome, & Chronico. Supplementum Chronicorum lib. 12. Raphael Volaterranus antropologiae, lib. 22. Plata de bono status Religiosi lib. 2. cap. 28. & alij infiniti, qui ab his acceperunt. Reliqua, id est, generis eius nobilitas, tempora creationis, regiminis, & mortis ex tribus precipue, Platina, scilicet, Leone, & Panuino desumpsimus: ad quos Lectorem remittimus, qui de eo plura requirit.*

## S. GREGORIVS VII.

S. GREGORIVS VII. Bonicij filius, Tuscus, Soanenſis de familia Comitum Petiliani, Hildebrandus antea vocatus, ex Monacho, & Priore Cluniacensis cœnobij, apud Matisconem in Burgundia, Abbas primum Sancti Pauli extra muros Urbis, Congregationis Cluniacensis, & Subdiaconus Cardinalis S. R. E. à Leone PP. IX. deinde à Nicolao Papa II. Archidiaconus Cardinalis; postremo omnium

num Cardinalium, & aliorum piorum suffragijs Petri successor Anno Christi 1073. Ind. 11. die 10. calen. Maij creatus; Romæ 3. calen. Julij, consecrationis munus, & coronationis insignia suscepit. Fuit in tali potestate Ann. 12. M. 1. D. 3. Aliquot ordinationibus multos Cardinales creauit, inter quos fuere Episcopi 4. Presbyteri 11. & Diaconi 6. Moritur tandem Salerni in Brutijs 8. calen. Iunij, Anno Christi 1085. Indiēt. 8. & ibidem in Ecclesia Cathedrali sancti Matthei Apostoli sepultus est: Vacauit sedes Annum vnum.

## ANNOTATIO.

Uniuerso ferè Historicorum consensu, huius confirmatur Monachus: & Chronici quidè Cluniacensis Monasterij in quo vitam hic Monasticam egit, verba hæc sunt: De Gregorio Papa VII. legimus, qui & Hildebrandus, antea uocabatur qui ex discipulis pariter eius (S. Hugonis Abbatis) fuit. Hic cū Prior claustralis Cluniacensis esset in Papam est assumptus. Eundem in modū loquuntur Tritemius lib. 4. ca. 11. & alibi saepius: Supplementum Chronicorum lib. 12. Panninus in utroq; Epitome, & Chronico. Plata lib. 2. c. 28. & alij recentiores. In quibusdam codicibus, ut apud Mart. pol. lib. 4. pro Tuscius, uel Etruscus, Teuthonicus: & pro Soanensis, Suppl. Chron. Senensis, & pro Hildebrandus, Hildebrannus, Hilderbrandus, & aliquando aliter, & pro Bonici filius, Boanicij sepius legimus: sed hæc parua sunt & nullius momenti, quæq; a diligenti lectore facile emendabuntur. Quod autem legitur apud M. Atilium Serranum in Tractatu de septem Ecclesijs Urbis Romæ, Monachum hunc fuisse in Monasterio S. Laurentij extra muros Urbis, non sic intelligendum est, quod professionem in Monasterio illo emisit, sed quod Monachus fuerit illius Congregationis, Cluniacensis scilicet, sub qua tunc temporis militabant Monachi cœnobij Sancti Laurentij.

## B. VICTOR III.

B. VICTOR III. Dauferius in seculo, & Desiderius iam Monachus & Abbas antea vocatus, Samius, Beneuentani Principis filius, familia Epiphania, ex Monacho cœnobij sanctæ Trinitatis Canuæ Abbas primum Casinensis, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis; demum 9. calend. Iunii, Anno Christi 1086. Indiēt. 9. Romæ, Ecclesiæ regimini Præpositus, non nisi anno sequenti Capuæ, 12. cal. Aprilis consecrationis munus, & coronationis insignia suscepit: hoc idè quod cum inuitus omnino, ac renitens creatus fuisset, electioni de se factæ indignam se tanto munere asserens, consentire nolisset. Sedit autem in Apostolico solio à die electionis Anno 1. menses 3. dies 24. Et nulla Cardinalium creatione facta, obiit, in Monasterio

K 2 Montis

Montis Casini 16. cal. Octob. Anno Christi 1087. Ind. 10. ibidemq;  
in Capitulo fratrum sepultus, exinde ad Capellam sancti Bertarii  
Abbas & martyris, ubi nunc iacet, translatus est. Vacavit sedes eo  
mortuo, menses 5. dies 24.

## A N N O T A T I O.

De huius Monachatu agunt, Platina in eius vita, Supplementum  
Chron. lib. 12. Volaterranus lib. 22. Tritemius lib. 4. c. 12. & alibi Panu-  
nus in utroque Epitome, & Chronico: Carolus Sigonius de Regno Italia,  
lib. 9. Plata, lib. 2. cap. 28. & alij Neotherici, qui breuitatis causa reticen-  
tur. In quo tamen cœnobio vitam Monasticam primum duxerit contro-  
uertitur, Casinensibus, quos sequitur Panvinus, suam esse asserentibus, Ca-  
uensibus uero negantibus: Casinenses, & Panvinum sefellerunt uersus illi  
Epitaphio eius adscripti, qui sic leguntur,

Intactam sponsam, matrem, patriamque, propinquos,

Spernens, hinc propero, Monachus efficior.

Abbas dehinc factus, studui pro tempore totum,

Vt nunc aspicitur, hunc renouare locum.

At non ita intelligendos esse uersus hos, ut putemus Desiderium primum  
Monasticæ uitæ institutum Casini arripuisse, docet Ioannes Abbas in  
uita S. Alferij, primi Cauensis Abbatis, his uerbis: Ceperunt ergo non-  
nulli seculum relinquere, & eius se magisterio subiugare: inter quos  
& uir uenerabilis Leo Lucensis, & Desiderius Beneuenti nobilis,  
ad æmulandum piæ uirtutis eius studium, se eius magisterio subdi-  
derunt. Quorum nimirum alter, post eum Cauensi Monasterio præ-  
fuit, alter Sancti Benedicti Montis Casini Abbas constitutus, de-  
hinc in totius orbis culmine, uidelicet Romanæ Ecclesiæ Pontifica-  
tum sublimatus est. Hæc Ioannes; qui fortassis suspicatus nonnullis  
erit, quod Monachus cum fuerit Cauensis, in fauorem Monasterij sui  
loqui uideatur: testes igitur domesticos, eosq; Monachos Casinenses ad-  
ducamus, cum ut ueritas elucescat, tum maxime ut sine aliqua adulatione  
loqui cognoscatur. Leo Ostiensis Episcopus in Chron. Casinensi lib. 3. cap.  
3. quod intulatur, De fuga eius ad Monasterium Caue, inter cætera sic  
loquitur: Huius aduentu Guaimarius lætior factus, admiransque  
tantum in adolescente feruorem, annuit postulari, eumque secum  
diebus paucis retinens, nullique se illum redditurum fidelissime  
pollicens, ad Monasterium Sanctæ Trinitatis (quod ad Canam di-  
citur) non longè a Salerno, eodem perente transmisit. Hæc Leo.  
Eandem in sententiam Petrus Diaconus in lib. de uir. illust. Mont. Casini,  
cap. 18. Scribit, sic inquit: Victor & ipse Apostolicæ sedis Pontifex,  
Casinensis.

Casinenſis Abbas, compunctione, timorisque Dei plenus, caſtitate ſingularis, profeſſione, & opere Monachus, in nuptijs ſponſam ſuam relinquens Eremum petit, ibique Sanctę Religionis habitum ſumpſit. Cuius fugam rabido furore inſequentes, eum repertum, veſtem Monasticam exuunt, militariſque illum tegminibus induentes, ad eius genericiſ domum Sannium uſque deducunt. Inde igitur naſta quadam hora auſugiens Sanctę Trinitatis cęnobium petit. *Hęc ille cum ceteris quę ſequuntur. Ex his ergo manifeſtum eſt, Deſiderium, primum Cauę profeſſionis Monasticę uotum edidiſſe, deinde, ut ijde auctores dicunt, Maiella, poſtea Tremi, & poſtremo Caſini, ubi & Abbas effectus eſt, diuerſis ex cauſis, uitam Monasticam duxiſſe, eamque ſanctiſſimam, qua demum mediante in Romanum Pontificem electus eſt.*

## B. V R B A N V S I I.

B. V R B A N V S I I. Otho antea uocatus Milonis filius Gallus, Caſtillionenſis, quod oppidum eſt in Dięceſi Remenſi, ex Monacho & Priore Monafterii Cluniacenſis, eiufdem Congregationis, & S. R. E. Epifcopo Card. Oſtienſe: Terracinę à Cardinalibus ouilis Dominici cuſtos electus; 4. idus Martii, Anno Chriſti 1088. Indiſtio. 11. conſecratus, & coronatus eſt. Miniſterio à Deo ſibi demando præfuit, An. 11. menſes 4. dies 18. ſumma cum laude, ac tandem ſanctitate plenus Romę, in Palatio Petri Leonis potentiffimi ciuis, quo ſe, ob Vuicpertinam perſequentem, contulerat, obdormiuit in Domino, Anno Chriſti 1099. Indiſtio. 7. die 4. calend. Auguſti. Corpus eius in Eccleſia Principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit ſedes, dies 17. ordinationibus nonnullis Cardinales 30. creauit, Epifcopos, uidelicet, 7. Presbyteros 13. & Diaconos 10.

## A N N O T A T I O.

*Chronicon Cluniacenſe huius Monachatum his annotat uerbis: Huius etiam beatiffimi uiri Hugonis diſcipulus, & Monachus, fuit Otho, ſiue Oddo, Prior Cluniacęſis, qui aſſumptus in Papā Urbanus ſecundus dictus eſt. Cuius Chronici ſententiam ſequuntur, Platina in eius uita; ſupplementum Chronicorum lib. 12. Tritemius lib. 4. c. 13. & alibi ſepius: Panuinus in utroque Epit. & Chronico. Plata lib. 2. cap. 28. & alij recentiores: a quibus omnibus Monachus Cluniacenſis agnoſcitur. Quod ideo dico, quia non deſunt noſtrę etatis uiri, qui probare nituntur, immo etiam ſcriptis ſuis illud inſeruerunt, Monachum hunc fuiſſe. S. Trinitatis Cauę, ratione ducti quorundam ipſius Urbani uerborum, qui ad Petrum Abbatem Cauenſem ſic ſcribit: Indulgentes eidem Monafterio, contemplatione cuiuſdam prerogatiuę ſpecialis charitatis, quam experti*

sumus in eodem cœnobio: & alibi, Iustis tuis petitionibus annuen-  
tes, charissime in Christo, atque Reuerentissime confrater, & Com-  
monache Petre, &c. *Sed tantorum uirorum opinioni obstant uerba  
Chronici Cluniacensis supracitata, & omnium historicorū consensus, quo-  
rum nonnullorum sententiam hoc loco adferre uisum est, ut dubia pro cer-  
tis non recipiantur. Horum primus occurrit Platina sic inquit: Vrba-  
nus secundus, Otho uel Oddo antea uocatus, Monachus Cluniacen-  
sis primo, deinde Cardinalis Ostiensis, &c. Hunc sequitur supplemen-  
tum Chron. lib. 12. in hæc uerba: Vrbanus Papa eius nominis secun-  
dus, Odo antea uocatus, Cluniacensium Abbas, &c. Confirmat Tritemius lib. 4. cap. 13. sic. Vrbanus secundus, Otto antea uocatus, Mo-  
nachus Cluniacensis primo: & cap. 26. Odo ex Monacho Clunia-  
censis cœnobij Episcopus Ostiensis, & Cardinalis. His adest Panui-  
nus in Epitome in folio sic loquens, Sanctiss. D. N. Vrbanus II. Pont.  
Max. Gallus, Otho, natione Gallus patria Castilionen. quod oppi-  
dum est in Diœcesi Remensi, Monachus Ordinis S. Benedicti, in Mo-  
nasterio & congregatione Cluniacensi: item in Epitome in quarto.  
Vrbanus Papa II. Dominus Otho antea appellatus, natione Gallus,  
oppido Castilionis, quod est in Diœcesi Remensi, prius Canonicus  
Regularis Lateranensis, mox Monachus Cluniacensis factus: &c.  
in Chron. quoque Pont. Rom. Vrbanus II. Junior Gallus, Milonis fi-  
lius, ex oppido Castilionis, Remensis Diœcesis, Canonicus Regula-  
ris Lateranensis, post Monachus Cluniacensis: &c. & in Chron. Ec-  
clesiastico: Vrbanus II. Junior Gallus, Otho, Milonis filius Remensis,  
Monachus Cluniacensis ex Episcopo Ostiense creatus. Deinde Plata  
lib. 2. cap. 28. Huic Victori successit Vrbanus II. ex cœnobio Clu-  
niacensi in Gallia. Postremo, alijs ne longior sim, prætermisiss, Dominus  
Alexander Neapolitanus, Monachus Cauensis in Chronico suo MS. a  
capite 65. ad 78. uitam huius Urbani describens, Monachum Clunia-  
censem etiam fuisse confirmat, sed aliquanto tempore in Cauensi Mona-  
sterio habitasse cum Petro Abbate, tanti uiri conversatione delectatum.  
Et eo modo intelligenda ueniunt uerba illa Urbani supracitata, de chari-  
tate scilicet quam expertus fuerat in Monasterio Cauensi, ad quod ex Clu-  
niacensi cum Petro Commonacho suo, accesserat, ut aperte indicant uerba  
eiusdem Urbani in eodem privilegio supracitato, hoc modo subsequentia:  
Præterea Cluniacum locum illum famosum dirigens (scilicet Grego-  
rius VII.) inde te ut Abbatem præfato Monasterio præponeret alci-  
uit: &c. Monachus igitur fuit Cluniacensis noster Vrbanus; Cauensis  
uerò hospes solum, & conuictor.*

**S. PASCHALIS II.** Reginerius antea vocatus, Crescentij, & Alfazij filius, Tuscus, oppido Bleta in comitatu Galliatæ, ex Monacho, & Abbate Sanctorum Laurentij, & Stephani extra muros Romæ, Congregationis Cluniacensis, & S. R. E. Presbytero Cardinale, TT. S. Clementis, expetente populo, eligente Clero, accollaudante Cardinalium in Senatu, in Schismate contra Clementē III. Antipapam 18. cal. Septembris, Anno Christi 1099. Indiēt. 7. ad oues Christi tuendas luporum tabiei expositas præpositus: eas verbo, & exemplo præcessit ann. 18. M. 5. & D. 7. id que in maxima temporum varietate: quibus, Episcopos per diuersa loca, 100. Presbyteros 50. & Diaconos 30. diuersis ordinationibus factis, creauit: ac tãdem 15. calēd. Februarij, anno Christi 1118. Indiēt. 11. extinctus, in Basilica Vaticana sepulturam meruit. Vacauit sedes dies 3. Scripsit ad diuersos Epistolarum, lib. 1. quare quædam extãt, sed vbi impressa sunt, ignoro. Eius Registrum fecit Ioannes Cardinalis, qui postea Gelasius II. vt infra patebit.

## ANNOTATIO.

*Auctores præcipui, qui de huius Monachatu agunt, sunt Platina in eius vita, & Chronicon Casinense, lib. 4. cap. 19. Tritemius, lib. 4. c. 14. M. Atilius Serranus, libro de septem Urbis Ecclesijs. Panuinus in vtroq; Epitome, & Chronico. Supplementum Chroniconum, lib. 12. Plata, de Bono status Religiosi, lib. 2. c. 28. & nonnulli alij recẽtiores. Panuinus, & Ioannes Mariana, Monachum eum Cluniacensem faciunt, quorum verba non sunt eo sensu accipienda, vt putemus eundem in cænobio Cluniacensi, quod est in Gallia, vitam monasticam professum, sed quod Monachus eius Monasterij fuerit, cuius institutum primarium ad Cluniacenses Monachos referebatur, vt recte habet Atilius præfatus in tractatu de Ecclesia S. Laurentij, sic loquens. Fuit iuxta illam antiquum Cluniacensium Monasterium, ex quo prodierunt Sancti Ioannes Ficocia Romanus Abbas, Gregorius septimus Soanensis, & Paschalis secundus Romani Pontifices. Quod verò uocetur à Plata Monachus Casinensis, puto illud, siue inaduertentia, aut certè calcographorum negligentia accidisse.*

**S. GELASIVS II.**

**S. GELASIVS II.** Ioannes antea vocatus, Crescentij filius, Caietanus, ex Monacho sacri Casinensis cænobii, & S. R. E. Diacono Cardinale, TT. S. Mariæ in Cosmedin, omnium Cardinalium uotis, 11. cal. Februarij, anno Christi 1118. Indiēt. 11. in demortui Paschalis 2. locum impositus, atque Caieta calendis Martij, consecratus, &

coronatus, eundem tenuit anno 1. & dies 5. Eodemque quo coronatus est die, Cardinalem unum, is fuit Petrus Rufus Diaconus Cardinalis S. Marię in Cosmedin, creauit. Demum Cluniaci in Gallis, quo timore Imper. Henrici V. Augusti, confugerat, 4. cal. Februarij, anno Christi 1119. Indiēt. 12. mortuus, cadauer eius ibidem sepultum est intra Crucē, & altare, post chorum. Vacauit sedes dies 2. Scripsit adhuc Monachus, Passiones Sanctorum, Erasmi, Anatolię, & Cęsarij, versibus.

Factus Cardinalis, Registrum Paschalis II. Papę.

Papa verò multa contra Imperatorem, ut refert Petrus, cap. 45.

ANNOTATIO.

*Monastica vita instituta additum à pueritia ipsa fuisse testatur, Chronicon Casinense, lib. 4. c. 66. Petrus Diaconus de uir. ill. Mont. Casini, c. 45. & de Sanctis eiusdem monast. c. 64. Platina in eius uita. Tritemius lib. 4. cap. 15. Supplementum chronic. libr. 12. Panninus in utroque epitome & chronico. Plata, lib. 2. c. 28. Gilbertus Genebrardus chronologia lib. 4. & alij recentiores. De eodem sic loquitur chron. Cluniacense MS. quod apud me est. Anno verò 1119. apud Cluniacum obiit Gelasius Papa secundus, sepultusque est inter crucem & Altare, post chorum: & Guido Viennensis Archiepiscopus apud Cluniacum in Romanum Pontificem est electus, qui & Calixtus secundus dictus est.*

CALISTVS II.

DOMN. CALISTVS II. Guido antea vocatus, Gulielmi Burgundię Comitis filius, Burgundus, Gallus, ex Monacho Monasterij de Falleri in Gallia, Congregationis Cluniacensis, & Archiepiscopo Viennense in Gallia, calendis Februarij, an. Christi 1119. Indiēt. 12. Gelasio II. surrogatus; electioni de se factę consentire noluit, donec eorum quoque Cardinalium, qui Romę essent, voluntatem cognouisset: qua habita, statim Cluniaci suę consecrationis, & coronationis insignibus susceptis, Romam perrexit; & in beatissima Petri sede, sedit ann. 5. mens. 10. dies 13. Ordinationibus quatuor mensibus Martio, & Decembri celebratis, multos Cardinales creauit, ex quibus xvij. tantum memoria superest, videlicet Episcoporum 2. Presbyterorum 7. & Diaconorum 8. Obiit Romę idibus Decembris, anno Christi 1124. Indiēt. 2. ac in Ecclesia Lateranensi sepultus est. Vacauit sedes eo mortuo dies 10. Scripsit composito sermone, & maxima diligentia,

De miraculis S. Iacobi Apostoli, Libri 1. qui ferè integer reperitur apud Vincentium in Speculo Hist. lib. 26. à capite 30. ad 42.

De



De obitu, & vita Sanctorum, Libri 1.

Epistolarum ad diversos, Libri 1.

Decreta quaedam eius, cum cæterorum Pontificum decretis, sunt excusa Colonia.

## A N N O T A T I O.

Plata de bono Statu Religiosi, lib. 2. cap. 28. Monachatum huius Pontificis similibus verbis annotat: Quo tempore Cardinales, qui in eius comitatu (Gelasii II. scilicet) fuerant Calisto II. eam dignitatem detulerè, qui Gulielmi Burgundiæ Ducis filius, prius in Monasterio, vel Falleritano, vel Cluniacensi (vtrumque enim à varijs traditum) religiosam vitam duxerat, tum verò Viennensem Archiepiscopatum gerebat. Hæc Plata. Falleritanum Monachum fuisse Guido Monachus Cisterciensis; Cluniacensem verò Raymundus & Monachus Hispanus in suo collectorio, asserunt, ut refert Petrus à Bugiano Histor. Monast. colloquio primo. Guidonem sequuntur Franciscus Yvanne Monachus Hispanus, in compendio vir. ill. Ord. S. Benedicti, & Illescas in Hist. Pontific. libro 5. c. 18. Quod ad Raymundum attinet, quamvis auctor chronici Cluniacensis aperte non dicat Monachum fuisse illius cænobij, ex verbis tamen eius colligi potest eodem in Monasterio vitam duxisse Monasticam: sic enim loquitur. Eadem verò die (qua scilicet canonizatus est S. Hugo Abbas) communium suorum assidentium assensu largitus est Felix Papa Calixtus Cluniacensi Ecclesiæ speciali, & propriè suæ, ut Abbas Cluniacensis, semper & ubique Romæ fungatur officio Cardinalis, manuque propria ipse Pontium anulo suo inuestiuit. Hæc ille, cuius verba, speciali, & propriè suæ, si rectè considerentur, multum fauent opinioni prædicti Raymundi. Utriusvis tamen Monasterij Monachus fuerit parum ad nos attinet, cum utrumque cænobium sub Diui P. N. Benedicti Regula militasse feratur. Errant Bugianus, & Plata, qui eum filium Gulielmi Ducis Burgundiæ faciunt, cum in toto Catalogo Ducum Burgundiæ, nullus huius nominis Gulielmi reperiatur: fuit tamen Gulielmi, non Ducis, sed Comitum Burgundiæ ad Sequanam, quæ nunc Franca Cõtea dicitur, filius, ut rectè annotarunt Claudius Paradinnus, & Franciscus de Rosieres in Genealogijs Comitum Burgundiæ; & Panvinus locis supracitatis.

## A N A S T A S I V S I I I I.

DOMN. ANASTASIUS IIII. Conradus antea uocatus, Benedicti filius, Romanus ex nobili Familia, quæ de Subura dicebatur ortus, ex Monacho & Abbate Monasterij S. Rufi, Veliternæ Diocesis, Congregationis (vt puto) Cluniacensis, tergemina Tiara ornatus 6. idus Iulij, anno Christi 1153. ac paulò post coronatus, & consecratus

secratus Christi vices in terris egit, anno 1. mens. 4. dies 23. & cum  
 mense Decembri Pontificatus sui anno 1. Cardinalem vnum Episco-  
 porum creasset, Obiit Romæ, 4. nonas Decembris, an. Christi 1154.  
 Indiçt. 2. ac Laterani inhumatus est. Vacauit sedes diem 1.

## A N N O T A T I O.

*Anastasi Monachismum in Monasterio prefato S. Rufi Veliternæ  
 diœcesis testantur Platina in eius vita; Supplementum chronicorū, lib. 12.  
 Trittemius, lib. 4. c. 16. et 29. Hieronymus Plata de bono Stat. relig. lib. 2.  
 c. 28. Panuinus in epitome Pont. Rom. in folio: & alij recentiores, senten-  
 tiam suam horum grauium uirorum auctoritate comprobantes. Mirari sa-  
 tis non possum Panuini alioquin diligentissimi errorem, qui cum loco citato  
 rectè posuisset Anastasium Abbatem S. Rufi Veliternæ diœcesis, senten-  
 tiam suam postmodum retractans in epitome, scilicet in 4. & in vtroque  
 chronico, eundem Abbatem S. Rufi prope Valentiam in Gallijs, describit;  
 cum nullus omnino, ne uerbo quidem, S. Rufi Valentini memoriam agat,  
 sed omnes Rufi Veliterni, quorum princeps est Platina qui sic ait:  
 Anastasius III. patria Romanus, patre Benedicto, Abbas antea San-  
 cti Rufi Veliternæ diœcesis. Sequitur Supplem. chron. cuius uerba sunt.  
 Anastasius Papa eius nominis III. natione Romanus ex patre Be-  
 nedicto natus, Sancti Rufi Viletrina diœcesis Abbas. Confirmat  
 Trittemius, libro 4. cap. 16. sic inquit: Anastasius III. patria Ro-  
 manus, ex Abbate S. Rufi Veliternæ diœcesis: Item Plata, Suffe-  
 ctus est ei (Eugenio III. scilicet) Anastasius III. Abbas sancti Rufi in  
 diœcesi Veliterna: postremò ipsemet Panuinus loco citato sic; Sanctis.  
 D. N. Anastasius III. Pont. Max. Romanus, Cunradus natione Ita-  
 lus, patria Romanus de regione Suburræ, ex patre Benedicto, Mo-  
 nachus Ordinis S. Benedicti Congregationis . . . . . Abbas S. Rufi  
 Veliternæ diœceseos, &c. Qua uerò ratione, aut unde motus, errorem  
 hunc absurdum Panuinus suis scriptis posterioribus inseruerit, quamuis di-  
 ligenter inuestigarim, minimè adhuc rescire potui. Dicere, quod ipse addu-  
 cit in epistola sua ad Lectorem in epitome in 4. prefatum epitome in folio  
 partum suum non esse, sed furto illi sublatum, ideoq; hoc posterius epitome  
 in 4. edidisse, ut legitimus, à furtiuo partu dignoscatur, non facit ad proposi-  
 tum, cum quæ semel bene quis scripserit, retractatione non indigent. Quod  
 autem bene scripserit in promptu est, omnium prefatorum grauium scri-  
 ptorum unanimis consensus. Corrigendus ergo mihi uidetur hac in parte  
 Panuinus: quin & Gonsaluis Illescas, lib. 1. cap. 24. qui & ipse in eodem  
 errore uersatur cum Panuino. Eadem etiam censura emendandus est  
 Trittemius, lib. 4. cap. 29. qui hunc Anastasium, ante Pontificatum Be-  
 ne-*

*nedictum uocatum refert, cum sit patris eius nomen, ipse uerò Cunradus uocabatur.*

## H A D R I A N V S I I I I.

DOMN. HADRIANVS IIII. Nicolaus Breackſper antea uocatus, Anglus, Villa Malniesbiria, ditionis oppidi Sancti Albani, Ba-teonienſis Diœceſis, obſcuriſſimis parentibus ortus, Roberti cuiuſdã qui poſtea Monachus Sancti Albani martyris Ordinis Sancti Bene-dicti in Anglia Congregationis Giribennæ Cluniacenſis effectus eſt, filius, in eodem cœnobio, vna cum Patre aliquot annis uitam duxit, deinde ad Eccleſiã Sancti Iacobi de Melgorio Magalonenſis Diœceſis in Galliis tranſlatus, ex ea poſtmodum in Abbatem Monafterii Sancti Ruſi propè Valentiam Congregationis Cluniacenſis, aſſum-ptus, & ab Eugenio III. Episcopus Cardin. Albanus, creatus, ſtatim poſt obitum Anaſtaſii IIII. Romæ 3. nonas Decembris, anno Chriſti 1154. Indiçt. 2. omnium Cardinalium ſuffragiis ſummus Pontifex renunciatus, paulò poſt Romam Pontificatus inſignia ſuſcepit. Qua-tuor Ordinationibus menſibus Martii, & Decembris celebratis, crea-uit Cardinales 14. Episcopos, uidelicet, tres, Presbyteros 5. & Diaco-nos 6. Diem obiit Anagninæ calend. Septembris, anno Chriſti 1159. Indiçt. 7. Pontificatus ſui, ann. 4. menſ. 9. Vacauit ſedès dies 4. Scri-psiſt Epistolâs plures ad diuerſos, quarum vna reperitur excuſa Fran-cofurti, anno 1585. in fol. ad finem Appendicis incerti auctoris, ad Radeuicum, cuius initium eſt, Lex Diuina, ſicut parentes; & eſt ad Fridericum I. Imperatorem.

## A N N O T A T I O.

*Canonicum fuiſſe Regularem, & Abbatem euſdem Ordinis in Mona-ſterio S. Ruſi propè Valentiam in Galliis, auctor eſt Gulielmus Neubrigen-ſis, lib. 2. cap. 6. rerum Anglicarum. quem uidetur ſequi Panuinus in epi-tome in 4. & in utroque ſuo Chronico. Eorum tamen opinioni reclamant quæ ipſemet Nonbrigenſis adfert eodem cap. 6. Adrianum hunc ſcilicet, qui tunc Nicolaus uocabatur, aliquamdiu cum Patre ſuo Roberto uitam monaſticam duxiſſe in Monafterio S. Albani in Anglia; quod cœnobium ſub inſtitutis Diui P. N. Benedicti tunc maximè florebat, vt ex verbis Polydori Virgilij, aperte cognoſcimus, qui lib. 4. hiſtor. Angl. ſic ait. Reliquias corporis Diui Albani magno ſtudio perquiſiuit (ſcilicet Oſſa Rex Merciorum) easque inuentas, ac in ſcrinium auro & gem-mis ornatum coniectas locauit in cœnobio, quod ipſe diuo Albano poſuerat, illudque magnis collupletauit poſſeſſionibus, vbi etiam loci ſtatuit familiam Monachorum Diui Benedicti. Huius quoque regis*

regis opus esse fetur cenobium Monachorū eiusdē Ordinis, quod est Bathoniæ. Confirmatur & Polydori sententia, *Monasteriū uidelicet S. Albani sub Regula D. Benedicti à primaria sua institutione ad hæc usq; nostra tēpora fuisse, à Matthæo Vuestmonasteriēsi in floribus historiarum pluribus in locis Reclamāt, & quæ Panuinus ipse in Epitome suo in folio rectissime scripserat sic inquit, S. D. N. Hadrianus III. Pōt. Max. Anglus, F. Nicolaus de Maluisebiria, oppido S. Albani, Bathoniensis Diæcesis, Anglicus, Monachus Ordinis S. Benedicti, congregationis . . . . Abbas Monasterij S. Rufi. prope Valentiam in Gallijs. &c. Adde quod ipse Panuinus non dicit Monasterium S. Rufi fuisse Ordinis Canoniorum regularium vt asserit Neubrigensis. sed solum, ex Canonico Regulari, Abbatem S. Rufi creatum: quod & de duobus alijs nostris Pontificibus factum legimus, Urbano scilicet, & Paschali, secundis qui Canonici Regulares cum essent, uitam postea Monasticam sub Regula Diui Benedicti amplexi sunt, ille Cluniaci, hic autem in Monasterio S. Laurentij, cuius postea & Abbas effectus est. Monasterium uero S. Rufi prope Valentiam Ordinis Diui Benedicti fuisse affirmant, Trittemius de vir. illust. Ord. S. Ben. lib. 4. cap. 17. & 31. Plata uero lib. 2. cap. 28. qui postquam omnium Pontificum Ordinis Diui Benedicti memoriam egisset, sic concludit: Hi sunt igitur, nisi qui forte me fugerunt, Pontifices omnes ex Monachorum (Benedictinorum scilicet) Ordine, nunc de alijs familiis, &c. Adducam & Iacobi Philippi Bergomensis testimonium celebre de eius Monachatu, lib. 12. suppl. Chron. sic inquit: Hadrianus Papa eius nominis quartus, natione Anglicus, professione Monachus, hoc anno Anastasio Pontifici successit, sedit annos 4. & menses 10. Hunc proxime insequitur Marcus Guazzus in Chronica sua his Italicis uerbis; Fu per natione Inglese Papa Adriano di tal nome. 4. visse nel Papato anni 4. mesi 10. fu il 177. Papa, & fu creato do poi la morte di Nastagio quarto, l'anno 1155. fu costui gia Monacho, & gran Predicatore: &c. Monachi uero nomen, tempore illo maxime, nullis alijs solere tribui, quam professoribus Regularum Diuorū Basilij, & Benedicti, summorum Pontificum decreta, & omnes quotquot scripserunt historici, manifestissime declarant: nec unum quidem inuenies, qui Canonicos, Regulares, Monachi etymologio adornet. Abijt tamen iam se re in dissuetudinem, & quod Monachis proprium erat, factum est, & alijs Religionibus commune, solis Canonicis regularibus hoc in ordine minime comprehensis, qui nunquam, nec à recentioribus quidem, quod sciam, Monachi uocantur, sed solo nomine Religiosi, uel Canonici, contentos legimus. Cuius uero Congregationis fuerit Hadrianus cōtrouertitur. Nonnulli enim*

quos

quos & libentius sequor. Congregationis Cluniacensis fuisse affirmant, que per totum serè Orbem eo tempore maximè florebat; Alij sub institutis Congregationis Giribenne uixisse dicunt, opinionem suam, ut arbitror, fundantes, quod Monachus canobij S. Albani in Anglia fuerit, quod eiusdem Congregationes extitisse, antequam Cluniacensis oriretur, ex historijs constat. Quibusdam etiam placet, quod Congregationis fuerit Cisterciensis, & ex consequenti eiusdem quoque Ordinis Monachus, quorum sententiam non reprobare uidetur D. Gonsaluus Illescas in historia sua Pontificali lib. 5. ca. 25. cum de Hadriano III. loquens, huiusmodi testimonium profert; Fue Monje de S. Benito y Abbad de S. Ruffo en Francia; algunos dicen que de la Congregacion del Cistel. Horum autem omnium sententias si quis rectè examinet, profecto inueniet nec unum quidem esse, Neubrigensi solo excepto, qui Monasterium S. Ruffi in Gallia Ordinis Canoniorum Regularium faciat, sed aut S. Benedicti, uel certe Cisterciensis, qui sub auspicijs eiusdem Patris in hodiernum usque militare noscitur. Et hæc de Adriani nostri Monachismo dicta sufficiant. Reliqua, scilicet anni Creationis, regiminis, & mortis, ex Platina, Pannino, Volaterano, & alijs desumpta sunt.

## INNOCENTIUS III.

D. INNOCENTIUS III. Sinibaldus antea vocatus, Obizzonis filius, Ligur, Genuensis, ex nobili familia Flisca, & Lauania Comitibus ortus, Monachus primum Sancti Benigni Fructeria in agro Taurinensi Congregationis Cluniacensis, postea cum esset utriusque iuris consultissimus, Auditor literarum contradictarum, & S. R. E. Vicecancellarius, ac Presbyter Cardinalis T. S. Laurentij in Lucina, ac postremo post unius anni, mensum 8. & dierum 14. sedis vacationem Anagnina, omnium Cardinalium, qui illuc adueniant, assensu, 8. cal. Iulij Anno Christi 1243. Ind. 1. Papa electus, ibidem 3. cal. Iulij, consecratus, & coronatus est. Præfuit toti Ecclesie A. 11. M. 5. D. 14. Tribus ordinationibus mense Decembri factis, 17. Cardinales nouos creauit, ex quibus Episcopi, 7. Presbyteri 3. & Diacones 7. fuere. Neapoli 7. idus Decembris, Anno Christi 1254. Ind. 12. mortuus, ibidem in Ecclesia Cathedrali sepultus est: Vacauit sedes dies 13.

## ANNOTATIO.

Innocentij III. Monachismum, prodit Illustris Eques Philibertus Pingonius in sua Augusta Taurinorum ad annum Domini 1242. ex Archiuo Monasterij Fructerensis, his verbis: Anno Christi M. CC. XLII. Innocentius quartus Genuensis Pontifex Maximus Taurini a Tho-

ma.

ma Sabauda Amedei tertij Fratris excipitur: Thomas enim Pontificis ex Fratris Thediso Flisco Lauaniae comite neptem, Beatricem duxerat, & iuribus in hanc ciuitatem ab Amedeo donatus fuerat. Pontifex uerò (qui olim Fructuariensis cœnobij Monachus) illud, & alia Monasteria perlastrat, pleraque ad pietatem singulis indulget. *Hac Pingonius. Constat de Monachismo, nunc de Monasterio, cuius Ordinis sit videamus. Illud nobis explicat Philippus Bergomensis in supplemento Chron. lib. 12. sic inquit, de Monasterijs a Marchionibus Montisferrati constructis; Monasterium quoque aliud, sub Titulo Sancti Benigni confessoris, Ordini Beati Benedicti dicatum, non longe a Taurinensi Vrbe condiderunt: cui in prouentibus assignarunt singulo anno ducatos. 2000. Monasterium autem istud in agro Fructuariensi constitutum esse, habemus ex Panuino in Epitome in 4. & in folio, qui agens de octo electoribus nationis Italicæ, qui Felicem V. Antipapam elegerunt, unum ex illis recenset Abbatem S. Benigni Fructuariensis sic dicens: Frater Aleranus de Carrecto Genuensis, Abbas Monasterij S. Benigni Fructuariensis, Eporediensis diœcesis. Cur autem a nemine alio Innocentij III. Monachismus explicetur, in causa est, quod, sicut & in alijs multis usu uenit, conditio uel professio Monachorum, præcipuè Benedictini Ordinis, a nullo ferè historico satis pro dignitate tractetur; & si qui eorum, quod rarò etiam contingit, aliquid transeunter dicant, hoc ita nudè, & macrè faciunt, ut aliquando plus confusio nis, & controuersia legentibus inserant, quam lucis.*

CLEMENS VI.

DOMN. CLEMENS VI. Petrus Rogerij antea uocatus natione Gallus, Prouinciæ Tholosanæ, oppido Malmonte, Lemonicensis Diœcesis, ex familia Monstria, originem duxit: fuit primum Monachum professus in cœnobio Casæ Dei Claromontensis Diœcesis, Parisijs Theologiæ Magisterium assumpsit; mox Prior Cœuentualis, deinde Abbas Monasterij Sanctæ Trinitatis Fiscanensis in Northmandia Congregationis Cluniacensis factus, deinde Episcopus Attrebatensis, postea Senonensis Archiepiscopus, tum Rothomagensis, demum S. R. E. Presbyter Cardinalis, T. S. S. Nerei, & Achillei, postremo Auinione in Monasterio Prædicatorum, nonis Maij, anno Christi 1342. Indiçt. 10. Pontifex Maximus renunciatus, ibidem 14. cal. Iunij, die Pentecostes suæ consecrationis, & coronationis insignia suscepit. Prouinciã sibi demandatam laudabiliter rexit, anno 10. & mens. 7. Quatuor ordinationibus, mēsis Maio, Septembri, & Decembri factis, Cardinales 25. creauit, Episcopos scilicet duos, Presbyter-

byteros 15. & Diaconos 8. Obiit Auinione in Palatio Apostolico, 8. idus Decembris, anno Christi 1352. Indict. 5. cuius corpus primo in Ecclesia Cathedrali Auinionensi sepultum fuit; post ad Monasterium Casæ Dei, ubi religionis sumperat habitum delatum, ibidem honorificè conditum est: Vacauit sedes dies 11.

## A N N O T A T I O.

*Clementis Monachatum scribunt, Platina in eius vita, Supplementum Chronicorum lib. 13. Tritemius lib. 4. ca. 18. & alibi sepius: Panuinus in utroque Epitome, & Chronico: Plata lib. 2. c. 28. & Thomas Vrsal singhamus in Historia breui, his uerbis. 1340: Mortuo Benedicto XII. successit Clemens VI. Hic de Abbate Ordinis S. Benedicti, factus est Attrebatensis Episcopus: postea successiue ad Archiepiscopatû Senonensem, & Rothomagensem assumptus; deinde ad Cardinalatum, & tandem ad Papatum ascendit. Vocatur hic a Panuino in Epitome in 4. Archiepiscopus Arelatensis, quod errore factum puto, ut pro Attrebatensi sit positus: nam apud omnes, huius Arelatensis Episcopatus historia muta est: at de Attrebatensi iam diximus quid dicat Thomas; cui suffragantur Tabule Episcoporum Attrebatensium, & picturæ eorundem, quæ in Ecclesia S. Mariæ Ciuitatis Attrebatensis cernuntur, ubi hic Clemens in habitu Summi Pontificis depictus uisitur, uti ego non semel uidi. Tritemius item lib. 4. c. 18. sic dicens, Clemens sextus patria Lemonicensis, Petrus Rogerij antea uocatus, primo Abbas Fiscaniensis, deinde Episcopus Attrabacensis, postea Rothomagensis Archiepiscopus, & Cardinalis: & cap. 37. Petrus Rogerij Abbas Fiscaniensis, Doctor facundus & eruditus, primo fuit Episcopus Attrabacensis, postea Senonensis Archiepiscopus, deinde Rothomagensis, & Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, &c. In reliquis Platinam, & Panuinum sequimur. Titulum Sanctæ Trinitatis, Monasterij Fiscaniensis, ex Typodigmate Neustriæ Thomæ Vrsal singhamij, apposuimus.*

## S. V R B A N V S V.

S. V R B A N V S V. Magister Frater Gulielmus antea uocatus, Grimaldi militis filius, natione Gallus, prouincia Tholosana, oppido ditionis paternæ Grisaco, Diœcesis Mimmatensis ortus, Decretorum, & Sacræ Theolo. Doctor, ex Monacho Monasterij Cluniacensis in Burgundia primû Abb. Antisiodorensis, deinde ab Innocentio Papa sexto Sancti Victoris Massiliæ, Cõgregationis eiusdem Cluniacensis, ac demum Auinione omnium Cardinalium suffragijs absens, & non Cardinalis, 5. cal. Nouembris, ann. Christi 1362. Indictione 15. supremus Pastor acclamatus, Auinionem ueniens, 8. idus

Nouem-

Nouembris, consecrationem simul & coronationem suam perfecit. Dominici gregis curâ strenuè gessit, & administravit per ann. 8. mensem 1. & dies 17. Quatuor ordinationes mensibus Maio, Junio, & Septembri perfecit, in quibus Cardinales 14. novos creavit, Episcopos videlicet tres, & Presbyteros 11. Auinione in domo Angehici Cardinalis nepotis sui Albanensis Episcopi, 14. cal. Ianuarij, anno Christi 1370. Ind. Etione 8. obiit: Cadaver Massiliam deportatum in Ecclesia S. Victoris, cuius olim Abbas fuerat, sepultum est: vacavit eo mortuo sedes, dies 10.

## ANNO TATIO.

*Hic familie Benedictine vltimus, Pontifex fuit, cuius Monachismi auctores præcipui sunt, Platina in eius vita; Supplementum Chronicorum lib. 14. Trittemius lib. 4. ca. 19. & 40. & alibi sæpius. Paninius in vtroque Epitome & Chronico. Plata lib. 2. cap. 28. de bono status Religiosi Thomas Vualsinghamius in historia breui, cuius uerba sūt ad annū 1362. Obijt hoc anno mense Augusti Papa Innocentius VI. cui successit Dominus Gillerinus, Abbas Ordinis S. Benedicti Marciliatensis, patria Anglicus, doctor egregius, & auditor in curia; & secundo calendaras Nouembris consecratur, & uocatur Urbanus quintus. Auctor quoque Chronici Cluniacensis. MS. apud me, tale de eo profert testimonium: Tempore huius Hugonis floruit Urbanus Papa V. circa annum Domini 1372. Hic fuit Monachus Cluniacensis, & Decanus, Decretorum Doctor, & Sanctus reputatur, fecit namque & Crucem prædicari contra Turcos, & passagium ordinavit. Ad ipsum Beata Brigida fuit missa a Christo pro confirmatione Regulæ. Hic infixit pœnas maximas spirituales & temporales contra inuales regni, receptores, & fautores eorundem: quarum bulla est in Thesauro Parisius, & copia in Monasterio Cluniacensi registrata. Et reduxit antiquam decimam beneficiorum ad medietatem, & eam decreuit haberi pro integra, intoxicatus obiit. Hæc ille. Virio ut puto librariorum, irrepit apud Paninum in Epitome in quarto vt pro Cluniacensi, Monachus Chiriacensis appelletur: uti & apud Vualsinghamium, Gillerinus, pro Gulielmo: qui similiter deceptus æquiuoco Monachi Anglici, siue Angelici, qui ab Urbano Papa V. Fratrem suo in purpuratorum numerum relatus est, Urbanum natione Anglicum putauit. Numerus 1372. ab auctore Chron. Cluniac. appositus est pro 1362. sed is fortasse scriptoris inaduertentia. Correctione etiam indiget Trittemius lib. 4. cap. 19. & 40. dum dicit Urbanum, Cardinalem creatum fuisse a Clemente Papa VI. cum constet eundem absentem, & non Cardinalem, dum legatum*



Legatum ageret apud Vicecomites Mediolanenses, omnium Cardinalium suffragiis Ecclesie regimini prelatum. Cetera ex Platina Panuino, & Volaterrano desumpta sunt a nobis.

De alijs Summis Pontificibus Ordinis S. Benedicti Nigrorum, quorum professionis locus ignoratur. Cap. II.

S. GREGORIUS II.

**G**REGORIUS II. Marcelli filius, Romanus, ex Monacho Ord. Sancti Benedicti, & S. R. E. Diacono Cardinale, Ecclesie Catholice prepositus, ac Pontificalibus infulis 11. cal. Aprilis Anno Christi 716. Ind. 14. decoratus: eo in honore permansit An. 15. M. 10. D. 22. Ordinationes sex mensibus Iunio, & Septembri, habuit, in quibus Episcopos 149. Presbyteros 35. & Diaconos 4. creauit. Et multis in Ecclesia Dei preclare gestis animam celo reddidit Idibus Februarij Anno Christi 731. Ind. 14. & in Ecclesia Vaticana sepultus est. Vacauit sedes Mens. 1. D. 5. Scripsit plena eruditionis quadam opuscula, de quibus sunt, ad interrogationem Iustiniani, Responsum, lib. 1. Contra Leonem Augustum, lib. 1. Ad Ioannem Episcopum Constant. . . . lib. 1. Epistolarum, lib. 1. quarum nouem sunt excusæ in Tomo 2. Epistol. Decretalium, Romæ, 1591.

ANNOTATIO.

Huius Pontificis Monachus annotatur a Trittemio lib. 3. c. 161. de uir. ill. Ord. S. Bened. his uerbis, Gregorius Papa Secundus ex Monacho, Patria Romanus uir doctissimus, & Hæreticorum expugnatore egregius, multa sanctitate & uirtute refulsit in populo, &c. Consentit & Plata lib. 2. c. 28. sepe citato, quin in conclusione Monachismi Gregorij II. & III. sic inquit, Atque hunc utrumque Monachum fuisse constat ex Cathedra Pontificali, quam supra diximus, alijque auctores consentiunt. Qui autem sint illi auctores, præter Trittemium, & Bugianum uidi neminem, aliqui tamen ut sint oportet, nam & Trittemium ab aliquo alio id accepisse fatendum est.

S. ZACHARIA S.

S. ZACHARIAS, Polychronij filius, Græcus, ex Monacho Benedictino,

nedictino, incerti tamen loci, & S. R. E. Presbytero Cardinale, Sacerdos maximus creatus 7. Idus Decemb. anno Christi 741. Indict. 9. 4. Idus eiusdem munus consecrationis accepit. Sacerdotio functus est ann. 10. mens. 3. die 9. Trina ordinatione mense Martio creavit Episcopos 85. Presbyteros 30. Diaconos 5. quibus peractis defunctus est Idibus Martij anno Christi 752. Indict. 5. Sepultus ad S. Petrum: & vacavit Sedes dies 9. Transtulit de Latino in Græcum Sermonem, quatuor libros Dialogorum S. Gregorii Papæ: qui excussunt cum Operibus eiusdem, Romæ, anno 1590. in folio. Epistolas quoque nonnullas; quarum 14. Sunt excussæ in Tomo 2. Epistolarum Decretalium Romæ 1591.

## A N N O T A T I O.

*Panninus in Chronico Pontificum Romanorum, Monachum huic suis se docet sic inquit, Zacharias, Polycronii filius, Græcus, Monachus, S. R. E. Presbyter Cardinalis a Gregorio III. creatus, &c. Idem prodiderat Petrus Bugianus ex Raymundo, Pontif. Cathedre auctore. Confirmatur hæc ueritas ex ipsius Zachario uerbis in Priuilegio Monasterio Casinensi concessio, quod ultimum est, inter alia Summorum Pontificum Priuilegia, post finem Chronici Casinensis excusa ubi sic ait circa finem: At uero qui pro intuitu huius nostri Apostolici instituti obseruator existit, benedictionis gratiam a misericordissimo Domino Deo nostro, per intercessionem Beatissimi P. N. Benedicti consequatur, & uitæ æternæ præmia adipisci mereatur: uerba enim illa, B. P. N. Benedicti, manifestissime ostendunt eundem aliquando sub S. P. N. Benedicti magisterio, & Regula militasse, quem Patrem suum appellat. Cætera, tam in hoc Pontifice, quam precedentibus, & subsequentibus, ex Platina, Pannino, & alijs quibusdam desumpta sunt.*

## S. SERGIUS III.

S. SERGIUS III. Martini filius, Romanus, Petrus antea uocatus, ex Monacho cuiusdam cœnobii instituti S. Benedicti; Summus Pontifex renunciatus 12. cal. Septembris Anno Christi 1009. Ind. 7. Fuit cum potestate An. 2. M. 9. D. 12. quibus exactis sanctorum consortio conuinctus est cal. Iunij, Anno Christi 1012. Ind. 10. ac Laterani sepultus. Vacauit sedes dies 8. Nonnulla scripsisse fertur, de quibus tamen nihil aliud uidi præter Epitaphium Siluestri II. Papæ, quod est in Laterano.

## A N N O T A T I O.

*Huius Monachismus ex Cathedra Pontificali annotatur a Bugiano, colloquio primo, quem sequitur Ille scas lib. 6. c. 30. & Plata lib. 2. cap. 28. de*

de bono status Religiosi sic inquit: Deinde anno M. IX. Sergius IV. anno M. XXII. Joannes XIX. Pontificatum iniere, hic ex Monasterio Sancti Anastasij Romæ, ille ex incerto, sed tamen ex Benedictina familia. *Si qui sint alij, vidi neminem. Sanctitatis eius testimonium adfert Platina in eius vita.*

## ALEXANDER III.

ALEXANDER III. Philippi filius, ex nobili comitum Signie familia ortus Gregorii Papæ IX. nepos, natione Hærnicus, patria Anagninus, Rainaldus antea appellatus, ex Monacho incerti cuiusdam Monasterij, Ord. S. Benedicti, & S. R. E. Episcopo Cardinale Ostiensi & Veliterno Neapoli Campaniæ, 12. cal. Januarij Anno Christi 1254. Indi. 12. in locum Innocentij III. quum esset Cardinalium Episcoporum Prior, Pontifex Maximus repositus, die Natalis Domini consecratus & coronatus est. Præfuit Ecclesiæ Dei An. 6. M. 5. & D. 5. Obiit Viterbii 8. calen. Junij Anno Christi 1261. Ind. 4. cum ordinatione unica Cardinalem unicam creasset, ac in Ecclesiâ Cathedrali S. Laurentij sepultus est. Vacavit eo mortuo sedes Romana Mens. 3. & dies 4.

## ANNOTATIO.

Domnus Paulus Langius, Monachus Spanheimensis, & Trictemy Abbatis discipulus, in Chronico Cîtezensis Ecclesiæ, quod nuper cum alijs Scriptoribus Germanicis Francofurti primum excusum est, huius Alexandri Monachatum ad annum 1254. his annotat verbis, Innocentius Neapoli obiit, cui Alexander Quartus nostri Ordinis, Diui videlicet Benedicti, successit, natione Campanus (nam Hærnicos olim, nunc Campanos uocant) patria Anagninus, qui Monasterio nostro gloriosum Privilegium dedit: Item & ad annum 1260. Ipse etiã Alexander Benedictinus, tibi ab externis negotiis uacuis fuit, aliquid semper quod ingenium saperet, edidit. Hæc Paulus, qui tamen in quocumque vitam Monasticam duxerit, non explicat: Veritatem autem ex hoc scribere arbitror, quod a nemine, quem hætenus uiderim, memoretur, cuius conditionis, uel professionis, ante Papatum fuerit hic Alexander: & quod ab alijs ignoratum fuit, ipse sua diligentia inuestigare promeruit, & reperire, auctoritate ductus cuiusdam diplomatis pro immunitate sui Monasterij, ab ipso Papa Alessandro concessi.

De alijs Pontificibus, qui Monachi fuisse referuntur, du-  
bia tamen fide. Cap. III.

## S. BENEDICTVS I.

**B**ENEDICTVS Bonofus, Bonifacij filius, Roma-  
nus, ex Monacho Summus Pontifex 16. calend.  
Iunii, Anno Christi 577. Indictio. 10. creatus: fe-  
dit An. 4. menses 2. dies 15. Ordinatione vna men-  
se Decembri creauit Episcopos 21. Presbyteros  
15. & Diaconos 3. Obijt pridie calendæ Augusti,  
Anno Christi 580. Indictio. 13. & in Secretario Diui Petri sepultus  
est. Vacauit sedes menses 4. Scripsit Epistolam vnam satis prolixam  
ad Dauidem Episcopum, de sancta Trinitate, quæ excusa est in To-  
mo I. Epist. Decretalium, Romæ, anno 1591 in folio.

*Hieronymus Plata de bono statibus religiosi, lib. 2. cap. 28. & Donus  
Augustinus Florentinus Monachus Camaldulensis, hist. Camald. lib. 1. a  
cap. 14. ex Collectorio Raymundi Hispani Monachi, libri Cathedre Pon-  
tificie auctoris, huius Pontificis Monachatum adnotatum habent. Con-  
firmatur eorum auctoritas pictura ante annos centum, id est anno 1480.  
facta in claustro primo Monasterij nostri S. Benedicti, quod vulgo clau-  
strum S. Symeonis appellatur, in quo hic Pontifex in habitu Monachi  
depictus cernitur, cum hac inscriptione: Benedictus Primus, ex Mona-  
cho, Seruus Seruorum Dei electus & uocatus.*

## S. PELAGIVS I.

**S. PELAGIVS II.** Vinigildi filius; Romanus, ex Monacho  
quarto vacantis sedis mense, pridie calendæ Decembris, Anno  
Christi 580. Indict. 13. Sancto Benedicto surrogatus, eius vices egit,  
Annos 10. mens. 2. dies 10. Quo tempore ordinationibus duabus  
mense Decembri, fecit Episcopos 48. Presbyteros 28. & Diaco-  
nos 8. bonis que operibus plenus mortuus est, die 6. Idus Februarij,  
Anno Christi 591. Indictione 9. sepulturam habuit apud sanctum  
Petrum; & vacauit sedes, menses 6. dies 24. Scripsit Epistolas De-  
cretales quinque: quæ excusæ sunt in Tomo I. Epist. Decreta-  
lium, supracitato.

## ANNOTATIO.

*Auctores supracitati Monachismum eius attestantur, & Plata e-  
quidem verba hæc sunt. Pelagium quoque I I. cum, cuius Gregorius  
alumnus*

alumnus & successor fuit, ex Monastico ordine processisse tradunt, tum alij auctores, tum eius libri auctor, qui Cathedra Pontificalis inscribitur, in quo Pontificum series diligenter textitur. *Reliqua ex Panino desumpta.*

## S. BENEDICTVS II.

S. BENEDICTVS IUNIOR II. Ioannis filius, Romanus, ex Monacho Romano, incerti tamen Monasterij, Petri successor, Anno Domini 684. die 13. calendas Iulii pronunciatus, præfuit in omni sanctitate mensibus 10. & diebus 27. & omnibus carus & acceptus decessit ipsis Idibus Maii, anno 685. ad S. Petrum sepultus. Vacavit sedes eo mortuo, menses 2. & dies 9.

## ANNOTATIO.

*Hieronymus Plata de bono stat. relig. lib. 2. cap. 28. ex collectorio Raymundi Monachi Hispani, quem & citat Bugianus, colloquio primo hist. Monastica, huius Monachatum diligenter annotat, eiusq; opinio fulcitur videtur auctoritatibus Platina, Jacobi Philippi Bergom. lib. 10. Supplem. Chron. & aliorum nonnullorum, asserentium hunc Benedictum Romæ ab ineunte ætate Deo militare cepisse, necnon doctrina, & exercitatione rerum Diuinarum in tantum excelluisse, vt obinde admirabilis, & singularis ab omnibus haberetur. Verbum autem Militare, vt plurimum (scimus enim & aliter accipi posse) in rebus sacris accipi solet pro obsequio, quod Deo offertur in cænobijs sub obseruatione alicuius Regule, vt videre est in Regula S. P. N. Benedicti, cap. 58. Ecce lex sub qua militare vis: & cap. 61. Et quia in omni loco uni Domino seruitur, uni regi militatur.*

## S. SERGIVS I.

S. SERGIVS, Tiberii filius Antiochenus Syrus, Panhormi in Sicilia ortus, ex Monacho S. R. E. Presbyter Cardinalis T. S. Susannæ ad duas domos à Cunone Papa factus, deinde, Pontifex Maximus creatus, Anno 687. die 16. calen. Ianuarii, consecratus verò die Natalis Domini 3. sedit annos 13. menses 8. dies 23. ordinationibus duabus mense Martio fecit Episcopos 16. Presbyteros 18. & Diaconos 4. Obiit 6. Idus Septembris, Anno Domini 701. & sepultus est ad S. Petrum.

## ANNOTATIO.

*Monachum fuisse testatur Bugianus in Colloquio primo ex Chronica sua antiqua, quem sequitur Illescas lib. 6. c. 30. in repetitione nominum Pontificum Ordinis Monastici, at in corpore libri vitam eiusdem Pontificis describens, nihil simile de eo loquitur, nec quicquam de eius Monacha-*

tu adfert. In pictura Clauſtri S. Benedicti Mantuani in habitu Monachali viſitur cum eius nomine ſubſcripto, ſed Elogium illi appoſitum ex ueritate periit. Præter hos legi neminem qui de eius Monachismo nec uerbum quidem adferat, & ideo eius fides apud præfatos auctores remaneat.

## S. IOANNES VI.

S. IOANNES VI. Græcus, ex Monacho, Pontifex creatus, anno 701. in locum Sergii ipſis calendis Nouembris, & conſecratus 8. Idus eiufdem, ſedit annos 3. menſes 2. dies 13. ordinatione unica creauit Episcopos 15. Presbyteros 9. & Diaconos 11. Obiit (ut nonnulli aiunt) martyrio, anno 705. ſepultus ad S. Petrum.

## ANNOTATIO.

Bugianus ex Raimundo, quem ſequitur Illeſcas lib. 6. c. 30. in Recapitulatione Pontificum, eius Monachismi auctores ſunt. Depictus eſt in Clauſtro Mantuano, cum hoc Elogio ſibi, & alijs duobus commune: Gregorius Magnus, Hilarius I. Ioannes VI. tam magni uirtute, quàm doctrina clari, ex Monachiſtice Religionis profeſſione ad ſublime Flaminij faſtigium prouecti. Tritemius tamen lib. 4. c. 20. omnino Monachum fuiſſe pernegat, quem & nos libenter ſequimur, cum eius rei teſtes fatiſ probabiles non exiſtent.

## S. GREGORIUS III.

S. GREGORIUS III. Ioannis filius, Syrus, ex Monacho, & S. R. E. Presbytero Cardinale, die 14. calendis Aprilis Papa creatus, octauo calendis eiufdem conſecratus eſt, Anno Chriſti 731. Indictio. 14. & tribus ordinationibus, menſe Decembri celebratis, in quibus Episcopos 80. Presbyteros 24. & Diaconos 3. creauit, obiit die 4. calendis Decembris, Anno Chriſti 741. Indictio. 9. cum ſediſſet, An. 10. menſes 8. dies 10. Sepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes, dies 8. Scripſit ad Leonem & Conſtantinum Imperatores; Commonitorium, lib. 1. Ad eorſdem, lib. 1. Contra eorſdem, lib. 1. Episto- larum, lib. 1. quarum quinque reperiuntur in Tomo 2. Episto- larum Decretalium ſupracitato. Scripſit & ad Urfum Ducem Venetorum Epistolam unam, cuius exemplar extat apud Sabellicum Enneadis 8. libro 7.

## ANNOTATIO.

Petrus Bugianus colloquio primo hiſt. Mon. & Plata lib. 2. cap. 28. ut ſupra diximus ex Raimundo Monacho Hiſpano Cathedre Pontificaliſ auctore huius Monachatum ſcriptis ſuis inſeruerunt. Si qui ſint alij, præter Illeſcam, lib. 4. cap. 27. nullum uidi.

S. LEO

## S. LEO III.

S. LEO III. Azuppij filius Romanus, ex Monacho S. R. E. Presbyter Cardinalis T. S. Susanna, & postmodum Pontifex creatus 7. calen. Ianuarii, anno 796. die obitus Adriani Papæ, consecrationem accepit die sequenti, seditque annos 20. menses 3. dies 18. ordinationes tres habuit mense Martio, in quibus Episcopos 126. Presbyteros 30. & Diaconos 11. creauit. Obiit pridie Idus Iunii, anno 816. & sepultus est ad S. Petrum. Vacauit sedes, dies 20.

## ANNOTATIO.

*Bugianus solus ex Cathedra Pontificia huius Monachatum probat: videtur tamen & in Claustro depictus, ut ex eius nomine quod ibidem legitur liquet, at elogium uetustate corrui. Ille scas etiam in recapitulatione eius meminit, at in corpore libri de eo silet. Lector quod uelit sequatur, non enim uolumus obtrudere, quod probare nequimus.*

## S. VALENTINVS.

S. VALENTINVS, Leontii filius Romanus, ex Monacho S. R. E. Archidiaconus Cardinalis, à Paschali Papa factus, eidem mediately succedere meruit, anno 827. die 19. cal. Ianuarij, & consecratus est die sequenti. Sedit mensem 1. & dies 10. obiit 11. cal. Februarij, anno 828. & sepultus est in S. Petro. Vacauit sedes dies 3.

## ANNOTATIO.

*Bugianus, ex sua Cathedra, & Chronica antiqua, cui suffragatur Ille scas lib. 4. c. 31. Monachum fuisse asserit. Consentit et pictura Mantuana, ubi depictus cernitur cū hoc elogio: Valentinus I. Damafus I. Anastasius III. ex humili Monachorum uita, ad Summum Pontificij apicem dignè electi, & merito asciti. Scribitur fuisse discipulus S. Paschalis I. Papæ, quod coniecturam magnā parit, eum aliquando fuisse Monachum.*

## GREGORIUS VIII.

GREGORIUS VIII. Albertus antea uocatus natione Samnis, patria Beneuetanus, familia de Mora, nobili & honorata ortus, ex Monacho, a Papa Adriano III. S. R. E. Diaconus Card. S. Susanna, mox Presbyter S. Laurēti in Lucina; deinde Cancellarius: postremò Pontifex Max. creatus Ferrariæ, anno 1187. die 4. cal. Nouembris, sedit mensem 1. dies 27. Obiit eodem anno 8. cal. Ianuarii Pisis in Tuscia, & ibidem in cathedrali sepultus est. Vacauit sedes dies 8.

## ANNOTATIO.

*Bugianus ex Cathedra, & Cronica antiqua, & Ille scas lib. 5. c. 29. eius Monachatus meminerunt, qui cum valde nobis suspectus sit, quod nullus alius simile quid asserat, Lectoris arbitrio relinquimus.*

De alijs nonnullis Pontificibus, qui Ordinis Monastici  
fuisse putantur, & non sunt. Cap. IIII.

**N**UMERANTVR & alij Pontifices Ordinis Monastici, quorum primus est Alexander Papa II. quem Bugianus & Illescas, ex Cathedra Pontificali & Cronica antiqua Monachum fuisse affirmant; sed Ioannes Baptista Cauallerius in Iconibus Pontif. Rom. & alii non pauci, unanimi consensu Canonicum Regularem fuisse testantur, quibus libenter manus damus, tanquam opinioni veritati magis consentaneæ, ideoque ab cæterorum Catalogo hunc exclusimus.

Clemens III. citatus ab Illescas lib. 3. cap. 30. nominatenus tantum, in recapitulatione Monachorum Pontificum, a nemine, quod sciam, nec Monachus quidem fuisse memoratur; arbitrorque potius errore librariorum in scriptis uiri alioquin doctissimi irreptisse, quam negligentia sua; præsertim quod cum de eo agit nihil tale de eo scribat.

Citat & Donnus Georgius Cabillau Aldenardensis, Monachus S. Petri Oudemburgensis, & meus in Nouiciatu Magister, in historia quam composuit de fundatione Monasterij nostri, Vrbanum IIII. tanquam Ordinis Monastici Religiosum, quod unde id accipit penitus ignoro; ne dubia igitur pro certis afferre uidear, id tantum insinuasse sufficiat.

Tritemius lib. 4. cap. 20. ex aliorum sententia, Innocentij VI. Gregorii XII. & Benedicti XIII. Monachorum, illius quidem ante Pontificatum, istorum uero post Pontificatum, meminit, quam opinionem, cum eodem Tritemio, ut friuolam & fundamento carentem, reprobamus, cum nullus omnino Historicus tale aliquid affirmare audeat.

Coronidis loco adfertur ab Illescas lib. 6. ca. 30. Paulus Papa IIII. tanquam Vineæ Benedictinæ palmes cuius uerba sunt: *T algunos dicen que fue Monje de Sant Benito, y afirman que romo el habito de aquella Santa Religion en el Monasterio de Sant Seuerino de Napoles: y si es así (como lo oy a personas de mucha authoridad, que afirmauan auer lo oydo a Folengio Monje Casinense, ab qual embio el mismo Paulo IIII. a visitar a Espana los Monasterios della) auian sido treynta y ocho los Pontifices desta Orden de Sant Benito, aunque otros*



otros dicen que fueron quaranta y seys: Sed quam longè a ueritate aberret omnibus est manifestum, cum nec unquam Monasterium S. Seuerini ut Monachus fieret intrauerit, nec etiam in Matriculis Congregationis nostræ Casinensis, ut talis inscriptus reperitur. Septem ergo ex industria omisimus, quos a præfatis auctoribus, non satis considerate, inter Monachos connumeratos agnouimus.

De Monachis, qui ad Pontificatum euecti, non rectè pro Pontificibus se gessere,

nam

*Nemo sumit sibi honorem, sed qui uocatur à Deo, tanquam Aaron. Hebr. 5. Cap. V.*

PHILIPPVS ANTI PAPA.

**P**HILIPPVS Romanus, Monachus, & Abbas Monasterij Sancti Viti Romæ, Congregationis primæ Benedictinæ, & S. R. E. Presbyter Cardinalis, in Schismate, contra Constantinum II. Nepefinum ex laico contra Canones creatum, a quibusdam Clericis & Laicis, Summus Pontifex die 4. Idus Iulij renunciatus, necnon pridie calendas Augusti consecratus A. C. 767. Indiæ. 5. anno sequenti 768. Pontificatus sui anno primo, die 24. pridie nonas Augusti, coactus à Christophoro Primicerio, Pontificatu abdicauit, & ad Monasterium suum reuersus, in eodem Abbas, & Cardinalis, obiit.

ANNOTATIO.

Pontificatus, & Monachatus huius Philippi, (qui à nonnullis Philippicus uocatur) notantur à Pannino in utroque Epitome & chronico, & quibusdam alijs recentioribus. Si Ecclesiæ auctoritas non obssisteret, quæ Philippum, inter Pontifices non enumerat, posset inter Pontifices legitimos computari, quod quodammodo bene creatus referatur, non in Schismate veri Pontificis (ut ego reputo) sed contra Constantinum laicum, qui contra Canones creatus fuerat, et ideo iuste, & rectè Pontifex renunciatus uidetur. Magistrum attamen Ecclesiam sequi hic malimus, quam aliquid nostra auctoritate dicere.

## ANASTASIVS III. ANTIPAPA.

ANASTASIVS III. Romanus, Monachus & Abbas Ordinis S. Benedicti, Congregationis Specuensis, & S. R. E. Presbyter Cardinalis, T. S. Marcelli, deinde in Schismate contra Papam Benedictum III. Pontifex creatus, sedit dies aliquot: & non longè post coactus abdicauit.

## ANNOTATIO.

*Quid de eius Monachismo sentiamus videto in annotationibus nostris ad Cardinales. Eundem esse cum eo qui a Leone quarto, depositus est asserunt tum Panuinus in Epir. tum etiam Illescas in Hist. Pontif. lib. 4. cap. 34. in Leone 4. Papa.*

## BENEDICTVS IX. DICTVS X. ANTIPAPA.

BENEDICTVS IX. dictus X. Ioannes Mincius antea vocatus, Guidonis filius, nobili Comitum Tusculanorum genere Romæ oriundus, Monachus Monasterii S. Anastasii Romæ ad aquas Saluias, deinde Episcopus Cardinalis Veliternus a Leone IX. creatus, mortuo Papa Stephano IX. à Romanis proceribus laicis propinquis suis præter canones, & contra Cardinalium voluntatem Pontifex renunciatus, pridie Idus Aprilis anni 1058. consecratus & coronatus est. Sedit menses. 9. dies. 20. Coactus à Cardinalibus, & Nicolao Papa II. abdicauit pridie Cal. Februarij anno 1059. & non longè post moriens ad S. Mariam Maiorem sepultus est.

## ANNOTATIO.

*Bugianus ex Theodorico, huius Monachismum affirmat; & alios huius rei auctores colligitur vidisse Trittemius, lib. 4. c. 20. quamuis illis fidem non adhibeat. Adducimur tamen ut id credamus, quod Monasterij in quo Monachum egerit fiat mentio.*

## SILVESTER III. ANTIPAPA.

SILVESTER III. Romanus, Theodoricus antea vocatus, Monachus, & Abbas Farfensis Congregationis primæ Benedictinæ; deinde S. R. E. Presbyter Cardinalis à Clemente III. Antipapa factus; postremo post Albertum Atellanum in Schismate contra S. Paschalem Papam II. Cauensium opera, à Clementis III. Antipapæ factione solio Pontificio intrusus A. C. 1102. Indict. 10. Sedit menses 3. & dies 15. Sed tandem à Paschalis II. præfidijs captus, & Sacerdotio priuatus, in Monasterium Sanctæ Trinitatis Cauensis relegatus, & in eodem Monachus factus, Anachoreticam vitam diu ibidem duxit, in quo & moriens Sepultus est.

## ANNOTATIO.

*Platina in vita S. Paschalis Papæ II. Panvinus in utroque Epitome, & Chronico, & nonnulli recentiorum, huius Monachatum diligenter annotarunt. Quo anno ex hac vita migraverit, a nemine quod sciam, traditum, sepultum tamen Causæ relatione RR. PP. Cauensium didicimus.*

## PASCHALIS III. ANTIPAPA.

D. PASCHALIS III. Ioannes antea vocatus, Hungarus, Monachus, & Abbas Strumiensis in Hungaria, Congregationis Cluniacensis à Callisto III. Antipapa, primum Episcopus Cardinalis Tusculanus, mox Albanensis factus; eo mortuo, opera Friderici Barbarossæ Imperatoris, in Schismate contra Alexandrum Papam III. Romæ Pontifex pronuntiatus A.C. 1169. fedit in sua obedientia, An. 7. M. 5. & dies aliquot. Demum Anno Domini 1176. die quinto calendas Augusti, Serenissimæ Reipublicæ Venetæ opera pace inter Alexandrum Papam III. & Imp. Fridericum composita, Venetijs nomen titulumque Pontificis exiit, Archiepiscopusque Beneventanus factus, perniciosissimo schismati finem imposuit. Hic Pontifex plures ordinationes Cardinalium fecisse fertur, quorum memoria omnino intercedit, vel temporum iniuria, vel hominum qui superiori ætate vivere negligentia, vel (quod verisimilius est) quia ab Alexandro Papa III. qui his omnibus superstes fuit, omnia eius acta recisa, abolita, & antiquata fuerint.

## ANNOTATIO.

*De huius Monachatu agunt Platina in vita Alexandri Papæ III. Panvinus in utroque Chronico, & Epitome. De nomine quod in Pontificatu habuit, non parua est inter Historicos dissonantia. Appendix enim cuiusdam anonymi ad Radenicum de gestis Imp. Friderici Aenobarbæ, Callistum eum appellat, & predecessore eius Paschalem, cuius verba sunt: Anno ab incarnatione Domini 1166. apud Vuirzeburg in Pentecoste Curia celebratur, ubi coniuratio fit ab Imperatore & Principibus qui aderant tam secularis, quam ecclesiastici ordinis, quod Paschalis semper Papa habeatur, & eo mortuo, nullus nisi de sua parte eligatur: & paulo post: Eodem anno Albertus Frisingensis diu renitens, coactus iuravit obedire Paschali. & infra. MCLXVII. Imperator circa Autumnum Italiam intrauit, ibique cooperante Cancellario suo Christiano, Paschalem per iterata sacramenta confirmavit: & non longe post, Guido, qui & Paschalis, moritur, & in Basilica Beati Petri Romæ sepelitur, à Romanis, præter Centios, Ioannes Albanensis Episcopus eligitur, & Calistus Tertius nuncupatur.*

patur. Hæc ille, quem sequitur Paninus in vtroque Chronico Pontificum, scilicet Rom. & Ecclesiastico. In vtroque Epitome vero, in folio videlicet, & quarto, sententiam mutans Paschalem semper appellat: cui suffragatur Gilbertus Genebrardus lib. 4. Chronologie. Platina loco citato, prioris quidem nominis, Joannis nimirum meminit, at posterius retinet. Nos cum Genebrardo, & Panino, Paschalis nomen retinimus; si qui tamen Callistum sequi velint, non impugnamus. Et hæc de nomine. De morte eius quando, vel quomodo, vel ubi acciderit, nihil quod proferam habeo.

De Pontificibus Schismaticis, qui à Sede sua deiectione, Ordinem Monasticum Benedictinum profiteri coacti sunt:

juxta illud,

Imple facies eorum ignominia, & querent nomen tuum

Domine. Psal. 82. Cap. V I.

CONSTANTINVS II.



CONSTANTINVS II. Junior, Nepesinus Ducis Nepesini filius, cum fratrum suorum victra Canones, laicus; Pontifex creatus fuisset, A. C. 767. Ind. 5. die 4. cal. Julij. & sequenti consecratus; coactus abdicavit Pontificatus sui anno 1. mense 1. die 1. Laterani, 7. idus Augusti, & in Monasterio Cella Nonæ, Congregationis primæ Benedictinæ, effossis oculis relegatus, ac Monachi habitu indutus, in eodem consenescens obiit.

Platina in vita Stephani III. Papæ. Paninus in Epitome & Chronico, & alij nonnulli.

CHRISTOPHORVS.

CHRISTOPHORVS, Leonis filius, Romanus, S. R. E. Presbyter tituli S. Laurentij, & Damasi: ex summo folio, septimo sessionis suæ mense, tertio nonas Februarij, A. C. 906. Indiæ. 10. deiectus, & Monachus factus in Monasterio Casinensi, non longè post moriens in Monasterio suo sepultus est. Platina, Paninus, & Gorsalvus Illescas lib. 6. cap. 30. hist. Pontif. & Bugianus colloquio primo.

BENEDICTVS V.

BENEDICTVS, Papa V. Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis,

dinalis, in schismate contra Leonem VIII. creatus A. C. 964. Ind. 7. coactus abdicavit eodem anno 9. calendas Iulij, & in exilium, Hamburgi Saxonie oppido actus, & Monachus factus, ibidem anno sequenti 965. Indict. 8. mortuus in Cathedrali Hamburgensi sepultus est.

## ANNOTATIO.

Vocatur hic ab Alberto Abbate Stadensi in Chronico suo, in quo Monachum fuisse asserit, quartus huius nominis; quod vel sua negligentia, aut certe librarium incuria, factum putamus. Benedictus enim 1111. Romæ in pace quievit: hic vero Hamburgi, ut referunt cum eo Platina, Panuinus, & alij Germanici Scriptores.

## ALBERTVS.

Albertus Attellanus (sive ut nunc dicimus Auerfanus) postquam in schismate contra Paschalem II. menses 4. sedisset; à militibus ipsius captus coactus abdicavit A. C. 1101. Ind. 9. & in Monasterio Sancti Laurentij, eiusdem Ciuitatis Auerse Congregationis Cluniacensis relegatus, ibidem Monachus diem clausit: *Auctores citati.*

## MAGINVLPHVS.

MAGINVLPHVS Romanus, contra Paschalem II. in schismate creatus A. C. 1102. Ind. 10. post aliquot menses ab ipsius Pontificis fidelibus detentus, ac Pontificatu abdicare coactus, & in Monasterio Cauensi Congregationis Cluniacensis Monachali habitu indutus non longè post animi dolore moriens, periculoso schismati finem posuit. *Panuinus in Epitome, & Chronico, & alij nonnulli.*

## GREGORIVS VIII.

GREGORIVS VIII. Burdinus antea vocatus, sed qui in assumptione Archiepiscopatus Bracarenfis in Hispania, Mauritij sibi nomen imposuit; natione Gallus (non autem Hispanus, ut perperam volunt, Panuinus, & alij) patria Lemouicensis, in Schismate contra Gelasium II. ab Imp. Hemico. V. creatus A. C. 1118. Ind. 11. mense Aprilis; Quarto Pontificatus sui anno Christi, 1121. Ind. 14. abdicare coactus, in Turri Casinensis Cœnobij primum à Calisto II. inclusus, deinde in Monasterio Cauensi Sanctæ Trinitatis Congregationis Cluniacensis, ab Honorio II. relegatus, ibidem in Monastico habitu, vsque ad tempora Eugenij Papæ III. superuixit. *Rodericus Toletanus de rebus Hispaniæ lib. 6. cap. 28. Platina in vita Calisti II. Papæ. F. Omusrius Panuinus in Chronico, & Epitome Pontificum Romanorum, & alij infiniti.*

De

De S. R. E. Cardinalibus Ordinis S. Benedicti,  
Nigrorum, qui tanquam  
*Cardines Orbis Terræ.* 1. Reg. 2.  
Ad sanctam Ecclesiam sustentandam assumpti  
sunt. *Cap. VII.*



SECUNDVS Ordo Spiritualium, qui ad dexterā S. P. N. Benedicti depictus conspicitur, est S. R. E. Cardinalium, quorum numerus ab Historicis probatæ fidei ab ipso S. P. Benedicto, adusque Concilium Constantiense dicitur fuisse 184. quibus si adiungantur alij quatuordecim, à tempore dicti Concilij ad hæc vsque nostra tempora creati, omnino resurget numerus à Genebrardo lib. 3. Chronol. proditus, Cardinalium videlicet ferè ducentorum. Qui numerus non rectè à nonnullis intellectus, errorem illum absurdum peperit, qui in scriptis eorum reperitur de duobus millibus Cardinalium Ordinis S. Benedicti, ut videre est apud Bugianum nostrum, colloquio ultimo in fine hist. Monasticæ; & in plerisque picturis Monasteriorum huius Congregationis Casinensis per Italiam, necnon & alijs Historicis non parvæ auctoritatis, qui inconsiderate nimis, & nulla temporum discussione habita, Bugiano & huiusmodi apocryphis scripturis, fidem, plus æquo, præbuerunt. Errorem vero prædictum natum arbitrater potius Calcographorum negligentia quam Scriptorum, qui illum reliquerunt, vitio, si numerus duorum Millium, ad plenum, & sine numeri nota, adscriptus nõ esset, facile enim est nota Arithmetica. o. quam nullam, siue Zero, nuncupant, adiecta, ex 200. 2000. facere. Non plures vero fuisse quam ducentos testantur Trittemius noster de vit. ill. Ord. S. Ben. lib. 1. c. 5. & lib. 4. c. 21. & in libro de Ruina nostri Ordinis, & alibi sæpius, M. Antonius Sabellicus, Enneadis. 8. lib. 2. Raphael Volaterranus, Anthropologiæ, lib. 20. Gilbertus Genebrardus Chronol. lib. 3. in S. Joanne, I. Papa; Hieronymus Plata de bono stat. relig. lib. 2. c. 29. Gonsalvus Illescas in hist. Põtif. & alij plerimi Neotherici. Quod ipsum ratione etiam probatur, nam si R. P. F. Onuphrii Panuini Veronensis quam de S. R. E. Cardinalibus historiam scripsit, diligenter examinemus, singulorumque Pontificum Ordinationes, & nomina Cardinalium, qui ab ipsis creati sunt, in  
vnum

vnum conferamus, Monachisque, cæteros omnes, cuiuscumque status, uel professionis fuerint, connumeremus, dubio procul inueniemus omnes sic collatos numerum millesimum sexcentimum aut faltem septingentesimum non attingere. Quod si simul omnes à S. Petro, ad Clementem VIII. numerum 1700. non attingunt, solos Monachus Benedictinos duo millia perficere asseuerabimus? Turpissimæ igitur laudis mendacio acquisitæ notam cupientes effugere, numerum minorem ducentorum uidelicet Cardinalium, tanquam uerisimiliorem secuti sumus, quem etsi omnino non attingimus, exemplariorum & librorum copiâ destituti, ad metam tamen quam proxime peruenimus, aliisq; occasione dedimus reliquos perquirendi, qui à nobis non uoluntate, sed necessitate relicti sunt.

*Cardinales incertæ quodammodo creationis. Cap. VIII.*



OMNVS Arator, Italus, Monachus cuiusdam Monasterii, Ordinis (ut arbitror) S. Benedicti, Congregationis primæ, quæ Casinensis, siue Benedictina appellata est: deinde Subdiaconus, postea S.R.E. Diaconus Cardinalis; uir doctissimus, & Poeta Laureatus, Claruit paulò post tempora S.P.N. Benedicti, ab anno 544. ad 560. uel amplius. Scripsit omnium primus elegantissimo carmine, Epistolas duas, & Actus Apostolorum lib. 2. excusos Basileæ in 4. anno . . . cum reliquis ueterum poetarum operibus: & ibi item in 8. Lugduni in 16. Parisiis in folio.

ANNOTATIO.

Aratoris Monachatus in bibliotheca chronologica Philosophorum, his explicatur uerbis: Arator Italus Monachus, deinde Subdiaconus Romæ; scripsit carmine in Actis Apostolorum, &c. Dedicauit autè hunc suum Librum, Trittemio teste de script. eccles. cuidam Floriano Abbati, quem arbitror Abbatem eius fuisse, ordinisque Diui Benedicti, quod passim etiam ipso S. Benedicto uiuente, Monasteria tam in Italia, quam Gallia, & Sicilia, sub eius magisterijs instituebantur: ut clarum sit & manifestum, Sanctorum Mauri, Placidi, & Aurelij Cassiodori Abbatum, & aliorum illius temporis, uitas legentibus. Cardinalem fuisse Subdiaconum testatur Trittemius, loco citato: Diaconum uero, Supplementum Chronichorum lib. 9. & Marcus Guazzus in sua historia uulgari. Ex ratione temporum creatum putarem, à Vigilio Papa, uel certè, ab eius successore Pelagio.

S. GRE-

S. GREGORIUS, Anicius, Frangipanis, Gordiani Senatoris filius, Romanus, Monachus, & Abbas Sancti Andreae Romæ, ordinis S. Benedicti, Congregationis primæ Benedictinæ, seu Casinensis, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis, & Apocrifarius ad Mauricium Imperatorem, à Pelagio II. Papa factus; anno Christi 582. Post Gregorius Papa, huius nominis primus. *Tritemius lib. 4. cap. 22. Huius creationem alij ut Panvinus in Epitome, ad Pelagium II. alij, ut Sigonius de regno Italiae lib. 1. ad Benedictum I. referunt.*

S. PETRUS, Romanus, Monachus S. Andreae Romæ. Ord. S. Ben. Congreg. primæ Casinensis, S. R. E. Diaconus Cardinalis, à S. Gregorio PP. factus anno Domini. . . . . Obijt anno 605. in ipso Anniuersario S. Gregorij Papæ, die 12. Martij. *Petrus Bugianus in hist. Monast. & alij recentiores.*

S. BONIFACIUS Ioannis Medici filius, Valerienensis, Marfus, Monachus Monasterij S. Sebastiani in urbe Roma, Congregationis primæ Benedictinæ, S. R. E. Presbyter Cardinalis: postea Bonifacius Papa IIII. *Panvinus in utroque chronico, de Cardinalatu: Tritemius lib. 4. cap. 3. de Monachatu.*

S. ADEODATUS, Iouiani filius, Romanus, Monachus Monasterij Sancti Erasmi in Cœlio Monte, S. R. E. Presbyter Cardinalis, & post modum Pontifex Romanus creatus est. *Panvinus in utroque chronico.*

S. AGATHO, Pannonij filius, Siculus, Panhormitanus, Monachus S. Hermetis Panhormi, Ord. S. Bened. Congregationis Siculae, quæ à S. Placido Abbate & martyre instituta est, S. R. E. Presbyter Cardinalis: postea Papa. *Panvinus in Epitome.*

S. GREGORIUS, Marcelli filius, natione Italus, patria Romanus, Monachus Ord. S. Bened. Congregationis primæ Casinensis, & S. R. E. Diaconus Cardinalis, à Papa Constantino factus: demum Papa Gregorius huius nominis secundus. *Panvinus in epito. de Cardinalatu, de eius Monachismo egimus in tractatu de Summis Pontificibus.*

S. ZACHARIAS, Polichronij filius, Græcus, Monachus, Ord. S. Ben. Cong. primæ Casin. ac S. R. E. Presbyter Cardinalis, postea Papa. *Panvinus in chron. Pont. Roman. & nos item Monachum fuisse ostendimus in tractatu Summorum Pontificum.*

S. STEPHANUS, Constantini filius, Romanus, Monachus Casinensis, & S. R. E. Diaconus Cardinalis à Zacharia Papa factus, postremo Papa Stephanus III. dictus II. *Panvinus in epitomis, & Alphonsus*



phonsus Ciacon de perp. eccles. Pontif. MS. de Cardinalatu: nos de Monachatu egimus in Pontificibus.

D. ANASTASIUS Monachus Monasterij Casinensis, & S. R. E. Cardinalis Bibliothecarius, creatus (in quantum colligere licet) à Stephano Papa III. dicto II. Floruit anno Domini 754. scripsit nonnulla inter quæ vidi.

Historiam de Translatione partis Reliquiarum S. P. N. Benedicti, & sororis eius Scholasticæ, tali Exordio, Beatissimus Pater Benedictus, lib. I. Hæc est Casini, & apud me, MS.

## ANNOTATIO.

Archidia Montis Casini, Monachum illius Monasterij suis confirmant, Cardinalem vero, coniectura ducimur uerborum illorum, S. R. E. Bibliothecarij, quæ in principio Libri sui leguntur: non enim illo tempore ad illud officium assumebantur, nisi qui S. R. E. Cardinales forent.

D. PHILIPPVS, natione Italus, patria Romanus, Monachus & Abbas S. Viti Romæ, Ord. S. Ben. Cong. I. Cal. & S. R. E. Presbyter Cardinalis: demumque in schismate contra Constantinum II. Papa à nonnullis Clericis, & Laicis creatus. Paninus in utroque Chronico, & Epitome, de Cardinalatu, & Monachatu.

S. STEPHANVS, Olibrij filius, natione Siculus, patria Siracusanus, Monachus, & Abbas S. Chrisogoni Romæ, Ordinis S. Benedicti Congregationis primæ, quæ Casinensis appellata est, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Ceciliæ à Paulo Papa factus: demum Papa Stephanus III. dictus III.

## ANNOTATIO.

Creatus refertur à Platina in eius vita, & Tritemio lib. 4. c. 6. & 24. à Zacharia Papa; à Panino vero in utroque Epitome à Paulo. Et certe in rerum tanta ambiguitate, quem sequendum dum hæsitavimus Panini tandem opinio prævaluit, arbitramur enim Platinam, eiusque sequentem Tritemium ex æquiuocatione nominis Stephani, unum pro altero accepisse; maxime cum uterque à diuersis tertius huius nominis uociretur, ea ratione, quod Stephanus secundus qui tertio Pontificatus sui die mortem obiit, à quibusdam inter Pontifices numeretur, ab alijs uero minime: cuius sententiæ cum essent Platina & Tritemius hunc Stephanum III. quem ipsi III. nominant à Zacharia Papa creatum putarunt. Panini partes tuetur, & Alphonsus Ciacon de perpetuo ecclesiæ Pontificatu. MS.

S. PASCHALIS, Maximi filius, Romanus, familia Bonofa, Monachus, & Abbas S. Stephani, iuxta Sanctum Petrum Romæ,

M Ord.

Ord. S. Ben. Cong. i. Casinens. S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli S. Praxedis, à Leone Papa III. factus: postea Papa Paschalis huius nominis primus. *Panvinus in utroque Chronico, & Epitome.*

S. GREGORIUS, Ioannis filius, Romanus, Monachus Fosse nouæ, iuxta Taracinam Campaniæ (in quo Monasterio postea S. Thomas Aquinas obiit) Ord. S. Ben. Cong. i. Cas. S. R. E. Presbyter Cardinalis, tituli S. Marci, à Leone Papa III. factus: postremo Papa Gregorius III. *Platina in eius uita, & Panvinus in utroque Chronico & Epitome, Cardinalem fuisse probant, nos uero Monachum in tractatu de Summis Pontificibus.*

D. ANASTASIUS, Romanus, Monachus & Abbas Ordinis S. Benedicti Cong. Specuens. S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli, & Bibliothecarius, à Gregorio Papa III. creatus: postmodum anno Domini 850. in Synodo Romana, a Leone Papa III. priuatus est, quod ecclesiam suam contra canonum decreta, per annos quinque deseruisset. Cum esset vir doctissimus, plura ingenij sui Monumenta reliquit, inter quæ

Continuationem Historiæ Pontificalis Damasi Papæ ab eius obitu, vsque ad Adrianum Papam II.

Transtulit item e græco in latinum sermonem, Vitas Sanctorum,

Ioannis eleemosinarij, Demetrii martyris, & aliorum Patrum.

Vnam Dionysij hierarchiam: septimam synodum, & alia plura.

ANNOTATIO. *Platina in uita S. Leonis Papæ III. agit de Cardinalatu, Panvinus in Chronico Ecclesiastico de Monachatu, & officio Bibliothecarij: Et quamuis Platina nihil de utroque agat, ex coniectura tamen eundem esse cum Anastasio à Leone 4. priuato, omnino putamus, nam ratio temporum non sinit esse diuersos. Meliora proferentibus libenter sententiam commutabimus.*

B. HVMVLARIUS, Portunatus, Germanus, Monachus Luxoniensis in Burgundia Ord. S. Ben. sub Congregatione S. Mauri, & Archiepiscopus Treuirensis, S. R. E. Cardinalis à Gregorio Papa III. factus anno Domini 829. Obijt anno 833.

ANNOTATIO. *Tritemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 4. c. 82. & libro de script. eccles. ubi de eius Cardinalatu agit dicit obiisse anno Domini 813. sub Ludouico Imperatore; sed cum eo anno Ludouicus, nondum esset Imperator patre suo Carolo Magno adhuc uiuente, manifestum est mendum in impressione latere, maxime cum lib. 2. c. 43. de uir. ill. Ord. S. Bened. sententiam suam*

suam retractans, anno 830. claruisse, non autem obiisse, refert, quem sequitur, & Franciscus Belforesius in Cosmographia sua, ratioque temporum id iudicat, missus enim fuit legatus Constantinopolin à Ludouico Pio Imp. ad Michaëlem cognomento Thraulum, qui anno 820. imperare cepit. Fortasse ex librorum incuria in Trittemio pro 33. quo anno obiisse à nonnullis memoratur, 13. adiunctum est, quod facilis sit lapsus unius numeri in alium. Errorem Trittemij sequitur Bugianus noster colloquio quarto. De nominis sui Hamularij.

S. LEO, Rodulphi filius, Romanus, Monachus Sanctorum Siluestri, & Martini Romæ; Ord. S. Ben. Cong. 1. Caf. & S. R. E. Presbyter Cardinalis, tituli quatuor Coronatorum, à Sergio Papa II. factus; postea Papa Leo III. Platina in eius uita, & Panuinus in Epitomis de Cardinalatu, in Chronicis autem, cum Martino Polono. lib. 4. de Monachatu item.

D. IOANNES Rampoaldi filius, Romanus, Monachus Monasterij S. Benedicti Tiburri, Congregationis primæ Benedictinæ; S. R. E. Diaconus Cardinalis: postea Ioannes Papa IX. Panuinus in utroque Chronico.

D. THEODALDVS, Monachus cœnobij Casinensis, S. R. E. Episcopus Cardinalis Albanus, à Ioanne Papa, XVI. anno Domini 995. factus: F. Alphonsus Ciacon de perpetuo ecclesiæ Pontificatu nondum tamen excuso.

D. IOANNES, Gregorij filius, & Benedicti Papæ VII. Frater, Romanus, ex Comitibus Tusculanis, Monachus S. Anastasij Romæ, S. R. E. Episcopus Cardinalis Portuenfis: postmodum Ioannes Papa XIX. Cum in tractatu de Summis Pontificibus ex Plata, & alijs demonstrauerimus hunc ex Monacho Pontificem creatum, ad eum locum Lectorem remittemus.

Cardinales à Leone Papa Nono creati, id est à certo Pontifice. Cap. IX.

**D**OM. HILDEBRANDVS, Bonicij filius, natione Tuscus, patria Soanenfis, ex nobilissima familia Comitum Pitigliani & Soaniæ, olim Monachus, & Prior Claustralis Monasterij Cluniacensis prope Matisconem in Burgundia, quod cœnobium caput erat illius Congregationis, Cluniacensis nuncupata: & postea Abbas S. Pauli extra Urbem, uia Ostiensi, Ordinis S.

M 2 Benedicti,

Benedicti, Congr. Cluniacensis: primum S. R. E. Subdiaconus Cardinalis, & Oeconomus, anno Domini 1049. à Leone Papa IX. deinde Archidiaconus Cardinalis tituli 1059. Sabbato IIII. temporū, mense Martio, creatus: postremo Papa, Sanctus Gregorius, huius nominis septimus. *Tritemius lib. 4. c. 25. Paninus in utroque Epitome, & Chronico.*

S. DONATUS Humbertus, alias Vbertus, Francus Gallus, Monachus Tullensis in Leucis, Ordinis S. Bened. Congregationis Cluniacensis primus Archiepiscopus ad verbum Dei prædicandum Siculis factus. S. R. E. Episcopus Cardinalis Sylvæ Candidæ; alias Sanctarum Virginum Rufinæ, & secundæ. *Paninus in utroque Epitome, & Tritemius lib. 4. c. 34. & lib. 2. c. 89.*

D. IOANNES Mincius, Guidonis filius, Romanus, ex Comitibus Tusculanis, Monachus Monasterij S. Anastasij Romæ, Congregationis Specuensis, siue Benedictinæ primæ; & S. R. E. Episcopus Cardinalis Veliternus: post Benedictus IX. dictus X. Antipapa. *Theodoricus Bugianus, Illescas, & alij.*

D. STEPHANVS, Monachus, & Abbas, Sanctorum Andrea & Gregorii, in clivo Scauri de Vrbe; Ordinis S. Ben. Cong. 1. Cal. S. R. E. Presbyter Cardinalis. *Paninus in utroque Epitome.*

D. MAINARDVS, Campanus Monachus Monasterij Casinensis, S. R. E. Presbyter Cardinalis: deinde ab Alexandro Papa II. Episcopus Card. Candidæ Sylvæ, factus. *Paninus in utroque Epitome. Leo Ostiensis in Chron. Cas. lib. 3. c. 8.*

D. STEPHANVS alter, Monachus Monasterij Casinensis, S. R. E. Presbyter Cardinalis. *Paninus in utroque Epitome.*

D. DAUFERIVS, qui & Desiderius, Beneuentani Principis filius, Beneuentanus, Samnis, Monachus Sanctæ Trinitatis Cauæ, Ordinis S. Benedicti: S. R. E. Diaconus Cardinalis primum à Leone Papa IX. deinde à Nicolao Papa II. anno 1059. Sabbato IIII. temporum, mense Martio, Presbyter Cardinalis, tituli Sanctæ Cecilie, & Abbas Casinensis consecratus: postremo Papa. B. Victor. III. *Leo ostiensis lib. 3. c. 12. & Paninus in utroque Epitome.*

#### VICTOR PAPA II.

D. FRIEDERICVS, Gothelonis Lotharingæ Ducis filius, Lotharingus, Gallus, Monachus, & Abbas Monasterij Casinensis, paulò ante electus, S. R. E. Presbyter Cardinalis, tituli S. Chrylogoni creatus, Abbasque Casinensis consecratus est in Natiuitate S. Ioannis, anno Domini 1057. Sabbato IIII. temporum Pentecostes

Florentiæ

Florentiæ in Tuscia: ac demum Papa S. Stephanus X. dictus IX. Leo Ostiensis lib. 2. cap. 97. Panvinus in utroque Epitome, & alij nonnulli.

## STEPHANVS X. DICTVS IX. PAPA.

S. P E T R V S de Honestis cognomento Damianus & Peccator nobilis Rauēnas, Monachus Monasterij S. Andree Eremitæ de Auellana, Ord. S. Ben. Cong. Columbe S. R. E. Episcopus Card. Ostiensis, creatus anno Domini 1058. mense Martio Sabbato quatuor temporum Quadragesimæ. Qui tandem Cardinalitia dignitate abdicata anno 1072. ad Monasterium suum redijt: obiijtque Fauentiæ in cœnobio S. Mariæ, quod ipse cum quinque alijs construxerat, anno 1080. die. 22. Februarij.

## ANNOTATIO AD PETRVM DAMIANVM.

Inter professores Regule Diui Augustini recensetur hic noster Damianus a Volaterrano lib. 21. Anthropologie, & nonnullis alijs. Falli autem ex multis demonstramus. Et primum Leo Ostiensis lib. 2. cap. 102. ex Eremo ad honorem Cardinalicium assumptum refert, sic inquit, Quod cum Petrus Damianus vir valde Religiosus, quem eo tempore Stephanus Papa ab Eremo extractum in Hostiensi Ecclesia Episcopum fecerat, comperisset, una cum Cardinalitus resistere, ac reclamare cepit. &c. Confirmat Beroldus Constantiensis in appendice ad Herm. contract. ad annum 1066. his verbis. His temporibus Venerabilis Petrus Damiani, ex Heremita Cardinalis Episcopus multa conscripsit, &c. Nullos autem Eremitas, eo tempore maxime, Regulam Diui Augustini obseruasse ex historijs manifestum est. Sub Diui vero Benedicti Regula multos huius professionis militasse, auctores sunt Petrus Diac. lib. de Sant. Mont. Cas. cap. 4. in vita S. Martini Eremitæ Montis Marsici. Ioannes Dabranus lib. 6. hist. Boemica in vita SS. Quinque Monachorum Erimitarum Brounouiensium, Martinus Crómerus in Hist. Polonica, de eisdem agens, & alij Polonici scriptores. Eremitæ vero nomen ideo habuit Damianus, quod, vt in eius vita legitur, refertque Augustinus Florent. parte 2. hist. Camald. lib. 5. cap. 7. Monachi Monasterij S. Andree de Auellana, quod nunc S. Crucis titulum gerit, tunc temporis bini, ac bini, diuisis in cellulis commanebant, psalmodiæ, Orationi, lectioni, abstinentiæ, obedientiæ, alijsque huiusmodi pietatis operibus, religiosisq; officijs, operam dantes. Monachum autem fuisse probant & Abbatem, cum eius vita, per Hieronymum Rubeum lib. 5. hist. Rauē. quæ est apud Mosandrum Tomo 7. Suriy: tum etiam idem Augustinus lib. citato a cap. 6. ad 15. & Iacobus Philippus in suppl. Chron. lib. 12. sic dicens: Petrus

Damianus ex Monacho, Ecclesiæ Romanæ Cardinalis Episcopus, in diuinis scripturis Doctor eruditissimus, his temporibus eas ob res magno in precio habitus est: *Honorius item de script. Eccles. Panuinus in Chron. Pont. Rom. & alij. Regule vero Diui Benedicti professorem referunt, Trittemius lib. 2. cap. 93. & lib. 4. cap. 35. de vir. ill. Ord. S. Ben. libro item de scriptor. Eccles. & in Chronico Hirsangia. Panuinus in Epitome in folio, cum dicit, Petrus Damiani Monachus Casinensis, Ordinis S. Benedicti, Episcopus Cardinalis Ostiensis. Monachus autem Casinensis dicitur, quod in cenobis illis vitam Monasticam duxerit, quæ Casinensi Monasterio subijciebantur. Addam, ut ceteros recentiores omittam, & ipsius Damiani testimonium in sermone de S. Ben. ubi S. Benedictum magistrum & Patrem suum vocat, quem reperire licet apud Mosandrum Tomo 7. Suriij die 21. Martij, quod tale est: Cui vero sic specialiter totus Euangelicæ lectionis excursus assignari potest, quemadmodum Patri, & Magistro nostro Beato Benedicto? Item in Epistola ad quendam Petrum Abbatem, quæ est in Appendice Margarini de la Bigue, ad Bibliothecam Sanctorum Patrum, clarius loquens, Sic inquit statim in principio: Succensetis enim, ac nos conquerentes arguitis, quia non debuimus vestros Monachos, contra Beati Patris nostri Benedicti præcepta suscipere: & infra postquam verba P. N. Benedicti attulit, Hæc, inquit, itaque nostra non sunt, sed eiusdem Patris nostri verba, &c. In alijs etiam Epistolis quæ ibidem reperiuntur, sepe sepius idem repetit, S. Benedictum Patrem & Magistrum appellans. Ad extremum Monasteria in quibus habitauit ipse Damianus Monachus, & nondum Abbas, vt S. Vincentij, Casini, & Pompose, clare demonstrant Diui Benedicti alumnus; illudque, quod ipsi Monachi de Auellana, ad hæc vsque nostra tempora, quibus Congregationi Camaldulensi vniti sunt, a primaria ipsius cenobij sui institutione Regulam Diui P. N. Benedicti obseruasse, se ingenue profitentur. Cognomentum Damiani illi fuit, non, vt ait Panuinus, quod Damiani filius fuerit, sed quod cum a Fratre suo, Damiano nomine, Fauentiam primum, Parmam deinde missus fuisset, vt litteris operam daret, in sui grati animi testimonium, nomen Damiani ab eius nomine sic vsurpauit, ut se Petrum Damiani semper subscriberet, ut rectè docet idem Augustinus cap. 6. de Ordine Columbæ (sic dicto propter Ludulphi primi Auellane institutoris incredibilem Columbæ simplicitatem) agunt ipse Augustinus cap. 5. & Beneuentus Imolensis in comment. paradysi Dantij, cap. 21. Putatur hic a Trittemio lib. 2. cap. 93. Monachus Viuariensis: a Volaterrano Sanctæ Mariæ Raupnatis; & a Bugiano S. Mariæ Fauentis: qui tres sic*

sic conciliari possunt, ut dicamus cum Trittemio post professionem emissam in Monasterio S. Andrea de Auellana, aliquo tempore in cœnobio Vinariensi habitasse; exercuisse autem sese ante professionem per 40. dies, ad Eremitici rigoris similitudinem in cœnobio S. Mariæ Rauennatis, periculum facturus, utrum Monastica vitæ laboremlaturus esset, ut asserit Augustinus cap. 6. & Danthes Aligerius, his verbis,

In quel luogo fui io Pietro Damiano

E Pietro peccator fui nella casa

Di nostra Donna in sul litto Adriano. &c.

Mortuum tandem in cœnobio S. Mariæ de Fauentia anno 1080. die octauo calendas Martij, ut & Augustinus lib. 5. cap. 14. & Rubeus in eius vita rellissime prodiderunt. Bertoldus tamen Constantiensis in append. ad Contractum, anno Domini 1072. mortuum refert sic inquit. M. LXXII. Petrus Damiani piæ memoriæ Cardinalis Episcopus, iamdudum mundo crucifixus, migravit ad Dominum, VIII. calen. Martij. Quæ uerba sic exponenda mihi uidentur, ut sensus sit, non de morte temporali, sed de morte officij & dignitatis, quando scilicet Cardinalicio honore repulso, Mundo & eius pompis mortuus est: nam quod post annum 1072. uixerit probant legationes eius quas obiuit tempore Gregorij Papæ VII. qui non nisi anno 1073. Pontifex renunciatus est. Illud autem quod dicit Trittemius Damianum Magni Gregorij Antistitis exemplo, amore quietis & solitudinis Episcopatum dimisisse, & ad cœnobium suum reuersum fuisse, non ita venit intelligendum, ut putemus Trittemium de S. Gregorio Magno Papa loqui, sed de Gregorio Episcopo Nazianzeno, qui eodem spiritu, quo Damianus, incensus, Episcopatum abdicato, ad solitariam uitam redierat.

D. ALBERICVS, Labicanus, Monachus cœnobij Casinensis, & S. R. E. Diaconus Cardinalis. Obijt Romæ, & sepultus est iuxta Ecclesiam SS. quatuor Coronatorum.

ANNOTATIO.

Panuinus in Epitome in folio a Stephano Papa IX. creatum dicit; in Epitome autem in quarto, ab Alexandro Papa II. Nos priorem sequimur opinionem, quod hanc eius etiam promotionem ad Stephanum retulerint Petrus Bugianus diuino, siue colloquio 4. hist. mon. & Scipio Mazzella in descriptione regni Neapolitani. De hoc Alberico agit Chron. Cas. lib. 3. c. 33. De eius sepultura uero Petrus Diac. de uir. ill. Mont. Cas. c. 21.

D. PETRVS Romanus Monachus Monasterij Casinensis, & S. R. E. Diaconus Cardinalis, & Cancellarius. Post a Nicolao Papa II. ex Diacono Presbyter Cardinalis T. Sancti Chrysogoni.

M 4 ANNO-

## ANNOTATIO.

*Huius creationem hic annotant idem Scipio Mazella loco citato, & Panvinus in Epitome in folio: in Epitome uero in quarto eius non meminit: uidetur tamen mihi is esse, quem in eodem Epitome in quarto, sub Alexandro II. & Gregorio VII. Præpositum Sancti Georgij in Lateranensi patriarchio nominat.*

## NICOLAUS PAPA II.

D. ODERISIVS, Oderisij Comitis Marforum filius, Monachus Monasterij Casinensis, & Abbas: S.R.E. Diaconus Cardinalis, creatus anno Domini 1059. mense Martio, Sabbato iiii. Temporum: postea ab Urbano Papa II. Presbyter Cardinalis factus. Obijt. Nonas Decembris Anno Christi 1105. sepultus in Monte Casino. *Leo Ostiensis in Chron. Cas. lib. 3. cap. 14. & sequentibus: & Panvinus in utroque Epitome.*

## ALEXANDER PAPA. II.

D. GERARDVS, Germanus, Ratisponensis, Monachus, & Prior maior canobij Cluniacensis in Burgundia; S.R.E. Episcopus Cardinalis Ostiensis, anno Christi 1072. creatus. Migravit an. 1077. die quinto Decembris.

## ANNOTATIO.

*Bertoldus Constantiensis in append. ad Contractum, creatum refert anno 1072. Sic dicens: Petrus Damiani piæ memoriæ Card. Episcopus, iam dudum mundo crucifixus migravit ad Dominum, octavo calendas Martii, cui Dominus Geroldus, reuera Monachus, scientia scripturarum insignis, & moribus suo prædecessori non impar, in Episcopatū Successit. Auctor tamen Chronici Cluniacensis huic sue opinioni refragari uidetur, a Gregorio enim Papa VII. promotum ait, cuius uerba sūt: Geraldus uero de quo superius memorauimus, fuit Ratisponensis ciuitatis Scholasticus, & rogatus a Sancto Vulgarico, adierunt Romanam Urbem: obtenta uero suorum absolutione peccatorum, exploratores uirtutum ad Sanctum deueniunt Hugonem Cluniaci, & sub ipso in Cluniacensi Monasterio secundam regenerationem susceperunt. Iste Geraldus erat sapientia, consilio, ac morum grauitate insigniter præpollens: nam post multos uero annos, maior Prior constitutus est. Sed postmodum iubente Apostolicæ sedis Præsule, Gregorio septimo, Hostiensis Ecclesiæ Pontificatu sublimatur: cuius curam cum summa rexit sollicitudine, creditæque sibi negociationis talentum Domino suo cum duplicata reportans usura, meruit audire, Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium*



dium Domini tui. *Hæc ille, qui tamen errare conuincitur, ut colligere licet ex Epistola eiusdem Gregorij Papæ VII. ad eundem Giraldu[m] scripta, Anno sui Pontificatus primo qui erat a Natiuitate Christi 1073. data Romæ secundo Cal. Maii, octau[i] uidelicet ab eius creatione die, in qua conqueritur Pontifex, quod commonitus (ut puto ab Alexandro II.) ut ad Curiam reuenteretur, non solum reuersus non fuerit, uerumetiam nec causas, cur non rediret, non indicauerit, sic enim habet lib. 1. Registri sui, Epist. 6.*

Gregorius in Romanum Pontificem electus, Giraldo Episcopo Ostiensis, & Raimbaldo Subdiacono, in legatione Galliarum constitutis, Salutem in Domino Iesu Christo.

Cæterum de mora uestre reuersionis ualde miramur, præsertim cum iam redire commoniti, in tanta uestri reditus expectatione, nec morarum quidem nobis causas indicastis: &c. Ex quibus uerbis clarissime patet Gerardum antequam Gregorius Pontifex renunciaretur, iam Ostiensem Cardinalem fuisse, legationemque Apostolicam in Galliarum partibus egisse: & ideo Bertholdum sequentes, ab Alexandro creatum diximus, sicut etiam & Panuinus in utroque Epitome, quamuis de eius Monachatu nihil agat. Obiit anno Domini 1077. quinto Decembris ut annotat Bertoldus Constant. ad eundem annum, sic inquit: Geraldus uenerabilis Ostiensis Episcopus, de quo supra commemorauimus, iam dudum seculo uiuus, mundo crucifixus, de huius uitæ ergastulo liberatus est, IX. Idus Decembris.

D. BERNARDVS, Gallus, Monachus & Abbas Sancti Victoris Massiliæ, Ord. S. Ben. Cong. Cluniacensis, S. R. E. Presbyter Cardinalis, Migravit Anno Christi 1079. die 20. Iulii.

## A N N O T A T I O.

Panuinus in Epitome in quarto, huius creationis meminit; in epit. autem in folio minime. Fuit autem uir exemplis singularis, cuius mors e Bertoldo Constantiensi sic annotatur ad annum 1079. In hac ætate Venerabilis Abbas Massiliensis Bernardus, uir plenus charitate, requieuit in pace XIII. Calendas Augusti. De eius Legatione ad Henricum Imp. agit Platina in uita S. Gregorij Papæ VII. Tritemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 4. cap. 41. eius etiam meminit. Extat ad eundem Epistola una Gregorij VII. quæ est 23. lib. 4.

D. RICARDVS, Gallus Monachus Cluniacensis, Ordinis S. Ben. & præfati Bernardi Frater, S. R. E. Presbyter Cardinalis: ac deinde Fratre suo Bernardo defuncto, Abbas S. Victoris Massiliæ, creatus anno 1080.

A N N O

## ANNOTATIO.

Ex utroque Epitome Panuini huius Monachiatum, & Cardinalatum hoc loco annotauimus. De ambobus, eiusque legatione in Hispaniâ agunt Joannes Mariana Societatis Iesu de rebus Hispaniâ lib. 9. cap. 11. & 18. ad annos 1076. & 1091. & Gregorius Papa VII. lib. 7. Epist. 7. & 8. & lib. 9. Epist. 6. & 29. quæ scriptæ sunt ad eundem Richardum, & Monachos S. Victoris.

D. ALDEMARIUS Capuanus, ex Clerico Ecclesiæ Capuanæ, Ricardique Principis Capuani Cancellario, Monachus Monasterij Casinensis, & Abbas Sanctorum Stephani & Laurentij, extra muros Romæ, Ord. S. Ben. Congreg. Cluniacensis, S. R. E. Presbyter Cardinalis. *Leo Ostien. in Chron. Cas. lib. 3. cap. 24. & Panuinus in Epitome in 4.*

D. THEODINUS, Berardi Marforum Comitis filius, Monachus Monasterij Casinensis, S. R. E. Diaconus, post Archidiaconus. *Leo Ostiens. lib. 3. c. 24. & Panuinus in utroque Epitome.*

## GREGORIUS PAPA VII.

D. OTHO, de Castillione, Diœcesis Remensis, Gallus, ex Canonico Lateranensi, Monachus Monasterij Cluniacensis in Burgundia, Ord. S. Benedicti: postmodum in cœnobio sanctę Trinitatis Cauæ, eiusdem Ordinis, & Congregationis cum S. Petro Salernitano, quondam magistro suo, ac loci illius Abbate, commoratus; ex quo à Gregorio Papa VII. euocatus, tandē S. R. E. Episcopus Cardinalis Ostiensis: ac postremo Papa. B. Urbanus, huius nominis secundus, renunciatus est. *Platina in eius uita: & Panuinus in Epitomis: Chroniconq; Cluniacense, MS.*

D. IOANNES, Gallus, Monachus & Abbas Dolensis in Britannia minori, Ordinis S. Ben. Congreg. Cluniacensis, S. R. E. Presbyter Cardinalis, Sanctorum, Siluestri & Martini, tituli Equitij, post factus Archiepiscopus Dolensis. *Panuinus in Epitome in 4.*

D. GEBIZO, Monachus & Abbas Sanctorum Bonifacij, & Alexii in monte Auentino Romæ, Ord. S. Ben. Congreg. primæ Casinensis, S. R. E. Presbyter Cardinalis. *Panuinus in Epitome in 4. & Ciacon de perpet. ecc. pontificatu.*

D. REGINERIVS, Crescentii filius, Tuscus, Bleranus, ex comitatu Galliatæ, ex Canonico Lateranensi, Monachus & Abbas, Sanctorum Laurentii & Stephani, extra muros Urbis uia Tiburtina, Ord. S. Ben. Cong. Cluniacensis: S. R. E. Presbyter Cardinalis, tituli S. Clementis: post Papa, S. Paschalis II.

ANNO-

## ANNOTATIO.

*Reginerij, Raginarij, siue Raynerij, meminit Panuinus in Epitome in 4. R. P. F. Alphonsus Ciacon de perpetuo eccles. pontif. MS. & Ioannes Mariana Hispanus de reb. hisp. lib. 9. c. 18. ubi de eiusdem ad Hispanias legatione satis fuse agit. Vocatur autem à Panuino, & Mariana, Monachus Cluniacensis, non quod illius cœnobij alumnus fuerit, sed quod eo in Monasterio, Sancti Laurentij scilicet, vitam Monasticam duxerit, quod sub Cluniacensi Congregatione florere noscebatur.*

D. IOANNES, Monachus & Abbas Sublacensis, Ordinis S. Benedicti, Congregationis primæ Casinensis, vigesimus secundus Leuita sacri Palatii, tituli S. Mariæ in Dominiica. R. P. F. Alphonsus Ciacon de perpetuo eccles. pontificatu MS. ex archiuo Monasterij Sublacensis.

## VICTOR PAPA III. siue CLEMENS III.

## ANTIPAPA.

D. THEODORICVS, Monachus & Abbas Farfensis, Ord. S. Ben. Congregationis. I. Casinensis, S. R. E. Presbyter Cardinalis: postea Syluester III. Antipapa.

D. NICOLAUS, Monachus & Abbas, Sancti Syluestri Romæ, Ord. S. Bened. Congeg. I. Cas. S. R. E. Presbyter Cardinalis.

D. NICOLAUS alter; Monachus & Abbas S. Pancratii Romæ, eiusdem & Ordinis & Congregationis, S. R. E. Presbyter Cardinalis.

## ANNOTATIO.

*Horum trium creationem Panuinus in Epitome in 4. Clementi III. Antipapa tribuit: in Epitome autem in folio priorem subdicens, duos posteriores ab Alexandro Papa II. creatos refert. Scribit tamen Alphonsus, Ciacon in libro suo de perpet. eccles. pontif. MS. omnes tres à Victore Papa III. ad Cardinalatum promotos. Nobis quid definiamus non habentibus, satis fuit Monachos ostendisse, & ex Monachis Cardinales creatos fuisse, si auctoritas nostra interponenda esset, Ciaconis opinionem approbaremus, omitimus tamen, & Lectori diiudicandam relinquimus.*

## VRBANVS PAPA II.

*Creatio Prima Anno Primo sui Pontificatus, Christi 1088.*

D. LEO, cognomento Marsicanus, ex Campania ortus, Monachus, & Bibliothecarius Monasterii Casinensis, S. R. E. Episcopus Cardinalis Ostiensis. Obiit sub Paschali Papa II. Vir fuit doctissimus, scripsitque

Chro-

Chronica sacri Monasterii sui Casinensis, lib. 3. qui excus-  
sunt Venetiis anno 1513. in 4.

Sermones de Natiuitate Domini, & Paschate.

Historiam Peregrinorum, lib. 1.

Vitam S. Mennatis, lib. 1.

Vitam S. Iuanuarii Monachi Casinensis, lib. 1.

ANNO TATIO.

Huius creatio diuersè à diuersis ponitur. A Bugiano nostro colloquio quarto Hist. Monasticæ, cui suffragatur Panuinus in Epitome in folio, ab Urbano Papa II. promotus dicitur: qui tamen Panuinus in Epitome in 4. à Paschali Papa II. creatum reliquit: quem ex hoc falli arbitror, quod cum uno eodemq; ferè tempore duo Monachi Casinenses, eiusdem nominis, Leonis scilicet, ad Cardinalatum promoti sint, quorum primus Episcopus Ostiensis, alter Diaconus Cardinalis, de quibus Petrus Diaconus de uir. ill. Mont. Casini capp. 30. & 31. putauit Panuinus unum eundemq; esse, indeq; natus error ille, qui posteriori suo Epitome insertus est. His cõtradicit Scipio Mazella in descript. regni Neapolitani, qui anno 1087. à Victore Papa III. creatum uult. Nos, Urbani II. creationem magis approbamus, & ratio est, quod eo iuente, alius ad Episcopatum Ostiensem, cuius ipse titulum gerebat, promoueri non debuit, quod factum fuisset si Leo à Victore III. promotus crederetur. Paschalis etiam creatio non uidetur uerisimilis, eo quia necesse fuisset toto tempore quo sedit Urbanus II. sedem Ostiensem uacasse, quod nequaquam estimandum est.

D. AMICVS, Monachus & Abbas, S. Vincentii iuxta Capuam, Ord. S. Ben. Congreg. 1. Casinensis; S. R. E. Presbyter Cardinalis, tituli S. Crucis in Hierusalem. *Alphonsus Ciacon de perpet. eccles. Pontificatu MS.*

D. IOANNES, Crescentii filius, Caietanus, familia, scilicet, & patria, Monachus Monasterii Casinensis, ex Subdiacono, & Urbani Papæ II. præsignatore, S. R. E. Diaconus Cardinalis, tituli S. Mariæ in Cosmedin, & Cancellarius: ac postea S. Gelasius Papa II. *Chron. Cas. lib. 4. c. 7. & 66. Panuinus in Epitome.*

D. GREGORIUS, Monachus & Abbas, Sublacensis, Ord. S. Ben. Cong. primæ Casinensis: S. R. E. Diaconus Cardinalis. *Panuinus in epit. in 4.*

D. GREGORIUS alter, Monachus & Abbas, Sanctorum Andree & Gregorii in cliuo scauri Romæ, eiusdem Ordinis & Congregationis, S. R. E. Diaconus Cardinalis, tituli S. Eustachii, *Panuinus in Epitome in 4.*

PASCA-

## PASCHALIS PAPA II.

*Creatio prima, ante sextum sui Pontificatus annum.*

D. LEO, Monachus Cœnobii Casinensis, S. R. E. Diaconus Cardinalis. Scripsit Registrum Urbani Papæ II. & Epistolas plures.

## ANNOTATIO.

*Ob rationem in Leone Marsicano allatam, Leonis huius creationem hic reposuimus, de quo Petrus Diaconus cap. 31. supracitato, tale fert testimonium. Leo Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Casinensis cœnobii Monachus, insignis studio, ac eloquentia, Scripsit ex nomine Urbani Papæ quamplures Epistolas; fecit & Registrum.*

*Creatio secunda, anno sexto sui Pontificatus, mense Septembri 1105.*

D. HENRICVS, Siculus, Monachus, & Decanus, cœnobii Mazarenfis, Ordinis S. Bened. Congregationis Siculæ; S. R. E. Diaconus Cardinalis, tituli S. Theodori. *Panuinus in utroque Epitome.*

D. ODERISIVS de Sangro, Campanus, Monachus & Præpositus Monasterii Casinensis; S. R. E. Diaconus Cardinalis, tituli Sanctæ Agathæ, post Abbas Casinensis 42. demum à Calisto Papa II. in tertia creatione, Anno 1121. Pontificatus sui tertio, mense Martio, Romæ Presbyter Cardinalis, tituli Sancti Cyriaci in Thermis creatus est. *Panuinus in utroque Epitome: & Petrus Diac. in Chron. Cas. lib. 4. c. 44.*

D. ROSCIMANVS, Campanus, Monachus cœnobij Casinensis, & S. R. E. Diaconus Cardinalis, tituli S. Georgij in velabro. *Panuinus in utroque Epitome: & Chronicon Casinense lib. 4. cap. 44. & 66.*

*Creatio tertia, anno octavo sui Pontificatus, 1107.*

D. CVNO, Germanus, Eginonis Vrracensis Comitæ filius, Monachus & Abbas Eremitæ Trunciberenger, Ordinis S. Bened. Congregationis Arrofsianæ, S. R. E. Episcopus Cardinalis.

## ANNOTATIO.

*Agnoscutur hic pro Monacho & Abbate Benedictino à Petro Bugiano colloquio secundo hist. Monastice; à Panuino vero Eremita Trunciberenger appellatur, Ordinis Arrofsiani: quod ante eum prodiderat Robertus de monte in appendice ad Sigebertum ad ann. 1114. sic de ordine illo loquens: In ciuitate Beluacensi, à Canonice Sedis Apostolicæ legato concilium celebratur. Hic est Cono, vnus ex illis Religiosis, qui Eremiticam uitam, apud Truncum Berenger primo duxerunt, & Arrofsiani Ordinis Authores extiterunt: qui ordo vsque hodie*  
flore

floret & crescit. *Hæc Robertus. Erratum est à Bugiano, primo in Cardinalatus titulo, Portuensis scilicet, cum non hic, sed alius nomine Cunradus Monachus Ordinis Cisterciensis, eo sit titulo ornatus, hic autem Prænestini: erroris causam Bugiano dedit, quod hic Cuno à nonnullis alijs etiam Cunradus uocitetur. Erratum est & à Panuino qui illum, Cunradum Monachum Cisterciensem, Eginonis Comitis Vracensis filium facit, cum Henrici Nigri Bavarie Ducis filius fuerit, ut ipsemet lib. 2. Princip. Rom. fatetur, & nos cum ad eum uenimus, demonstrabimus. Erratum est secundo a Bugiano non in annis quibus hic floruit, qui recte ab eo annotantur 1098. sed in personis, & temporibus, quibus hæc quæ narrat accidisse refert. Non enim hic Cuno, fraterque eius Bertoldus ijdem sunt, cum Cunone, qui & Cunradus uocatur, & Eginone, Fratribus, Eginonisq; Comitis Vracensis filijs, qui à Bertholdo. 4. Zæringie Duce, eorum per matrem Iuditham, Auo, Friderico I. Imperatori, (sive ut uult Bugianus Philippo, sed male) ad eluendam suspicionem affectati Burgundie Arelatensis regni, obsides dati sunt circa annum Domini 1180. sed longè diuersi, ut ex tribus maxime colligere licet: quorum primum est, quod hi nostri Cuno & Bertholdus ab omnibus appellantur; illi uero Cunradus (sive etiam Cuno sed rarius) & Egino: Secundum quod nostri ab anno 1090. ad 1120. floruisse & uixisse scribantur, illi autem ab anno 1170. ad 1190. & amplius: Tertium quod nostros Monachos fuisse constet, illos uero uxores duxisse, quorum primus Comites Friburgenses protulit, secundus Fustebergies propagauit. Schisma quod inter Philippum Imp. & Bertholdum Zæringie Ducem fuit anno 1199. erroris materiam Bugiano dedisse manifestum est. Et hæc satis.*

*Incertæ creationis.*

D. PANDULPHVS, Monachus Monasterij Montis Casini: S.R.E. Cardinalis primum a Paschali Papa II. deinde ab Innocentio Papa secundo, post mortem Leonis Cardinalis Episcopi Ostiensis, Episcopus Cardinalis Ostiensis creatus.

ANNOTATIO.

*Recensetur hic inter Cardinales a Petro Diacono lib. de uir. ill. Mont. Cas. cap. 25. cum ait; Pandulphus Ostiensis Episcopus, paruulus & ipse in Casino Beato Benedicto oblatas, scripsit sermones de totius anni festiuitatibus. Rythmum quoque in Laudem S. Mariæ composuit, & alia nonnulla quæ in nostras manus nondum uenerunt. Fuit uero temporibus, Alexij, Ioannis, Henrici, Lotharijque Imperatorum. Hæc Petrus. A quo tamen promotus sit, quo tempore, & quando obie-*

obierit, incertum. Si quid uero coniecturari licet, dicerem creatum anno Domini 1131. defunctum autem anno 1134. & in eius locum successisse Drogonem Abbatem Laudunensem. Hunc eundem esse puto cum eo, cui Petrus Diaconus librum suum de uir. ill. Montis Casini dedicauit, sic inquit: Coaetus assiduis tuis imperijs Pandulphæ præsul Venerande, &c.

## CALISTVS PAPA II.

Creatio prima Cluniaci Anno Christi, 1119. Pontificatus primo.

S. D. PONTIVS, Margulienfis Comitis filius, Gallus, Monachus, & Abbas Monasterij Cluniacensis septimus: S. R. E. Cardinalis. Obijt Cluniaci, An. Domini 1122. die 29. Decembris, ibidem in Ecclesia maiori, iuxta altare S. Martini sepultus.

## ANNOTATIO.

Trithemius in Chronico Hirsaugie, creatum refert ab Honorio Papa II. anno 1124. At cum, ut est in Chronico Cluniacensi MS. & Nicolao Vignierio in Chron. Burgundia, constet ipsum Pontium mortem obiisse anno 1122. & Honorius II. non ante 1124. Pontifex renunciatus sit, non potuit ab illo creari cum iam duobus ante annis a seculo migrasset. Rectius ergo Chron. Cluniacense qui eius creationem reponit ad annum primum Calisti Papæ II. cum adhuc esset in Monasterio Cluniacensi.

## HONORIUS PAPA II.

Creatio prima Anno Christi 1125. Pont. 2. Romæ.

S. D. MATTHÆVS, Gallus Remensis, Monachus primum S. Martini de Campis in ciuitate Parisiensi, Ord. S. Be. i. Congreg. Cluniacensis; deinde Prior claustralis Monasterii Cluniacensis, sub Petro Mauritio Abbate; postremo S. R. E. Episcopus Cardinalis Albanus. Obijt Cluniaci, ipso die Natiuitatis Domini miraculis clarus, & in Ecclesia S. Fridiani sepultus est. Eius uitam S. Petrus Mauritijs præfatus descripsit. Chronicon Cluniacense MS. Vitam eius & res gestas require in Martyrologio nostro die 25. Decembris.

Creatio secunda Anno Christi 1126. Pontificatus sui tertio, Romæ mense Decembri.

D. CONRADVS de Suburra, Benedicti filius, Romanus, Monachus & Abbas S. Rufi Veliternæ Diæcesis, Ord. S. Ben. Cong. Cluniacensis; S. R. E. Episcopus Cardinalis Sabinus, ac postea Anastasius Papa III.

## ANNOTATIO.

Panninus in Epitome in quarto, Canonicum Regularem, & Abbatem S. Rufi

*S. Rufi Valentini Diœcesis in Gallijs fuisse refert, sed quid hac de re sentiamus, diximus in annotationibus ad Anastasium IIII. Papam. Agit de eodem Tritemius lib. 4. cap. 29. sed corrigendus est in nomine, non enim Benedictus uocatus est, sed Conradus; Benedictus autem, nomen Patris eius fuit.*

## ANACLETVS II. ANTIPAPA.

D. PETRVS, Pisanus, Monachus Monasterij Casinensis, S.R.E. Diaconus Cardinalis, T.S. Georgii in Velabro, anno 1130. Sabbato Sancto Romæ ab Anacleto Papa II. Pontificatus sui primo in Schismate creatus: Receptus postea ab Innocentio Papa II. in numerum Cardinalium S.R.E. Panuinus in Epitome in quarto.

D. RAINALDVS Calamentanus, Monachus Monasterij Casinensis; S.R.E. Subdiaconus ab Anacleto II. factus: deinde Abbas Casinensis 45. electus in Schismate contra Rainaldum Etruscum, quarto post mense ab Innocentio Papa II. ab administratione sentus est. Chronicon Casinense lib. 4. cap. 120. ubi dicitur ab Anacleto II. filio Petri Leonis Subdiaconus ordinatus.

## INNOCENTIVS PAPA II.

*Creatio secunda, anno 1134. Pontificatus sui 5. mense Decembri, Pisis,*

D. DROGO, Laudunensis, Gallus, Monachus & Abbas S. Iohannis, Laudunensis, Ord. S. Ben. Cong. Cluniacensis, S. R. E. Episcopus Cardinalis Ostiensis, & post Episcopus Laudunensis. Scripsit nonnulla opuscula, inter quæ est. De passione Domini, lib. 1. Qui excusus est in Tomo 8. Bibliothecæ SS. Patrum Margarini de la Bigue. Obijt anno 1137. Tritemius lib. 4. c. 32. Panuinus in Epitome in 4. & Franciscus Belforestus in Cosmographia.

*Creatio quarta. 1138. Pontif. 9. mense Decembri, Laterani Romæ.*

D. ALBERTVS, Beluacensis, Gallus, Monachus cœnobij Cluniacensis; S. R. E. Episcopus Cardinalis Ostiensis, ac Apostolicæ sedis in partibus Hierosolymitanis legatus.

## ANNOTATIO.

*Vocatur hic à S. Bernardo epistola 219. ad quatuor Episcopos Curia, & alibi, & à Panuino in Epitome in 4. Albericus: sed hac in re sequimur auctoritatem Chronici Cluniacensis, MS. in quo Albertus uocatur, cuius verba sunt. Albertus Cluniacensis suo tempore Monachus, deinde Hostiensis Episcopus factus est. Hic scripsit Petro Cluniacensi, & Religiosis, commendans eis suam peregrinationem, de quibus habetur Epistola in 2. libro cap. 18. Hæc ibi.*

D. ADINALFVS, Monachus & Abbas Monasterij S. Marie Farfa,



fr. Ordinis S. Ben. Cong. Cluniacensis, S. R. E. Cardinalis. *Alphonsus*  
*Clacon de perpet. eccles. Pontif. MS. ex archiuio Monasterii Earfensis.*

*Creatio quinta, 1140. Pontif. 11. mense Decembri, Romæ.*

D. RAINALDVS, ex Comitibus Marforum Campanus, Mo-  
nachus, & Abbas 47. Monasterij Casinensis; S. R. E. Cardinalis,  
tituli Sanctorum Marcellini & Petri. Obijt Casini anno 1166. idi-  
bus Iulij, ac ibidem ante Capitulum sepultus est. Vt erat doctissi-  
mus scripsit inter cætera, quæ vidi,

Vitam S. Severi Episcopi Casinensis, Lib. 1. *Nullum unquam*  
De eodem, Hymnus 1. A. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

*Panninus in Epitome, in 4. & Placidus Romanus in supplemento hi-*  
*storicali ad Chronicon Casinense, cuius fragmenta potiora apud me repe-*  
*riuntur MS. & Petrus Diaconus in epistola dedicatoria ad eundem, præ-*  
*fixa lib. 4. Chronici Casinensis: & idem Petrus de vir. ill. cap. 44.*

*Creatio sexta, 1142. Pontif. 13. mense Decembri, Romæ.*

D. IMARVS, Gallus, Monachus primum S. Martini de Cæpis Pari-  
sijs, Ordinis S. Ben. Cong. Cluniacensis; demum Abbas Puteanensis,  
Ordinis, & Cong. eiusdem; ad vltimum S. R. E. Episcopus Cardina-  
lis Tusculanus. Obijt Cluniaci.

## ANNOTATIO.

S. Bernardus Abbas epist. 219. supracitata, hunc Ignaratum ap-  
pellat: Panninus item in epitome in folio, Omarum: in 4. autem verita-  
tem iam edoctus Ymarum, cuius esse legitimam lectionem, didicimus ex  
chron. Cluniacensi MS. in quo eius vita, eo qui sequitur ordine descri-  
bitur. In istis etiam diebus floruit Ymarus Tusculanensis Episcopus.  
Hic apud S. Martinum de Campis, sub Domino Matthæo tunc tem-  
poris Priore, postea verò Venerabili Albanensi Episcopo in iuveni-  
li cõstitutus eate habitum suscepit Monachalem. Deinde Cluniacũ  
ducitur, ubi à Pontio Abbate professione, pariterq; benedictione  
completa Monasterialibus sacramentis arctius implicatur. Inde ve-  
rò suffragantibus meritis Custos Ordinis efficitur. Abbas postmodũ  
noui Monasterij Puteanensis ordinatus, ubiq; strenuus rector, præci-  
puus Ordinis cultor, suę religionis & sapietię clarissima monimeta  
reliquit. Succedente autẽ tẽpore à Domino Innocentio Papa in Pa-  
triarchio Lateranẽsi, Cardinalis Pontifex cõsecratur Episcopus, &  
coadiutor Romani Põtificis, in partẽ sollicitudinis aduocatus, Late-

N ranensis

ranensis & Tusculanensis Ecclesiæ titulo decoratur. Sub Domino quoque Lucio Papa legatione fungens, in Angliã transfretauit, ubi vices Apostolicas, manus suas excutiens turpi munere, ad subuertendum iudicium, nullis potuit pecuniis expugnari. Tandem sicut in voto semper habuerat, in sepulchro, videlicet Patrum suorum collocari, et ad ipsos apponi desiderans, ad nos ueniens collegit quicquid habere potuit, & tã in Stagno faciendo, quàm in reliquis beneficiis, quæ conuentui grater impendit, amplius quam quadraginta millia solidos deuotus expendit. *Hæc auctor.*

## EUGENIUS PAPA III.

D. NICOLAUS Breackspere, Anglus Malmesberiensis, ex oppido S. Albani, Bathoniensis Diœcesis, primum Monachus Monasterij S. Albani (una cum Patre suo, qui clericus cum fuisset, in eodem cœnobio uitam ducebat cœnobicam) Ord. S. Ben. Congregationis Giribennæ; inseruiuit deinde Ecclesiæ S. Iacobi in Melgorio, Magalonenfis Diœcesis, in Britannia minori; ex qua in Abbatem S. Rufi prope Valentiam Galliæ electus; postmodum ob singularem doctrinam, & morum Sanctitatem S. R. E. Episcopus Cardinalis Albanus, ac Noruegiæ Legatus, creatus, anno 1146. tandem Adrianus Papa III. euasit.

## ANNOTATIO.

*Tritemius lib. 4. cap. 31. & Panuinus in epitome in folio, Benedictinum agnoscunt. In epitome autem in 4. Canonicus regularis vocatur: de qua re vide annotationes nostras ad Adrianum Papam III.*

D. HUGO de Folietto, Gallus, Monachus S. Petri Corbeiensis Galliæ, Ord. S. Ben. Cong. Cluniacensis: S. R. E. Cardinalis Presbyter, tituli S. ....

## ANNOTATIO.

*Volaterranus antropologie, lib. 21. & Panuinus in epitome in 4. Cardinalem ex Canonico regulari S. Petri Corbeis, creatum affirmant. Ex multis tamen Monachum Benedictinum fuisse clarissimum est. Primb ex Monasterij Corbeiensis fundatione a S. Bathilda Regina Franciæ, quod sub Regula Diui Benedicti fundatum demonstrant Belforestius in anal. Franc. & alij infiniti historici: patetq; ex multis Sanctis de illo cœnobio ad Episcopatus assumptis, ut S. Ansgarius ad Bremensem, & alij in Episcopis nostris notati, Sanctus item Paschasius Abbas Corbeiensis, qui ab omnibus, ut Tritemio, Sixto Senensi, Baronio, Galefinio, Molano, & alijs, Monachi Ordinis Diui Benedicti appellantur: It probaret autem Belforestius omnia tunc temporis Monasteria fuisse Ox-*  
dinis

Anis Dni Benedicti per totam Galliam, in Cosmographia sua, folio 375.  
 numeri primi (bis enim in illo primo uolumine numeri repetuntur) addu-  
 cit Monasterium S. Quintini Beluacensis, quod fundatum fuit a San-  
 cto Iuone, anno Domini 1067. dicitq; fuisse primum cœnobium et Abba-  
 tiam primam Ordinis Canoniorum Regularium in Gallia. Confirmat-  
 ur & in uita S. Maioli Abbatis apud Surium tomo 3. in aduentu ip-  
 so Sancti Mauri Abbatis, discipuli P. N. Benedicti ad Gallias, omnia  
 Gallie cœnobia eius se magisterio subdidisse. Adde secundo, quod hic  
 Hugo Monachus ab historicis uocatur (quod nomen, uti in superiori-  
 bus diximus, nūquam Canonicis regularibus datur) ut uidere est lib. 12.  
 Supplem. chron. ubi sic legitur: Hugo Monachus Corbeiensis in di-  
 uinis scripturis sufficientissimè eruditus, &c. & in Bibliotheca Phi-  
 losophorum: Hugo Corbeiensis Monachus, qui etiam Folietanus  
 dicitur, scripsit de claustro tractatus quatuor. Apud Trutemium  
 item, non solum Monachus, sed Monachus Ordinis D. Benedicti fuisse le-  
 gitur, lib. 2. cap. 115. de uir. ill. Ord. S. Ben. & libro de Scriptoribus Eccles.  
 cū dicitur, Hugo Monachus Corbeiensis, Ordinis Sancti Benedicti,  
 dictus de Folietto: &c. Monasterium aut̄ istud D. Petri illud esse  
 quod a Bathilda Regina fundatū est, & non aliud, habemus ex epist. 24.  
 B. Nicolai Papæ I. ad Trasulfum Abbatem Monasterij beatorum Prin-  
 cipum Petri ac Pauli, quod appellatur Corbeia, in qua eiusdē cœnobij priu-  
 legia confirmantur, cuius uerba sunt. Vnde quia nō multis interceden-  
 tibus annis Monasterium beatorū Apostolorū Petri ac Pauli, quod  
 appellatur Corbeia, venerabilis qui tunc fuerat Abbas Odo, &c.  
 & post pauca: Nunc uerò adueniens venerabilis Odo Beluacensis  
 Ep̄s qui prius Abbas Corbeiensis Monasterii fuerat: &c. Statimq;  
 Decernimus ut Monasterium Corbeie, quod ad laudem Dei in ho-  
 norem Sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli cōstructum esse di-  
 gnoscat, & a Batilde Regina Francorum, filioq; eius Lothario a  
 principio fundatum, & donariis, rebusq; necessariis locupletatum,  
 quod est in pago Ambianensi super fluium Summa situm, rerum  
 suarum liberā in omnibus habeat disponendi regulariter potesta-  
 tē, &c. Odonem uerò presatum, qui Episc. Beluacensis factus est postea,  
 Ord. D. P. Benedicti fuisse testatur, cum Catalogi Episcoporum illius  
 Ecclesie, tum etiam Trutemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 4. c. 210. Proba-  
 tur & ex S. Theodofredo, qui primus illius loci Abbas a S. Bathilde con-  
 stitutus est, euocatus ex Monasterio Luxouienfi, quod cōsentientibus om-  
 nibus historicis, tūc temporis sub Regula S. P. Benedicti, militare nosceba-  
 tur. Ad eam rem facerēt alia multa, ut libri excusi S. Paschasii Abbatis,

qui ubique Abbas Ordinis S. Benedicti uocatur, & huiusmodi plurima, que tamen ut breuior sim omitto, hæc pro Monachatus Hugonis nostri probatione dixisse, sufficere existimans.

D. IOANNES, Gallus, Monachus, & Abbas Dolensis in Britannia minori, Ord. S. Ben. Cong. Cluniacensis, S. R. E. Cardinalis, tituli . . . . . D. Benedictus Luchinus in colloquio suo MS. rerum eccles. huius, promotionem citat, sed unde habuerit ignoro.

D. SYLVESTER, Monachus & Abbas, Sublacensis Monasterij, Ord. S. Ben. Congregationis Specuensis, S. R. E. Cardinalis Panuinus in epit. in folio: nomen uero Sylvestri ex Luchino desumpsimus, qui illud habuit ex archiuo Mon. Sublacensis cum ibi Priorem ageret.

#### ADRIANVS PAPA III.

Creatio secunda, 1155. Pontif. 2. mense Decembri Remæ.

D. GVILIELMVS, Cuius & Archidiaconus Papiensis, Monachus Ord. S. Ben. Congregationis . . . . . S. R. E. Diaconus Cardinalis tituli Sanctæ Mariæ in uia lata: & post ab eodem in tertia creatione, anno 1158. Presbyter Card. S. Petri ad Vincula, tituli Eudoxiæ: demum ab Alexandro Papa III. in quarta creatione, anno 1176. Pontif. sui 18. mense Decembri, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ, factus: Obijt decimoquinto Calendas Februarij, in Monasterio Casinensi sepultus. Ex Calendario Vetusso Montis Casini, quod est in primo scanno Bibliothecæ ad dexteram statim in ingressu, in quo nomina defunctorum olim annotabantur.

Creatio tertia, 1158. Pontif. 4. mense Martio, Romæ.

D. SYMON, Monachus & Abbas, S. Scholasticæ Sublacensis, Ord. S. Ben. Cong. Specuensis: S. R. E. Diaconus Cardinalis, Tituli S. Mariæ in Dominica. Panuinus in Epitome in 4.

#### CALISTVS III. ANTIPAPA. Creatio Anno Domini 1165.

D. IOANNES, Hungarus, Monachus & Abbas Strumiensis, Cænobij, in Hungaria, Ord. S. Ben. Congregationis Cluniacensis; S. R. E. Episcopus Cardinalis Tusculanus in Schismate; post Paschalis II. Antipapa. Panuinus in Epitome in 4.

#### ALEXANDER PAPA III.

Creatio prima, anno 1163. Pontif. 5. mense Decembri, in Gallis.

D. MANFREDVS, Monachus Ord. S. Ben. Cong. . . . . S. R. E. Diaconus Cardinalis, Tituli S. Georgii in Velabro: post in quarta creatione, 1176. ab eodem factus est, Episcopus Cardinalis Prænestinus: Obijtque die decimosexto Calendas Februarii. Ex eodem Calendario Vetusso Montis Casini.

Creatio

*Creatio secunda 1175. Pontif. 7. Romæ, mense Decembri.*

D. THEODINVS, Monachus cœnobij Sancti Benedicti de Padolyrone, extra Mantuam, Ordinis S. Benedicti, Congregationis, S. R. E. Presbyter Cardinalis Sancti Vitalis, tituli Vestinæ: ac deinde in quinta creatione, 1178. ex Presbytero, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ, ac legatus Apostolicæ sedis in Angliam, ad Henricum II. Regem, pro causa S. Thomæ Episcopi & martyris. *Ex libro uetusto Monasterij nostri S. Benedicti de Mantua, quod est in Bibliotheca parua ipsius cœnobij, in quo nomina 1309. Monachorum descripta leguntur.*

*Creatio quinta 1178. Pontif. 20.*

D. PETRVS, Monachus S. Benedicti de Padolyrone, Ordinis S. Ben. Congeg. Cluniacensis, S. R. E. Episcopus Cardinalis Tusculanus creatus. *Ex eodem libro, in quo sic circa finem legitur, Theodinus Portuensis Episcopus, & Petrus Tusculanus Episcopus, ab Alexandro III.*

*Creatio sexta, 1179. Pontificatus 21. Romæ.*

D. THEOBALDVS Gallus, Monachus primum, & Prior Monasterij Crispeij, in Galliis, Ord. S. Ben. Congre. Cluniacensis: post Abbas S. Basoli, eiusdem Ordinis & Cong. deinde Abbas Generalis XV. Monasterii Cluniacensis: demum S. R. E. Presbyter Cardinalis, tituli S. Crucis in Hierusalem: postremo à Lucio Papa III. in secunda creatione, Veronæ 1184. facta, feria 4. Cinerum, Pontificatus sui anno tertio, creatus est Episcopus Cardinalis Ostiensis & Veliternus. Obiit anno 1188: pridie nonas Nouembris, & in Monasterio suo sepultus est.

ANNOTATIO.

*In Chron. Cluniacensi eius promotio his annotatur verbis. Theobaldus primus, Abbas Sancti Basoli, Abbas noster quintusdecimus, incepit regere anno 1179. Rexit ferè vno anno: & eodem anno assumptus est in Episcopum Hostiensem. Obijt secundo nonas Nouembris, anno 1188. Panuinus autem in epitome in quarto. anno 1184. à Lucio Papa III. in secunda creatione creatum refert. Nos auctoritatem chron. Cluniacensis sequimur.*

LVCIVS PAPA III.

*Creatio secunda, 1184. feria 4. Cinerum, Veronæ: Pontif. sui 3.*

M. D. ROLLANDVS, Gallus, Monachus, & Abbas electus Dolenfis, Ord. S. Ben. Cong. Cluniacensis: S. R. E. Diaconus Cardinalis, tituli S. Mariæ in porticu,

N 3 ANNO-

## ANNOTATIO.

Paninus in epitome in quarto. Rollandum nominat : in illo verò in folio, Ioannem ; nos Rollandum retinimus : arbitramur enim Ioannem, illum esse qui creatus est ab Eugenio Papa III. ut annotat Lucinus.

## CLEMENS PAPA III.

Creatio tertia, 1190. Pontif. sui 3. mense Septembri, Romæ.

D. GANDULPHVS, Placentinus, Monachus, & Abbas S. Sixti, Monasterii S. Sixti Placentiæ, Ord. S. Bened. Congregationis Cluniacensis, S. R. E. Diaconus Cardinalis, tituli Sanctorum martyrum Cosmæ & Damiani. Obiit anno 1229. Abbatis regiminis 44. in Monasterio suo sepultus.

## ANNOTATIO.

A Domino Felice Passaro Monacho Casinensi in Opusculo, de situ, & laudibus Monasterij S. Sixti Placentiæ, creatus dicitur ab Urbano Papa III. Sed cum ut ait Paninus in epitome in quarto. Urbanus Cardinales nullos crearet, arbitrati sumus eum esse, qui in eodem Panino in folio in Clemente III. sic annotatur, G. . . . . Diaconus Card. SS. martyrum Cosmæ, & Damiani. Cardinalem verò fuisse testatur, & Petrus de Ripa alta, in Annalibus ciuitatis Placentiæ, qui reperiuntur MS. apud Dominum Constantium Caietanum Syracusanum Siculum, Monachum Catanensem Congreg. Casinensis, cuius Petri verba hæc sunt. Anno 1185. Gandulphus sextus Abbas, qui factus est Cardinalis : qui tempore Urbani Papæ III. curam adhibuit ad inueniendum corpus S. Sixti Placentiæ in confessionibus dicti Monasterij S. Sixti Diuina reuelatione de hoc habita. Hæc Petrus. Fundatum est autem ut ex eodem Petro liquet, prædictum Monasterium sub honore S. Resurrectionis ab Angilberga Imperatrice, Ludouici iunioris Imper. uxore repudiata, anno Domini 852. sic enim ait, Anno 852. Angilberga vxor Ludouici Imper. facit cœnobium Placentiæ in honorem Resurrectionis. In eodem autem sanclimonia libus collocatis, prima eis præficitur Abbatissa Cunigunda, anno 853. deinde aliæ per ordinem, usque ad annum 1112. quo Febronia ultima Abbatissa in ordinem redacta, cœnobium, in usum Monachorum conuersum est ; ut ex catalogo sequenti, Abbatissarum, & Abbatum, patebit, qui hoc modo à Petro præfato describitur.

Anno

- 583 Electa est prima Abbatissa Cunigunda.  
 867 Theodarga, secunda Abbatissa.  
 877 Angilberga Imperatrix, tertia Abbatissa : & eo anno facta est donatio Monasterio prædicto ab hac Domina, qui erat

an-

annus secundus Caroli Calui Imperatoris.

- 889 Frontharius Episcopus Bituricensis, obiit Placentiæ tempore Angilbergæ Abbatissæ.  
 915 Berta, quarta Abbatissa, Hæc fuit Amita Berengarij II. (alias III.) Imp. ut ex Carolo Sigonio liquet, lib. 6. de Regno Italiæ ad annum 950.  
 960 Scamburga, quinta Abbatissa.  
 1002 Ita, sexta Abbatissa.  
 1038 Adeleyda, septima Abbatissa.  
 1059 Febronia, vltima Abbatissa.  
 Anno 1112. Odo ( Monachus S. Benedicti de Mantua ) factus primus Abbas Placentiæ à Mathilda.

- 1135 Petrus, secundus Abbas.  
 1145 Berardus, tertius Abbas.  
 1180 Bernardus, quartus Abbas.  
 1185 Adrardus, quintus Abbas.  
 1185 Gandulphus, sextus Abbas, qui factus est Cardinalis.  
 1229 Leonardus, septimus Abbas.  
 1237 Ioannes de Brachifortis, octauus Abbas.  
 1247 Ioannes de Pado, nonus Abbas.  
 1248 Bonifacius, decimus Abbas.  
 1265 Andreas, undecimus Abbas.  
 1272 Benedictus, duodecimus Abbas, turrim reedificauit.  
 1307 Obertus de medio capite, decimustertius Abbas.  
 1308 Tedixius Claponus, decimusquartus Abbas.  
 1317 Gulielmus Flandronus, decimusquintus Abbas.  
 1348 Federicus de Ferrarijs, decimusextus Abbas.  
 1363 Franciscus Tronus, decimusseptimus Abbas.

#### COELESTINVS PAPA III.

*Creatio tertia, 1191. Pontif. sui anno 2. Romæ.*

D. ROFFREDVS, Monachus, & Abbas, 52. Monasterij Casinensis, S.R.E. Presbyter Cardinalis, tituli Sanctorum Marcellini, & Petri. Obiit Casini anno 1208. tertio Calendas Iunij, ibique sepultus. *Vocatur hic malè à Panuino in epit. in 4. Rainaldus, ut ex catalogis Abbatum Montis Casini cognouimus, in quibus Roffredus semper appellatur.*

#### INNOCENTIVS PAPA III.

*Creatio sexta 1206. Pontif. sui 9. mense Decembri, Romæ.*

D. PELAGIVS, Monachus Ord. S. Bened. Cong. . . . . . S.  
 N 4 R.E.

R. E. Diaconus Cardinalis, tituli S. Lucie in Septifolio, anno 1206. Pontif. sui nono, mense Decembri Romæ, creatus; postmodum ab eodem anno 1211, Pontificatus sui 14, Episcopus Cardinalis Albanus factus: Obiit tertio calendâs Februarii, Casini sepultus. *Ex calendario uetusto montis Casini supracitato.*

*Incerta creationis ab eodem Innocentio III.*

D. P E T R V S, Comes Campanus, Monachus Monasterij Casinensis, ob vitæ meritum, & sapientiæ doctrinam, S. R. E. Presbyter Cardinalis, & post Abbas Casinensis creatus; Obijt anno 1210. 5. calend. Februarii, & Casini sepultus est.

ANNOTATIO.

*Tritemius de uir. ill. Ord. S. Bened. lib. 4. cap. 28. huius quidem promotionis meminit, sed tempus quo floruit, aut à quo creatus sit non exponit. Putamus eundem esse cum illo Petro Abbate Casinensi, cuius memoria agitur in catalogis Abbatum illius cænobij, his uerbis. Petrus secundus, cognomento Comes, Abbas 53. sedit menses septem, dies 4. & sepultus est in Casino, quinto calendâs Februarii, anno Dom. 1210. Coniecturam nobis fecit, quod Comes à Tritemio uocetur, & nullus alius huius nominis Petri inter Abbates Casinenses, hoc uocabulo Comitum ornatur, præter hic Petrus, Si quis melius inuenerit, libenter doceri partemur.*

HONORIVS PAPA III.

*Creatio prima 1216. Pontif. 1. mense Decembri, Romæ.*

D. P E T R V S . . . . . Duacensis, Belga, Monachus, Ord. S. Bened. Electus Cameracensis, & Innocentij III. ad Regem Francia Legatus, S. R. E. Episcopus Card. Sabinus. Obijt anno 1252. Perusij, & ibidem sepultus est.

ANNOTATIO.

*Monachum hunc fuisse coniectura ducor particule illius, Fratris, nomini eius anteposite, à Mattheo Vuestmonasteriensi in floribus historiarum, qui ad annum 1199. sic de eo loquitur: Propter captiõnem fratris Petri de Douay, Cambracensis electi, interdicta est Francia. Fratris uerò pronomine, Monachos omnes Ordinis Sancti Benedicti, à prima sua Origine ad hæc usque nostra tempora, maxime in partibus Ultramontanis, ornatos fuisse, ita omnibus notum est, ut illud uelle probare superfluum foret. Monachum autem ideo dicimus, quod eo tempore anno Domini scilicet 1200. mendicantium Ordinibus nondum suscitatis, alij ordines non reperiabantur in Belgio, quam Benedicti, & Cisterciensis: cuius Ordinis Monasteria in ciuitate mea Duacensi, in qua*



qua hic natus est, nec in toto eius districtu, cum non reperiantur, Ordinis uero D. Benedicti plura, & ampla, illius professorem scripsimus. De eius promotione ad Cardinalatum agit Franciscus Belforesius *Annalium Fræcie*, lib. 3. c. 69. ad annum 1199. cuius uerba de Gallico in Latinum translata sic habent. 1199. F. Petrus Duaci natus, Card. T. T. S. Sabinae, venit Legatus in Franciam pro Papa Innocentio III. Hæc de uerbo ad uerbum. Ex quibus uerbis uidetur Cardinalis fuisse etiam illo tempore cum ad Gallias accessit: sed cum in Panuino promotio eius non prodatur usq; ad Honorij III. tempora, illum sequendum hac in parte duximus.

## GREGORIUS PAPA IX.

Creatio prima 1227. Pontificatus 4. in Quatuor Temporibus Septemb. Romæ.

D. IO. FRANCOIGIA de Abbatifuiilla, Gallus, Monachus Cluniacensis, & Abbas S. Petri de Abbatifuiilla in Picardia, Ord. S. Bened. Congreg. præfata, Archiepiscopusque Bisuntinus, S. R. E. Episcopus Cardinalis Sabinus. Scripsit nonnulla opera, de quibus citantur subiecta;

Sermones de Tempore, Lib. 2.

Sermones de Sanctis, Lib. 2.

In his autem scribendis, primo breues lectiones euangelicas, & Apostolicas breuiter exponedo inferit: postea uero alios sermones, tam Dominicales, quàm festiuos, adeo prolixos intermiscet, tot scripturarum inducens testimonia, ut uix possint memoriæ commendari.

## ANNOTATIO.

Panuinus in Epitome in quarto, & alij plurimi huius Joannis Monachatum, & Cardinalatum prodiderunt. Cognomentum Francoigia addit Ciaconus. Videtur tamen mihi omnino is esse de quo agit F. Sixtus Senensis in Biblioth. sancta, lib. 4. uocaturque ab eo Ioannes Halgrinus ab Abbatifuiilla, & Cardinalis Sabinensis. Et ratio quæ me mouet est, quod nec in Panuino, nec in alijs qui de Cardinalibus ex professo agunt, nullus alius reperitur Joannes ab Abbatifuiilla Cardinalis Sabinus, præter quam hic noster, de quo agimus. Quod si ita esset, ut ego arbitror, opera quæ dicitur composuisse, uidelicet, Expositio, quæ uocatur Sexta, in Cantica Cantico-rum, nouo interpretationis genere, de Christo, & Matre eius facta, hic inferenda esset, quæ expositio sic incipit, Ad honorem Matris, & Filius Cantica Cantico-rum expositurus. Excusiq; est Parisiis, apud Ascensum, anno Domini 1521. insuper quoque, & ipse Sixtus emendandus, qui dicit eum, anno 1450. floruisse.

MAGISTER Dominus Sinibaldus de Flisco, Obizzonis filius, ex Lauania Comitibus, Genuensis, Ligur, Monachus primum Monasterii S. Benigni Fructuariæ, in agro Taurinensi, Ordinis S. Bene. Congreg. Cluniacensis, deinde ex S. R. E. Vicecancellario, Presbyter Cardinalis, T. S. Laurentii in Lucina; postremo Innocentius Papa III. renunciatus est. *De Cardinalatu agit Paninus in Epitomis, nos de Monachatu egimus in annot. nostris ad Innocentium III.*

D. RAINALDVS, Philippi filius, ex Comitibus Signiæ, Anagninus, Nepos, & Subdiaconus Papæ, Monachus Ord. S. Ben. Congreg. . . . & S. R. E. Diaconus Cardinalis, T. S. Eustachii, deinde ab eodem in tertia creatione, anno, 1234. Pontificatus 8. mense De cembri Romæ, Episcopus Cardinalis Ostiensis, & Veliternus, creatus; postremo Papa Alexander, III. *Cardinalatum prodit Paninus in Epitomis: Monachismum probauimus in annotationibus ad Alexandrum Papam III.*

*Creatio quarta 1240. Pontif. 14. Romæ.*

D. RICARDVS Hannibaldensis, Romanus, Monachus, & post Abbas 58. Monasterii Montis Casini; S. R. E. Diaconus Cardinalis, T. Sancti Angeli, creatus; obiit Casini anno 1263. regiminis Abbatialis, 12. & ibidem sepultus est. *Ex Catalogis Abbatum Montis Casini, MS. in quibus Presbyter Cardinalis T. S. Cyriaci scribitur.*

INNOCENTIUS PAPA III.

*Creatio prima 1224. Pontif. 2. Lugduni in Concil. Generali Tempore Aduentus.*

D. GVILMVS, Gallus, Monachus, & Abbas S. Facundi, Ordinis S. Ben. Congreg. Cluniacensis S. R. E. Presbyter Cardinalis, Basilicæ Sanctorum duodecim Apostolorum. Obiit Lugduni anno 1250. ac ibidem sepultus est. *Paninus in Epitome in quarto.*

*Creatio secunda 1252. Pontif. 9. Perusii, in quatuor Temporibus Aduentus.*

D. IACOBVS, Monachus . . . Ordinis S. Benedicti, Congregationis . . . S. R. E. Episcopus Cardinalis Portuensis, & S. Rufinæ. Obiit anno D. 1254. Pontif. Innocentii Papæ III. duodecimo.

ANNOTATIO.

*Notatur hic a Panino in Epitome in quarto, in hac creatione secunda, sed Monachi nomen omittitur, quod puto errore librorum factum; inuenitur enim postea in eodem Panino inter Episcopos Cardinales Portuenses & S. Rufinæ, folio 5, sic repositum: 1252. 19. Frater Iacobus Monachus, creatus ab Innocentio III.*

COE-

## COELESTINVS PAPA V.

*Creatio unica, anno 1294. quatuor Temporibus Septembris, Neapoli.*

D. PETRVS de Aquila, Monachus, & Abbas Congregationis Casinensis, ex Archiepiscopo Beneuentano, S. R. E. Presbyter Cardinalis, T. S. Marcelli. Obiit anno Christi 1299. Pontificatus Bonifacii Papæ VIII. quinto.

## ANNOTATIO.

*Panuinus in Epitome in quarto, huius Monachi Cardinalatum annotat. errare autem mihi uidetur in titulo Abbatis, nullus enim illo tempore hoc nomine Petri Abbas Casinensis (cuius cœnobii Abbatem eum scribit) fuisse legitur, ut ex eorum Catalogo liquet: Arbitrari potius Abbatem fuisse S. Sophie Beneuenti, quæ Abbatia sub Casinensi noscitur tunc fuisse: uel simpliciter Monachum Casinensem, ut ipsemet innuere uidetur, cum de eius morte agit, sic inquit; Frater Petrus Aquilanus Monachus Casinensis, Presbyter Card. T. S. Marcelli obiit anno Christi 1299.*

D. IOANNES de Cressy, Gallus, Picardus, Monachus Ord. S. Ben. Congregationis Cluniacensis, & Episcopus Meldensis: S. R. E. Presbyter Cardinalis, tituli Sanctorum Marcellini & Petri, & Vicecancellarius, Neapoli in prima & unica Cardinalium creatione anno 1294. Pontificatus sui primo, quatuor Temporibus Septembris, factus: Obiit Auenione Anno 1307. Scripsit nonnulla opera præsertim in Iure Canonico, de quibus tantum uidi, in Sextum Librum Decretalium dilucida Cõmentaria, Glossa Aurea nuncupata: quæ excusa sunt Venetijs, anno 1586. in folio regali, cum additionibus Clarissimi. I. C. Philippi Probi Biturici.

## ANNOTATIO

*Panuinus in Epitome in 4. huius Ioannis Monachi meminit, errat tamen cum cognomentum Monachi, pro gentilicio cognomine ei attribuit: nam ut ex Francisci Belforestij cosmographia fol. 374. didicimus, Cressy, ei cognomentum fuit gentilicium, Monachus autem dignitatis & professionis eius titulus. Is ille est qui Parisiis Collegium fundauit, quod ab eius nomine, Collegium Monachi uocatur.*

D. SYMON, Gallus, Monachus, Monasterij Cluniacensis, & Prior Charitatis, Congregationis eiusdem, Ord. S. Benedicti: S. R. E. Cardinalis, tituli S. Sabinæ in eadem promotione, renunciatus: obiit Romæ, anno 1296. & ibidem in ecclesia S. Martini in Montibus sepultus est. *Panuinus in Epitome in 4.*

## CLEMENS PAPA V.

Creatio 1. anno 1305. Pontif. 1. Lugduni, Sabbato 4. temp. Adventus, 18. cal. Ianuarij.

D. P E T R V S Arnaldi, Bananensis, Burdegalis, Vasco, Galus, Monachus & Abbas Monasterij S. Crucis Burdegalis, Ord. S. Ben. Congregationis Cluniacensis: S. R. E. Presbyter Cardinalis, tituli S. Stephani in Cœlio Monte: post Vicecancellarius, non nisi sequenti anno publicatus. Obijt Auinione anno Domini, 1316.

## ANNOTATIO.

*Panninus in utroque Epitome de eo agit, eiusque Monachatu. item & Matthæus Vuestmonasteriensis in floribus historiarum ad annum 1305. sic dicens, loquens de Clemente Papa V. Mox ipso die Dominico, creavit alios Cardinales, sex de Vasconia, duos de Francia, unum de Anglia, scilicet Thomam Fratrem Ordinis Prædicatorum; & Petrum Abbatem Sanctæ Crucis iuxta Burdegaliu; Ordinis Sancti Benedicti, creatum similiter Cardinalem, Vicecancellarium suum constituit. Et aduerte quod die Dominica creatos Matthæus referat, Panninus vero die Sabbathi, quæ opiniones sic possunt accipi, ut Sabbatho creatos, Dominica vero pronunciatos fuisse dicamus.*

Creatio tertia, 1312. Pontif. 8. Auinione, Sabbato 4. Temp. Adventus, die 11. calendas Ianuarij.

D. P E T R V S, Gallus, Monachus & Abbas S. Seueri, Ord. S. Benedicti, Congregationis . . . . . S. R. E. Presbyter Cardinalis. Obijt sub Ioanne Papa XXII. *Panninus in utroque Epitome.*

## NICOLAUS V. ANTIPAPA.

D. A R M A N V S siue Hermanus Germanus, Monachus, & Abbas Fuldenfis in Buchonia, Ord. S. Bened. Congregationis Cluniacensis, reformatæ à S. Gulielmo Hirsaugiensi Abbate; S. R. E. Presbyter Cardinalis, creatus anno Christi 1327. Pontificatus sui primo, idibus Maij, Romæ, in prima creatione. *Panninus in utroque Epitome, sed eius nomen reticet: quod mihi communicauit, pro sua in me humanitate Illustris Dominus Ioannes Antonius Pietramelara Bononiensis, uir doctissimus, & rerum antiquarum diligentissimus indagator, & SS. Mauriti & Lazari Eques.*

## BENEDICTVS PAPA XII.

Creatio prima, 1337. Pontif. 4. die 15. cal. Ianuarij, Auinione.

D. P E T R V S Rogerij, Monstrius, de Malmonte, Lemonicensis Diœcesis, Gallus, Monachus, & Abbas Monasterij S. Trinitatis Fiscanensis in Normandia, Ord. S. Ben. Congregationis Cluniacensis,

ensis, S. Theologiæ Doctor, & Archiepiscopus Rothomagensis: & Senonensis: S. R. E. Presbyter Cardinalis, Tituli Sanctorum Nerei & Achillei: post Papa Clemens VI. renunciatus. *Trittemius lib. 4. cap. 37. & Panuinus in utroque Epitome: correctione tamen indiget in Epitome in folio, ubi cum Monachum Cisterciensem facit.*

D. GUILIELMVS Curti, de Diuano, Gallus, Monachus & Abbas Montis Oliuarum, Carcallonensis Diæcesis, Ordinis S. Ben. Congrè. Cluniacensis; S. R. E. Presbyter Cardinalis, Tituli Sanctorum quatuor Coronatorum; post Episcopus Cardinalis Tusculanus factus a Papa Clemente VI. in quarta creatione, anno 1350. Auinione, die 15. cal. Ianuarij. Obijt Auinione, pridie Idus Iunij, anno 1361. ex peste. *Panuinus in utroque Epitome.*

CLEMENS PAPA VI.

Creatio prima 1342. Pontif. 1. die 12. cal. Octobris, Auinione, quatuor Temporum Septembris.

D. HUGO Rogerij Monstrij, de Malmonte, Lemonicensis Diæcesis, Gallus, Clementis VI. Papæ Frater Germanus, Monachus Monasterij Tullensis, Ord. S. Ben. Cong. Cluniacensis: S. R. E. Presbyter Cardinalis, T. Sanctorum Laurentij & Damasi: postea Archipresbyter. Obijt Auinione duodecimo cal. Octobris, anno 1363.

ANNOTATIO.

*Panuinus in Epitome in quarto, Hugonem Rogerij, & Cardinalem SS. Laurentij & Damasi, appellat: in Epitome uero in folio simpliciter Rogerium, Tituli SS. Nerei & Archillei uocat: nos priorem sequuti sumus sententiam.*

Creatio secunda 1343. Pontif. 2. die 4. cal. Iunij, Auinione.

D. DEODATVS de Canilhaco, Antisiodorensis, Gallus, Monachus, & Episcopus S. Flori in Aluernia Ord. S. Ben. Congrega. Cluniacensis; ac postea Attrebatensis Episcopus: S. R. E. Presbyter Cardinalis, Tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem; & demum ab Innocentio Papa VI. Episcopus Cardinalis Prænestinus creatus: Obijt Auinione 12. cal. Iulij, anno Domini 1373. sepultus ibidem apud Minores.

ANNOTATIO.

*Vocatur hic a Panuino in Epitome in quarto, Raimundus: sed deceptus est in nomine Episcopatus; cum enim legisset quendam Raimundum Episcopum S. Flori Cardinalem creatum, & quis ille esset fortasse non inueniret, pro primo Florensi Episcopo Raimundo de Mousneghel, qui Cardinalis etiam fuit, quartum sibi assumpsit, & ex Deodato, Raimundum fecit.*

fecit. Deodatum uero hunc fuisse uocatum docent Antonius Demochares de sacrificio missæ Tomo 2. cap. 25. & Franciscus Belforesius Tomo 1. suæ Cosmographiæ, in descriptione Episcoporum S. Flori.

*Creatio quarta 1350. Iubilei secundi, Pontificatus sui nono, in quatuor Temporibus Aduentus 15. cal. Ianuarii Auinione.*

D. GYLIELMVS de Agrifolio, Gallus, Monachus primus Cluniacensis Monasterij; deinde Prior Conuentualis S. Petri de Abbatifuiilla, Ord. S. Bened. eiusdem Congregationis, Ambianensis Diæcesis, & Archiepiscopus Cæsaraugustanus: S. R. E. Presbyter Cardinalis, T. S. Mariæ Transiberim, Tituli Calixti: ac deinde ab Urbano Papa V. Episcopus Cardinalis Sabinus creatus, anno 1367. in secunda creatione 4. Idus Maij Massiliæ. Obijt Viterbij, die quarto nonas Octobris, anno 1369. sepultus ibidem in Ecclesia S. Trinitatis. *Panuinus in Epitome in quarto.*

D. PETRVS de la Foresta, Gallus, Monachus & Abbas S. Dionysij extra muros Parisienses, Ord. S. Bened. Congreg. Cluniacensis S. R. E. Diaconus Cardinalis: postea ab Innocentio Papa VI. Presbyter Cardi. Tituli duodecim Apostolorum factus: Obijt Auinione, anno 1361. die 5. calend. Iulij, ex peste. *Panuinus in utroq; Epitome.*

#### INNOCENTIUS PAPA VI.

*Creatio tertia 1361. Pontif. 9. 15. cal. Octobris, Auinione.*

D. ANDROINVS de Rupe, seu Roca, Burgundus, Gallus, Monachus & Abbas S. Sequani in Burgundia, Ord. S. Ben. Congreg. Cluniacensis: deinde Abbas Generalis Cluniacensis Monasterij 34. Theologus: S. R. E. Presbyter Cardinalis, T. S. Marcelli. Obijt Viterbij 4. cal. Octobris, anno 1369. sepultus ibidem in Ecclesia Veritatis, & inde Cluniacum reportatus est.

#### ANNOTATIO.

*A Panuino in Epitome in quarto, uocatur Andoinus de Roca: ab auctore uero Chronici Cluniacensis Androynus cum ait: Androynus primus; de Ruppe, Abbas S. Sequani, Abbas noster 34. incepit regere anno 1351. Rexit annis 13. Et postea factus est Cardinalis. Obijt sexto calendis Nouembris in ciuitate Viterbiensi. Et inde apud Cluniacenses apportatus est: & ibi iacet iuxta pillare Capellæ Sancti Marcialis. Hæc auctor. Adriani nomine cohonestatur a Thoma Vualsinghamio in historia breui ad annum 1362. cuius uerba sunt: Eodem tempore Cardinalis Adrianus, Abbas Cluniacensis, tertio die in fine Aprilis venit Londinum, tractaturus cum Rege, & consilio suo pro redemptione*

demptione Regis Franciæ minuenda, obsidibus liberandis, & matrimonio contrahendo, cum sanguine Regis Angliæ, & Caroli Bloys, sed de his pauca, vel nulla expediuit: *sed hoc ex similitudine nominum Androni, & Adriani, factum fuisse, nemo est qui dubitet. In hac igitur nominum diuersitate, auctorem Chronici sequi maluimus.*

## VRBANVS PAPA V.

*Creatio prima 1366. Pontif. 4. die 15. cal. Octobris, Auinione.*

D. ANGLICVS, seu Angelus, siue Angelicus, Grimoaldi filius, oppido ditionis paternæ Grisaco, Mimataresis Diocesis, Gallus, Urbani Papæ V. Frater, alijs nepos, Monachus S. Rufi prope Valentiam Galliæ; Ord. S. Ben. Congr. Cluniacensis, & Episcopus Auinionensis: S. R. E. Presbyter Cardinalis, S. Petri ad uincula Tituli Eudoxig; post ab eodem Episcopus Cardinalis Albanus, in secunda creatione, anno 1367. die 4. Idus Maij, Massiliæ, pronunciatus: Obiit Auinione anno 1387. die 16. cal. Aprilis.

## ANNOTATIO.

*Diuersimode a diuersis nominatum reperi, a nonnullis scilicet Angelum, ab alijs Angelicum, a quibusdam uero Anglicum: quod posterius magis in usu esse dignoscitur. Canonicus Regularis reputatur a Panuino in Epitome in quarto, Monachum tamen fuisse, probant ea quæ supra diximus in annotationibus ad Adrianum Papam IIII. de Monasterio S. Rufi: illudq; etiam pro argumento est, quod ab eodem Panuino, & nonnullis alijs, Frater Anglicus, semper uocetur, quod Fratris nomen nunquam Canonicis Regularibus proprium fuisse, ex multorum historiis manifestum est; sed tantummodo illius temporis Monachis, qui hoc humili Titulo se prenotatos gaudebant. Canonici autem Regulares Domni, semper, siue Domini ab omnibus appellati.*

*Creatio tertia, 1368. Pontif. 6. apud Montemstasconem die undecimo Calendas Octobris, in quatuor Temporibus.*

D. SIMON de Langham, Anglus, Monachus, & Abbas Monasterii Vuestmonasteriensis in Anglia Ordinis S. Benedicti, Congre. Cluniacensis, deinde Episcopus Eliensis; mox Cantuariensis Archiepiscopus, & Primas Angliæ, regniq; Thesaurarius; exinde S. R. E. Presbyter Cardinalis, Tituli Sancti Sixti: postremo a Gregorio Papa XI. in secunda anno 1375. Auinione, Episcopus Prænестinus re-aunciatus est. Obiit Auinione anno 1376. die 11. cal. Augusti.

## ANNOTATIO.

*Thomas Vualsinghamius in historia breui, totam ex integro huius Pontificis.*

*tificis vitam breuiter explicat sic inquit. Anno 1349. Obijt Simon Abbas Vuestmonasteriensis, cui successit Simon Langham, qui mox factus est regni Thefaurarius, deinde Episcopus Eliensis: ex tunc Regni Cancellarius, deinde Archiepiscopus Cantuariensis: demum Presbyter Cardinalis T. S. Sixti, postremo Episcopus Prænestinus, & infra. 1361. Simon Langham Abbas Vuestmonasteriensis fit Episcopus Eliensis. Et Paulo post. 1366. Mortuo Simone Islepe Archiepiscopo Cantuariensi, succedit ei Simon de Langham Episcopus Eliensis prouisione Papæ. Statimque. 1368. Hoc anno mense Octobri, Domnus Simon de Langham Archiepiscopus Cantuariensis creatus est in Cardinalem, & sequenti anno mense Aprili, uersus Curiam iter cepit. Postremo 1376. Vicefimosecundo die Iulii, obiit Simon Langham Cardinalis Anglicus. Hactenus Thomas, qui semper Langham scribit, & non Langham, ut reliquit nobis Panuinus.*

*Creatio quarta, 1370. Pontific. 8. die 7. idus Iunij, apud Montemflaconem.*

D. P E T R V S de Stagno, Gallus, Monachus, & Episcopus, S. Florentii, Ordin. S. Bened. Congreg. Cluniacensis, & Archiepiscopus Bituricensis: S. R. E. Camerarius, Presbyter Cardinalis S. Mariæ Transiberim, Tituli Calixti: deinde à Gregorio Papa XI. Episcopus Cardinalis Ostiensis, & Veliternus, anno 1373. factus. Obijt sub eodem Romæ, anno 1377. die 7. calend. Decembris; sepultus in S. Maria Transiberim: *Antonius Demochares de Sacrifi. Missæ, Tomo 2. c. 25. & Franciscus Belforestius in sua Cosmographia supracitata in Deodaro Cardinale.*

#### GREGORIVS PAPA XI.

*Creatio prima, 1371. Pontif. 1. 6. idus Iunij, Auinione.*

D. G V L I E L M V S, de Conaco, Gallus, Monachus S. Florentii, de Sanimurio, Ord. S. Ben. Cong. Cluniacensis, Decretorū Doctor, & Episcopus Mimatensis, S. R. E. Presbyter Cardinalis Sancti Vitalis, Tituli Vestinæ. *Panuinus in Epitome in quarto. & Belforestius in sua Cosmographia, à quo item nomen Monasterij eius accepimus.*

D. I O A N N E S de Turre, Gallus, Monachus, & Abbas . . . . . S. R. E. Presbyter Cardinalis, T. S. Laurentii in Lucina. Obijt Auinione, anno Domini 1374. die 17. calend. Maii. *Panuinus in Epitome in quarto.*

*Creatio secunda 1375. Pontif. 5. Mense Decembri, Auinione.*

D. I O A N N E S de Grangia, Gallus, Monachus Ordin. S. Bened. Cong.



Congreg. . . . . Decretorum Doctor, & Episcopus Ambianensis, S. R. E. Cardinalis, TT. S. Marcelli. Obiit post annum 1400. *Paninus in Epitome, in quarto.*

D. GERARDVS Loy de Podio, Gallus, Monachus Monasterii Cluniacensis, siue Florensis, & Abbas Maioris Monasterij, Ordinis Sancti Bened. eiusdem Congregationis: deinde Episcopus Florensis, & Carcaffonenfis: deinde S. R. E. Presbyter Cardinalis, Tituli S. Clementis. Obiit Auinione, anno 1383. die 14. calen. Februarii, Pontificatus Clementis VII. Antipapæ, anno vadesimo. *Paninus in utroque epitome, & Belforesius in sua Cosmographia.*

D. P E T R V S de Tartaris, Romanus, primum Monachus Ordinis Montis Oliueti, deinde Abbas Sancti Laurentii extra muros Urbis, postea Abbas Casinensis octuagesimus secundus, postremo Cardinalis Reatinus uulgo uocatus, renunciatus. Priuatus est deinde Cardinalicia, & Abbatiali dignitatibus ab Urbano Papa VI. an. 1385. sed quadriennio post id est anno 1389. in integrum restitutus est à Bonifacio Papa IX. Obiit tandem Casini anno 1395. die 4. mensis Iunii, & ibidem sepultus est.

## A N N O T A T I O.

*Paninus in utroque Epitome hunc omittit: Restituit eum nobis Thomas Vvallsinghamius, qui in historia breui ad annum 1385. sic de eo loquitur. Post finem verò sermonis Papa cum Cardinalibus non priuatis, erecta cruce, & accensis candelis, excommunicauit Regem Carolum, & Reginam, Antipapam, & Anticardinales, Abbatē montis Casini quondam Reatinensem Cardinalem, & prædictos sex quondam Cardinales, &c. Et infra ad annū 1388. Sed mox aduentum Papæ Abbati de monte Casino significare curarunt (hic erat quondam Cardinalis Reatinensis (vt præmittitur) sed degradatus fuerat per Papam præfatum) hic illico collecta manu militari, explorauit aduentum Papæ, quem oportuit omnino transire per illum. Qui cum venisset ad partes eius, ei restitit, & eius transitum, prohibebat. Papa uerò, quem nimius amor soli patrię detinebat, confectis bullis de restitutione sua ad Cardinalatus dignitatem, & gradum Doctoratus, necnon Abbatia Casini montis honorem, destinauit sibi hæc omnia, tamen, ut permitteret eum transire, & reuifere natale solū. Cui Abbas respondit, se quidem non egere bullis suis ad restitutionem dignitatum, quibus & donatus, & inuestitus fuit à prædecesore suo, cuius temporibus non erat schisma in Ecclesia, qui & cognitus est uniuersaliter pro Papa Romano. Hæc Thomas. Restitutionis*

○ tutionis

tutionis autem eius modus in fragmentis quibusdam Catalogorum Abbatum Montis Casini, quæ apud me sunt his exprimitur uerbis; Anno 1389. fuit restituta dignitas huic Abbati (scilicet Petro Tartaro) per Papam Bonifacium IX. & Abbatia Casinensis, quæ ei a Papa Urbano VI. ablata fuerant: mandans per quoddam uniuersale priuilegium directum omnibus vaxallis, Monasterii Casinensis, vt obediant dicto Petro Tartaro, quæ restituerat in Abbatem Casinensem. Et infra. Eodem anno Papa Bonifacius IX. per suum quoddam priuilegium absoluit ab excommunicatione, & irregularitate, & aliis censuris & pœnis ipsum Abbatem Petrum de Tartaris, cum suis famulis, & familiaribus, qui interfuerant obsidioni Urbani VI. eius prædecessoris: atque ob hoc dictus Petrus Abbas, ab ipso Urbano VI. dignitatibus fuerat priuatus.

CLEMENS VII. ANTIPAPA.

Creatio tertia unius Cardinalis, anno 1382. tertio Calendas Iunij Auinion.

D. THOMAS de Cafaco Gallus, Monachus, & Abbas . . . . . S. R. E. Presbyter Cardinalis, Tituli S. Sabinæ. Obijt Auinione, anno 1390. die 15. calen. Iunij. Panuinus in epitome in 4. Creatio quarta 1383. Pont. 6. die 10. cal. Ianuarij, Auinione.

D. PETRVS Amelii, de Monte Acuro, Gallus, Monachus, & Prior S. Martini de Campis, Parisiis, Ord. S. Bened. Congreg. Cluniacensis, & Episcopus Laudunensis; S. R. E. Cardinalis Tituli Sancti Marci. Obijt Auinione, anno 1389. die quarto Idus Augusti. Franciscus Belforestius in Catalogo Priorum S. Martini de Campis, lib. 1. sue Cosmographie.

BENEDICTVS XIII. ANTIPAPA.

Creatio quinta, anno 1409. Pontificatus 15. in quatuor temporibus mensis Septembris, Panischole, quod est Aragonie oppidum.

DOMNVS . . . . . Hispanus, Monachus, & Abbas Monasterii Iesu Nazareni Montaragonis. S. R. E. Presbyter Cardinalis: Hic postea relicto Benedicto XIII. Antipapa, schismatico & damnato, ad Martinum Papam V. Concilio Cōstantiensi finito accedens, ab eodem confirmatus est Presbyter Cardinalis, & Montaragonis Abbas. Quando obierit incertum.

ANNOTATIO.

Canonicum fuisse Regularem affirmat Panuinus in utroque epitome: alij Ordinis Cisterciensis Monachum scribunt. Nos certis rationibus moti Monachum nigrum Benedictinum fecimus: quarum prima est quod Monaste-

*Monasterium Montaragonum, siue Montis Aragonum fundatum legatur a Sanctio, secundo Aragonie Rege circa annum Domini 1080. paulo ante, uel post; octodecim fere annis antequam Cisterciensis ordo confirmaretur, uti uidere est apud Ioannem Marianæ Societatis Iesu, lib. 10. cap. 2. rerum Hispanicarum, ubi sic loquitur, ad annum 1094. Obiit sanctus Rex, quarto Iunii, corpus Montaragonem delatum, atque in Iesu Nazareni, quod ipse Monasterium extruxerat, ex temporario sepulchro conditum est, inde vrbe capta, in Diui Ioannis Rupensis. Hæc ille. Canonicum etiam Regularem non fuisse constat ex prænomine, Frater, a Panino illi attributo; quod nunquam Canonicis Regularibus fuit familiare: præterea quod apud eundem Ioannem Marianam, eodem etiam libro & capitulo legamus, Canonicos Regulares sub Petro Rege Aragonie Sancti præfati filio, aliquot post Sancti mortem annis, Pampelonæ tunc primum inhabitare cœpisse, cuius uerba sunt: Eodem tempore Pompelonæ templi maximi noua fabrica cœpta est, cuius uestigia supersunt. Sacerdotum uita & mores ad Diui Augustini leges, & regulam conformati: quod ab eo initio susceptum, nostra etiam ætate retinetur. Hæc Ioannes. Cardinalis huius nomen nusquam adhuc reperire datum.*

## EUGENIUS PAPA IIII.

*Creatio tertia 1439. Pontif. 9. die 15. cal. Ianuarii Florentiæ.*

D. GVLIELMVS de Estouteuilla, Normandus, Gallus, Decretorum Doctor Monachus & Prior Sancti Martini de Campis, Parisiis, Ord. S. Benedicti, Congreg. Cluniacensis; Episcopus Mariensis, post Andegauensis, deinde Biterensis, postremò Archiepiscopus Rothomagensis, & S. R. E. Presbyter Cardinalis, Sanctorum Syluestri & Martini, Tituli Equitii: factus postea Cardinalis Episcopus Portuenfis, & S. Rufinæ, a Nicolao Papa V. anno 1451. & Ostiensis & Veliternus a Pio Papa II. in secunda creatione, anno 1461. die 15. calen. Ianuarii Romæ. Obiit anno 1482. die 11. cal. Ianuarii, Romæ: ibique sepultus in Ecclesia S. Augustini, quam a fundauentis erexerat. *Franciscus Belforestius in Catalogo supracitato Priorum Sancti Martini de Campis, & Hier. Garimbertus lib. 4. de Cardinalatu.*

*Creatio sexta 1446. die 17. calen. Ianuarij Romæ.*

D. IOANNES, Siculus, Monachus sanctæ Iustinæ de Padua, Ordinis sancti Benedicti, Congregationis sanctæ Iustinæ de Padua, quæ nunc Casinensis uocatur, Abbasque S. Pauli extra muros Urbis, eiusdem Ordinis & Congregationis; S. R. E. Presbyter Cardinalis,

lis, Tituli Sanctæ Sabinae. Obiit Neapoli, anno Domini 1449. die 12. calendas Februarij, sepultus ibidem in Sancto Seuerino, cœnobio eiusdem Ordinis, & Congregationis. *Panuinus in Epitome utroque, & nonnulla matricula MS. Monachorum Congregationis Casinensis.*

## FOELIX V. ANTIPAPA.

*Creatio secunda, anno 1440. Pontific. 1. die 4. idus Octobris, Basilea in Concilio.*

D. FRANCISCUS, Gallus, Monachus, Ordin. S. Benedicti, Congregationis . . . . . & Episcopus Gebenensis, S. R. E. Presbyter Cardinalis, Tituli S. Marcelli. *Tritemius, lib. 4. cap. 38. de vir. ill. Ord. S. Bened. Reliqua ex Panuino.*

D. BERNARDUS, Gallus, Monachus Ord. S. Ben. Congreg. . . . . & Episcopus Aquensis, S. R. E. Presbyter Cardinalis, Tituli Sanctorum Nerei, & Achillei. *Tritemius, lib. 4. cap. 33; de Monachatu, & Cardinalatu: reliqua ex Panuino.*

*Creatio tertia, 1441. Pontif. 2. pridie idus Nouembris, Basilea, in Concilio.*

D. NICOLAUS de Tedeschis, Caranensis, Siculus Monachus primum cœnobij S. Agathæ in ciuitate Caranensi, Ord. S. Benedicti, Congregationis Siculae, siue S. Nicolai de Arenis: deinde Abbas Maniacensis, eiusdem Ordinis, & Cōgregationis, Auditor Rotæ V. I. D. & Panormitanus Archiepiscopus, S. R. E. Presbyter Cardinalis. Obiit Panormi, anno 1445. *Panuinus in utroque Epitome, & Tritemius, lib. 4. cap. 42. & alii multi.*

*Creatio quarta, 1443. Pontif. 4. Mense Aprilis, Gebennis.*

D. LUDOVICUS de Varambone, Gallus, Monachus Ordinis S. Ben. Congreg. . . . . Sorboræ Parisinae Doctor, & Episc. Maurianensis, S. R. E. Presbyter Cardinalis, TT. S. Ceciliae. Declaratus legitimus Cardinalis, à Nicolao Papa V. in tertia creatione, anno 1449. Pontificatus sui 3. die 14. calend. Ianu. Romæ, factus que Presbyter Cardinalis, Tituli S. Anastasiae. Obiit nouissimis Nicolai Papæ V. temporibus. *Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 4. c. 30. de Monachatu, & Cardinalatu; ex Panuino reliqua desumpta.*

## PIVS PAPA II.

*Creatio secunda, 1461. Pontificatus 3. die 15. cal. Jan. Romæ.*

D. IO. LOFREDI, Gallus, Luxouiensis, ignobilis, Diœcesis Bisuntinae, Monachus Monasterii Cluniacensis: Ordinis Sancti Benedicti; Decretorum, & Theologiae Doctor, ex Priore S. Mariae de Castro

stro super Salinas, Abbas S. Petri de Luxinio eiusdem Ordinis, & Congreg. post Episcopus Attrebatensis, & Referendarius Apostolicus: S. R. E. Presbyter Cardinalis, Sanctorum Syluestri & Martini, TT. Equitij in Montibus. Obiit in partibus Galliae, anno 1473. die 3. idus Decemb. *Tritemius, lib. 4. cap. 36. & Panuinus in epitome utroque: & Garimbertus, lib. 4.*

## PAVLVS PAPA II.

Creatio secunda 1465. Pontif. 2. die 14. cal. Octobris, Romæ.

D. IO. GODEFRIDVS Balues, Viridunensis Monachus, & Abbas S. Dionysii Parisiensis, Ord. S. Bened. Congreg. Cluniacensis, & Episcopus Andegauensis, S. R. E. Presbyter Cardinalis, Tituli S. Praxedis: deinde à Sixto Papa III. Episcopus Cardinalis Albanus in octaua creatione, anno 1484. die 16. cal. Aprilis Romæ, factus. Obiit sub Innocentio Papa VIII. Romæ, an. 1491. mense Octobri; sepultus ibidem in Ecclesia S. Praxedis.

## ANNOTATIO.

Ioannis Godofredi Monachatum, & Cardinalatum annotat Franciscus Belforestius lib. 1. suæ Cosmographiæ; in catalogo Abbatum canobij Sancti Dionysij extra Parisios. A Panuino uocatur Episcopus Viridunensis: at in catalogis Episcoporum illius Ecclesiæ apud Democharem de Sacrif. Missæ, Tomo 2. c. 33. & apud Franciscum de Rosieres in libris Stematatum Lotharingiæ, inter Episcopos nominatus non reperitur. Natum tamen Viriduni refert Hieronymus Garimbertus lib. 4. de uit. Pont. & Cardin. quod materiam Panuino, ut arbitror, dedit erroris. Prædictus Garimbertus prædicto lib. 4. duobus in locis & lib. 5. pro suo maledicendi more (nihil enim aliud mihi uidentur illi sui libri, quam continua quædam maledictio, & detestio uiriorum, quæ nunquam fortasse in ijs fuerunt, quos reprehendere nititur: & si fuissent ad eum non pertinebat uitas tantorum uiro- rum carpere, scriptum est enim, Principi populi tui ne maledices: & forsitan quos uita, & moribus non potuit imitari, ut solus ipse perfectus & Sanctus uideretur, omnium conuersationes maledictionis nota inurere uoluit, cum magno Sanctæ Ecclesiæ, legentium, & suo quoque scandalo; cum satius ei fuisset nunquam scripsisse, quam tam malè de ijs, quos uenerari debuerat dixisse, sed ingenium hominis notum, quod enim uirtute nõ poterat, maledicto assequi nitetur, sacri scilicet illius collegij consortium, sed longè eum sua fefellit opinio: non enim gradus ille maledicentibus, & inuidis, ac liuoris sanie respersis datur, sed bonis, sed pijs, sed doctis, & de Ecclesia benemeritis; ut erat hic noster Joannes Balues. Hæc præter morem, non sine causa tamen in Garimbertum prosecutus sum, etenim

(ut cum quodam R. Patre loquar) plerunque euenire solet, ut is qui quæ vult dicit, nonnunquam, quæ non vult audiat. Si Garimbertus tam aperte sub specie elogij, vel descriptionis vitæ, Ioanni nostro maledicendo, aliquam gloriam corrasit, volo vt eandem malè audiendo amittat. Si quis verò dixerit, in Garimbertum mortuum me hæc scribere, respondeo, & Garimbertum in Ioannem mortuum scripsisse. Si quis plura requirat de maledictis Garimberti, legat D. Augustinum Florentinum, parte 2. Hist. Camald. lib. 3. cap. 4. in Apologia, quaræ contra eundem scripsit, pro defensione Sanctissimi, & doctissimi viri Cardinalis Maphæi, pro suo maledicendi more dico multum inuehitur in vitam, & mores doctissimi istius viri (sapientia enim, & doctrina gradum sibi Cardinalatus promeruit) quod quam falso id fecerit, & contra omnem Christianam actionem, docent magna illa amoris, & dilectionis indicia, quibus persecuti sunt eum nonnulli Romani Pontifices, à quibus non solum nullam illius causæ, pro qua Romanam à Ludouico XI. Rege, missus fuerat, pœnam promeruit, verum honoribus, amplius quam antea, auctus & cumulatus, Archiepiscopi etiam legationis munere decoratus sit: & post mortem summo cum honore in Ecclesia Tituli sui S. Prædixis sepultus.

## SIXTVS PAPA IIII.

Creatio sexta, 1480. Pontif. 9. idibus Maii, Romæ.

D. COSMVS de Melioratis, Vrsinus, Romanus, Monachus, & Abbas Farfensis, Ord. S. Ben. Congregationis Cluniacensis, Archiepiscopus Tranensis, S. R. E. Presbyter Cardinalis, TT. Sanctorum Nerei, & Achillei. Obiit Brachiani Vrsinorum, anno 1481. die 11. cal. Decembris, sepultus in Monasterio suo Farfensi. Panuinus in utroque Epitome; & Franciscus Sansouinus, lib. 1. de uir. illust. familie Vrsinæ, cap. 16.

## INNOCENTIVS PAPA VIII.

Creatio prima, 1489. Pontif. 5. pridie idus Martij, Romæ.

D. ANDREAS d'Espina, Armoricensis, Gallus, Monachus, & Prior S. Martini de Campis Parisiis, Ord. S. Bened. Congreg. Cluniacensis, post Archiepiscopus Arelatensis, mox Lugdunensis: S. R. E. Presbyter Cardinalis Sanctorum Syluestri, & Martini, Tituli Equitii in Montibus. Quando obierit incertum.

## ANNOTATIO.

Huius Monachatum habuimus ex lib. 1. Cosmographiæ Francisci Belforesii, in Catalogo Priorum S. Martini de Campis. Dissentit Panuinus in utroque epitome de nomine: Ludouicus enim vtroque ab eo vocatur: Belforesius tamen loco citato, & Campegius, ac Leonardus in Catalogis Bel-

*Archiepiscoporum Lugdunensium, apud Democharem de Sacrif. Missæ, Tomo 2. cap. 27. Andream uocatum fuisse, in suis scriptis reliquerunt.*

## ALEXANDER PAPA VI.

*Creatio 2. 1493. Pontif. 2. die 12. cal. Octobris, Romæ.*

D. IOANNES, Gallus, Monachus, & Abbas S. Dionysii, Parisiis, Ord. S. Bened. Congreg. Cluniacensis, Episcopus Lombardiensis in Comingio, & Orator Regis Francorum, S. R. E. Presbyter Cardinalis, TT. S. Sabinæ. Obiit Romæ, anno 1499. die 8. idus Augusti, sepultus in Sacello Galliæ Regum. *Panuinus in utroque Epitome, & Belforestius in Catalogo Abbatum Sancti Dionysij. Hieronymus Garimbertus, lib. 1. c. 13.*

## LEO PAPA X.

*Creatio quarta, 1517. Pontif. 5. cal. Aprilis, Romæ.*

D. ANTONIVS Bohier de Prato, Gallus, Aruernus, Monachus, & Abbas Monasterii Sanctæ Trinitatis Fiscanensis, in Normandia, Ordinis Sancti Benedicti, Congregationis Cluniacensis, & Archiepiscopus Bituricensis, S. R. E. Presbyter Cardinalis, TT. S. Anastasiæ. Obiit Bituricis mense Iunio, anno 1521. ibique in Cathedrali sepultus. *Panuinus in utroque Epitome.*

## CLEMENS PAPA VII.

*Creatio undecima, 1533. Pontif. 10. die 7. idus Nouembris, Massilia.*

D. PHILIPPVS della Camera Frater Ducis Albanie, Gallus, Monachus, & Abbas Corbeiensis Galliæ, Ord. S. Ben. Congreg. Iuniacensis, & Episcopus Boloniensis: S. R. E. Presbyter Cardinalis, Tituli S. Martini in montibus. deinde, à Paulo Papa III. in nona creatione anno 1543. quinto Nonas Iulij Romæ, Episc. Cardin. Tusculanus renunciatus. Obiit Romæ 9. cal. Martij anno 1550. sepultus ibidem ad S. Trinitatem in Pinciis. *Panuinus in utroque Epitome.*

## PAVLVS PAPA III.

*Creatio octaua, 1542. Pontif. 8. die 4. nonas Iunij, Romæ.*

D. GREGORIVS Cortesius Mutinensis, Monachus & Abbas S. Benedicti de Padolyrone in agro Mantuano, Ordinis S. Benedicti, Congregationis Casinensis, alias Sanctæ Iustinæ de Padua uir doctissimus. S. R. E. Presbyter Cardinalis, Tituli S. Ciriaci in Thermis. Obiit Romæ, undecimocalenda Octobris, anno 1548. ibidem ad Sanctos Apostolos sepultus. *Panuinus in utroque Epitome; & Archidia Monaſterij nostri S. Benedicti de Mantua.* Vir fuit doctissimus, & tam Latinè quam Græcè linguæ peritissimus, multa que composuisse

fuisse fertur; quæ temporum iniuria, & hominum negligentia magna ex parte interierunt, quæ verò superesse feruntur, sunt subiecta,

Epistolarum Familiarium, Lib. 1.

Quod S. Petrus fuerit Romæ, Lib. 1.

Hi duo impressi sunt Venetiis, apud Franciscum Franciscium Senensem, anno 1573. in quarto.

Hymnorum diuerso metro, Lib. 1.

De Viris illustribus Ordinis Monastici, Lib. 1.

Hic erat MS. cooperatus viridi in Bibliotheca nostra Sancti Benedicti Mantuani, ut Catalogus librorum, qui apud me est MS. in membranis, prodit; ex qua tamen furto sublatus non reperitur.

Transtulit, & librum S. Basilii Episcopi de virginitate, de Græco in Latinum sermonem, & alia nonnulla, quæ necdum vidi.

*Cardinales nonnulli, S. R. E. Monachorum Nigrorum, quorum tempus creationis, & à quibus Pontificibus promoti fuerint ignoratur, ordine alphabetico digesti. Cap. I X.*



ANDREAS Hispanus, Monachus Ordinis Sancti Benedicti, Congregationis . . . . . Episcopus primum Megarensis; deinde Ciuitatensis; mox Aiatensis; postremò S. R. E. Cardinalis, ac Pœnitentiarius, & Decretorum Doctor: ut ipse de se fatetur in Opusculo de forma & modo confitendi, Antidorario animæ Domni Nicolai Abbatis de

Bogardis præfixo: quod & confirmatur à Ioanne Tritemio de vir. ill. Ordinis Sancti Benedicti, libro secundo, capite 136. & libro quarto, capite 43.

F. ALPHONSVS, Hispanus, Monachus, Ordinis Sancti Benedicti Congreg. . . . . S. R. E. Episcopus Cardinalis Portuensis. Viuebat cum sequenti sub Alexandro Papa III.

F. ERNANDVS, Hispanus, Monachus Ordinis Sancti Benedicti Congregationis . . . . . S. R. E. Presbyter Cardinalis, T. Sanctæ Anastasiæ. Ex priuilegio Indulgentiarum Ecclesiæ Sancti Marci, Venerabilis.

D. BER-



D. BERNARDVS, Gallus, Monachus primum, & Abbas S. Honorati de Lerino in Gallijs, deinde iussu Urbani Papæ 1111. Abbas Casinensis in Ordine LX. postmodum S. R. E. Cardinalis. Obijt in Monasterio Casinensi, anno Domini 1282. pridie Nonas Aprilis, regiminis sui Abbatialis anno 19. & ibidem sepultus est.

## ANNOTATIO.

*Petrus Bugianus Colloquio quarto Hist. Monast. promotionis huius Cardinalis meminit, errat tamen cum dicit eum uixisse, anno Domini 1151. cum centum & amplius annis post claruerit, ut ex Catalogo Abbatum Montis Casini accepimus, in quo nihil de Cardinalatu eius agitur: uidetur nihilominus Bugiani opinio fulciri, & testimonio ipsiusmet Bernardi, qui in Prologo Speculi Monachorum de Legatione sua ad Gallias agens sic loquitur statim in principio: Frequenter pulsatus, & a multis temporibus, maxime modernis, quando missus eram de mandato Sedis Apostolicae, ut agerem quaedam negotia ipsius Sedis in partibus Gallicanis, &c. A quo Pontifice creatus fuerit incertum, arbitraretur tamen ab Urbano Papa 1111. uel certe ab eius successore Clemente 1111. qui ambo Galli erant in Cardinalium numerum ascitum.*

D. IOANNES, Monachus Sanctæ Trinitatis Cauæ, Ordinis Sancti Benedicti, Congregationis Cluniacensis, S. R. E. Cardinalis. *Tabule Cauenses.*

D. PETRVS, Monachus Monasterii Montis Casini, S. R. E. Subdiaconus Cardinalis.

## ANNOTATIO.

*Petrus Diaconus de uir. ill. Montis Casini, cap. 43 huius sic meminit. Petrus Romanæ Ecclesiæ Subdiaconus, & Casinensis Monachus, paruulus, & ipse in Casino susceptus, rogatu Petri Diaconi, ac Bibliothecarii passionem beati Marci uersibus adornauit.*

D. PETRVS, Monachus S. Trinitatis Cauæ, Ordinis, & Congregationis, ut supra, S. R. E. Cardinalis: & auctor Dictionarii Bibliici, quod extat MS. in Bibliothecis Casinensi, & Cauensi, *Tabule Cauenses.*

Domnus Roscemanus, Monachus & ipse S. Trinitatis Cauæ, eiusdem & Ordinis & Congregationis: S. R. E. Cardinalis. *Tabule Cauenses.*

*Cardinales Oblati facti sub Ordine S. Benedicti.**Cap. X.*

**V**DOVICVS de Flisco, Genuensis, ab Urbano Papa VI. in tertia creatione, anno Domini 1381. Pontificatus sui 4. mense Decēbri Romæ, S. R. E. Diaconus Cardinalis, Tituli S. Hadriani pronunciat, deinde Archidiaconus: sub annum tandem Christi, 1421. factus est Oblatus in Monte Casino, & Congregationi Casinensi sociatus, biennio post obiit Romæ, die tertio Nonas Aprilis, anno 1423. Pontificatus Martini Papæ V. anno sexto; ac Genuam translatus auito monumento sepultus est. *Ex archiuo Casinensi.*

*Monachi Ordinis S. Benedicti Nigrorum, qui permissione tantum Cardinalitia fungebantur dignitate.*

*Cap. XI.*

**D**OARDVS, Philippi Pedemontium Principis filius, Monachus Ordinis sancti Benedicti, non alicuius dignitatis, sed pietatis solius gratia, deinde Prior Burgeti, mox Secusæ Abbas; inde Sedunensis, & Bellicensis Episcopus, postmodum Archiepiscopus Tharentasiensis, postremò S. R. E. Cardinalis, saltem permissione, nam uti Cardinalitio Galero donatus est. Obijt anno 1390. mense Februarij, Musterij sepultus. In cuius funere orauit Sauinus Florianus Episcopus Maurianensis doctissimus. *Philibertus Pingonius in Arbore Sabaudica, gradu 22.*

Abbatess Monasterij Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli Cluniacensis, ex cōcessione Calixti Papæ II. quotiescunque Romam accedebant officio Cardinalis fungebatur, ut prodit Chronicon Cluniacense in hac verba. *Eadem verò die (videlicet qua Canonizatus S. Hugo Abbas) communium suorum assidentium assensu, largitus est Felix Papa Calixtus Cluniacensi Ecclesie, speciali & proprie sue, ut Abbas Cluniacensis semper & vbique Romam fungatur officio Cardinalis, manūq; propria ipse Poncium anulo suo inuestiuit.*

Abba-

Abbatē quoque Monasterii Sanctæ Trinitatis de Vendomo in Gallia, eodem privilegio, sed paulò ampliori, gaudebant, adiectus enim erat ad dignitatem, & Titulus S. Praxedis perpetuus, & ut primum quis creabatur Abbas, sine aliqua alia Pontificis ratificatione, Cardinalis Sanctæ Praxedis esse censebatur; ut testatum nobis reliquit Franciscus Belforestius tomo 1. suæ Cosmographiæ, qui etiam nonnulla decreta, & diplomata summorum Pontificum de hac readfert.

*De Cardinalibus qui Monachi fuisse feruntur, dubia tamen fide. Cap. XII.*



**S**ERGIVS, Tiberius filius Antiochenus Syrus, Panormi in Sicilia ortus, ex Monacho. S.R.E. Presbyter Cardinalis T. S. Sufannæ ad duas domos a Cunone PP. factus, deinde Papa Sergius I. *Bugianus & Illescas.*

S. Gregorius, Ioannis filius, Syrus, ex Monacho S.R.E. Presbyter Cardinalis, deinde Papa Gregorius II. *Bugianus & Plata.*

S. Leo, Azuppj filius, Romanus, ex Monacho S.R.E. Presbyter Cardinalis T. S. Sufannæ; & post modum, Leo Papa III. *Bugianus.*

S. Valentinus, Leontij filius Romanus, ex Monacho S. R. E. Archidiaconus Cardinalis, a Papa Paschali factus, deinde Papa Valentinus. *Bugianus & Illescas.*

D. Albertus, Samnis, Beneventanus, familia de Mora, ex Monacho S.R.E. Diaconus Card. T. S. Sufannæ, mox Presbyter S. Laurentij in Lucina, deinde Cancellarius: postremo Papa Gregorius VIII. *Bugianus.*

## De Archiepiscopis Ordinis S. Benedicti Nigrorum.


## Cap. XIII.



OST Cardinales Ord. S. P. N. Benedicti Nigrorum, quos qua potuimus breuitate & veritate iam absoluius, quamuis non ignoremus, uti in superioribus diximus, plures a nobis omisso fuisse, quorum Tituli ad nostram notitiã non peruenerunt, sequuntur tertio loco Archiepiscopi, qui inter Ordines spiritualium ad dexteram S. P. N. collocantur, per quamdam multitudinem illimitatam refigurantur; ferunturque ab Historicis probata fidei fuisse, mille quingenti & sexaginta quattuor, siue, ut alij legunt, mille sexcenti, & amplius. Quorum nonnulli, qui a nobis ex Historiarum latebris maximo cum labore sunt eruti, eadem sinceritate & breuitate, qua ceteri precedentes, explicabuntur: non, ut egit Tritemius, iuxta temporum ordinem, sed secundum Archiepiscopatum, quibus præfuerunt denominationem, Alphabetico ordine digestam, ut & confusio in omnibus euitetur, & inuentionis modus diligenti inquisitori reddatur facilius. Fabulam de septem millibus Archiepiscopis ex Ordine Monastico assumptis, omnino ab instituto nostro fecimus longiorem, ne in tam manifesto errore cum alijs uersari uideremur. Maluimus enim paucos cum veritate enumerare, quam multos prodendo, falsitatis argui. Nam, ut verum fatear, omnino crediderim omnes simul Archiepiscopos in vnum collatos, numerum septem millium non perficere; Rariores enim fuerunt Archiepiscopatus tempore S. P. N. Benedicti præsertim, & multis etiam post ipsum seculis: & dicere omnes Monachos fuisse, extra omnem Historicorum fidem est. Mille igitur & sexcentos, cum Tritemio, Sabellico, Volaterrano, Genebrardo, Plata, & alijs fide dignis retinimus, & Bugiano, eiusque sequacibus, sua septem millia relinquimus, ut qua illud dixerit veritate, probet. Pauci qui subsequuntur, hoc ordine a nobis dispositi: Primo loco S. R. E. Episcopi Cardinales, tanquam digniores appositi: quos sequuntur Patriarchæ, qui & ipsi inter Metropolitans recensentur: his succedunt Archiepiscopi certi aliquis loci, Alphabetico Archiepiscopatus ordine collocati: & coronidis loco nonnulli describuntur, qui Archiepiscopi quidem fuerunt, sed cuius sedis ab Historicis non exprimitur. Numerus Archiepiscopis ipsis præfixus, quotusquisque fuerit in Ordine Archiepiscopatus

patus designat, qui si quando pretermittus est, Catalogum illius se-  
dis Archiepiscoporum ad nos minimè peruenisse, demonstrat.  
De rebus eorum gestis, quantum possum breuiter me expedio: rem-  
pora tamen quibus floruerunt adamussim, pertracto, controuersias  
nonnullas, si quæ occurrunt, pro posse elucidans, vt cuique legenti  
clarissimè patebit.

*Episcopi S.R.E. Cardinales, & primum  
Ostiensis. Cap. XIII.*

- Annus  
Or- creatio-  
do nis.
2. 1058. D.  ETRVS Damiani, Monachus S.  
Andree à Stephano Papa I X.  
3. 1072. D. Gerardus Ratisponensis, Mo-  
nachus Cluniacensis, ab Alexan-  
dro Papa I I.  
5. 1077. D. Otho de Castillione, Mona-  
chus Cluniacensis, à Gregorio Papa VII.  
7. 1100. D. Leo Marficanus, Monachus Casinensis, ab Urbano  
Papa II.  
8. 1131. D. Pandolphus, Monachus Casinensis, ab Innocentio  
Papa II.  
11. 1134. D. Drogo Laudunensis, Monachus Laudunēsis ab In-  
nocentio Papa II.  
12. 1138. D. Albertus Beluacensis, Monachus Cluniacensis, ab  
Innocentio Papa II. Sub hoc Ecclesia Ostiensis, quæ  
ob incolarum defectum, ad nihilum ferè redacta  
erat, ab Eugenio Papa III. Ordinis Cisterciensis Mo-  
nacho, Ecclesiæ Veliterne vnita est; Erunt ergo  
deinceps,  
*Episcopi Cardinales Ostiensis, & Veliterni.*  
15. 1184. D. Theobaldus Gallus, Abbas Cluniacensis, à Lucio  
Papa III.  
18. 1235. D. Raynaldus, Anagninus, Monachus Benedictinus,  
à Gregorio Papa IX.  
32. 1373. D. Petrus de Stagno, Gallus, Monachus S. Flori, à Gre-  
gorio Papa XI.  
41. 1461. D. Gulielmus de Estouteuilla, Gallus, Normandus, Mo-  
nachus, & Prior S. Martini de Campis, Parisijs, à  
Pio Papa I I.

*Episcopi*

*Episcopi Cardinales Siluæ Candidæ, aliàs, Sanctarum virginum Rufinæ, & Secundæ.*

- 2 1049 D. Humbertus, Tullensis, Leucus, Gallus, Monachus Tullensis, creatus à Leone Papa IX.  
3 1063 D. Maynardus, Campanus, Monachus Casinensis, creatus ab Alexandro Papa II.

*Episcopi Cardinales Portuenses.*

- 1 1014 D. Ioannes Romanus, ex Comitibus Tusculanis, Monachus Sancti Anastasij, Romæ, creatus à Benedicto Papa VII. dicto VIII.

Anno M C X X. Ecclesia Siluæ Candidæ, aliàs SS. Rufinæ, & Secundæ, deficientibus Urbis incolis, à Callisto Papa II. Monacho de Falleri in Gallia, Ordinis S. Benedicti, Ecclesiæ Portuensi adiuncta est, sub Petro Episc. Portuense VI. Erunt ergo deinceps.

*Episcopi Cardinales Portuenses, & Sanctæ Rufinæ.*

- 10 1176 D. Gulielmus Papiensis, Monachus Benedictinus, ab Alexandro Papa III.  
11 1177 D. Theodinus Monachus S. Benedicti de Mantua, ab Alexandro Papa III.  
19 1252 D. Iacobus, Monachus Benedictinus ab Innocentio Papa III.  
36 1451 D. Gulielmus de Estonteuilla, Normandus, Monachus, & Prior S. Martini de Campis, à Nicolao Papa V.

*Episcopi Cardinales Sabini.*

- 5 1126 D. Corradus de Suburra, Romanus, Abbas Sancti Rufi, Veliternæ Diœcesis, creatus ab Honorio Papa III.  
9 1216 D. Petrus, Duacensis, Monachus Benedictinus ab Honorio Papa III.  
11 1227 D. Ioannes de Abbatifuilla, Gallus, Monachus Cluniacensis, & Abbas S. Petri de Abbatifuilla, à Gregorio Papa IX.  
26 1367 D. Gulielmus de Agrifolio, Gallus, Monachus Cluniacensis, ab Urbano Papa V.

*Episcopi Cardinales Prænestini.*

- 6 1107 D. Cuno de Vrach, Germanus, Monachus Luttianus, à Paschale Papa II.

D. Deo-

- 21 1176 D. Manfredus, Monachus Ord. S. Bened. ab Alexandro Papa III.  
 28 1361 D. Deodatus de Canilhaco, Antifiodorensis, Monachus S. Flori, ab Innocentio Papa VI.  
 30 1375 D. Simon de Langham, Abbas S. Albani, ab Gregorio Papa XI.

*Episcopi Cardinales Tusculani.*

- 8 1142 D. Imarus Cathalaunensis Gallus, Abbas Puteanensis, creatus ab Innocentio Papa II.

## S C H I S M A.

- 9 1165 D. Ioannes Hungarus, Monachus, & Abbas Strumienensis, in Hungaria à Callisto III. Antipapa,  
 10 1178 D. Petrus Monachus S. Benedicti de Padolyrone, ab Alexandro Papa III.  
 21 1350 D. Gulielmus Curti de Diuano, Gallus, Abbas Montis Oliuarum, à Clemente Papa VI.  
 31 1543 D. Philippus de la Camera, Gallus, Abbas Corbeiz, à Paulo Papa III.

*Episcopi Cardinales Albani.*

- 1 995 D. Theobaldus, Monachus Casinensis, à Ioanne Papa XVI.  
 9 1125 D. Matthæus, Remensis, Gallus, Monachus S. Martini de Campis, ab Honorio Papa II.  
 11 1146 D. Nicolaus Breakspere Anglus, Monachus S. Albani, & Abbas S. Rufi Valentiniæ Diocesis, ab Eugenio Papa III.  
 17 1211 D. Pelagius Monachus Benedictinus, ab Innocentio Papa III.  
 33 1367 D. Angelus, siue Angelicus, de Grifaco, Gallus, Monachus S. Rufi, ab Urbano Papa V.  
 43 1484 D. Ioannes Godefridus Balues, Gallus, Abbas S. Dionysij, Parisijs, à Sixto Papa IIII.



Patriarcha

## Patriarchæ Antiocheni.

## Cap. XV.

- 63 D.  HEOPHANES, Siculus, Monachus, & Abbas Monasterij Sancti Ioannis de Baias in Sicilia iuxta Panhornum, Ordinis Diui Benedicti, Congregationis Siculae, creatus anno 681. à Patribus sextæ Synodi in Trullo Constantinopoli, deposito & in ordinem redacto Machario Monothelita; præfuit annis 5. Obijt autem anno 686. Antiochiæ. *Huius rei auctores sunt Canones sextæ Synodi, & Panuinus in Chronico Ecclesiastico.*

## Patriarchæ Constantinopolitani. Cap. XVI.

- 43  Yrus, Monachus, & Abbas Monasterij Amastridis, creatus anno Domini 706. præfuit annis sex.
- 47  Constantinus II. Monachus, & Episcopus Sylei, Iconomachus, creatus anno 754. sedit annos 12.
- 51 Nicephorus, Monachus, creatus anno 806. pridie idus Aprilis, ann. 9.
- 54 Ioannes VII. Synerosiotus ex Syncello, Iconomachus, de stirpe Morochazariorum, ann. 8. Ob hæresim sede sua pulsus factus est Monachus Monasterij Sanctorum Sergii, & Bacchi, anno 841.
- 56 Ignatius, Eunuchus, Nicephori Imperatoris ex filia nepos, Monachus cœnobii Satyri, creatus anno 847. præfuit primo annis 16. Fugatus autem a Photio exulauit annis 7. quibus finitis ad sedem suam anno 870. reuocatus, secundò eandem gubernauit ann. 7. Obijt anno 876.
- 63 Trypho, Monachus, creatus anno 925. præfuit ann. 6.
- 65 Polyeuctus, Eunuchus, Monachus, creatus anno 954. sedit annis 17.
- 66 Basilius, Scamandrenus, Monachus, creatus anno 971. ann. 4.
- 70 Eulogius, aliàs, Sergius, Monachus, & Abbas Monasterij Manuelis, creatus anno 997. præfuit ann. 20.
- 72 Alexius, Monachus Studites, creatus anno 1033. sedit an. 18. Michael



- 73 Michael Cerularius, Monachus, creatus anno 1051. rexit annos octo.
- 75 Ioannes VIII. Xiphilinus Trapezuntinus, Monachus Monasterij Olympi, creatus anno 1063. præfuit annis 11.
- 76 Cosmas, Monachus, creatus anno 1075. sedit annos 5. & menses nonem.
- 77 Eustrathius II. Eunuchus Monachus Garidensis, creatus anno 1081. annis 3.
- 78 Nicolaus II. Grammaticus, Monachus, creatus anno 1084. an. 27.
- 81 Michael iunior Oxites, Monachus Monasterij Acuti, creatus anno 1143. præfuit annis 4. & mēfib. 6. Abdicauit & ad Monasterium suum redijt.
- 86 Lucas, Monachus creatus anno 1155. præfuit annis 12.
- 92 Leontius Monachus, creatus anno 1192. præfuit anno 1. Abdicauit.
- Patriarchæ Constantinopolitani Græci, contra Latinos.*
- 100 Germanus II. Græcus Monachus, creatus anno 1222. præfuit annis 17. & mensib. 6. Abdicauit. Anno autem 1254. iterum creatus, sedit annum 1.
- 106 Germanus III. Monachus, creatus anno 1260. præfuit anno 1. Abdicauit.
- 107 Iosephus, senex, Monachus Monasterij Montis Galefij, creatus an. 1261. præfuit annis 13. & abdicauit. Iterū verò an. 1284. assumptus, sedit menses paucos, & denuo resignauit.
- 109 Gregorius, siue Georgius, Cyprius, Monachus, creatus anno 1284. sedit annos 6. & menses 6. Abdicauit.
- 110 Athanasius Monachus Monasterij Xerolopi, Montis Gani, creatus anno 1290. sedit annos 4. & abdicauit. Iterum anno 1301. reassumptus, præfuit ann. 8. & abdicauit.
- 111 Ioan. XII. Sozopolites Monach. creatus an. 1294. præfuit an. 7.
- 114 Gerasimus, Monachus Monasterij Mangani, creatus an. 1320. sedit an. 1. menses . . . .
- 115 Esaias, Monachus Montis Athi, creatus anno 1322. præfuit an. 18. mens. . . . .
- 117 Callistus, Monachus, creatus anno 1360. præfuit annis 2.
- 119 Macharius, Monachus, creatus anno 1375. sedit annos 2. menses 7. dies 6.
- 120 Nilus, Monachus, creatus anno 1378. præfuit annis 20.
- 121 Antonius III. Monachus, creatus anno 1398. sedit annos 4.
- P      Callistus

- 122 Callistus II. Monachus, creatus anno 1406. præfuit annis 13.  
 123 Euthymius II. Monachus, creatus anno 1419. sedit annos 5,  
 & menses 5.  
 124 Iosephus II. Monachus, creatus ann. 1424. præfuit annis 15.  
 125 Gregorius III. Monachus Orthodoxus, creatus anno 1440.  
 sedit annos 13.

*Patriarchæ Constantinopolitani, post Urbem  
 à Turcis captam.*

- 127 Sophronius, Monachus, creatus anno 1460. sedit annos 11.  
 128 Symeon, Monachus, creatus anno 1471. præfuit annis 9.  
 129 Maximus Philofophus, Græcus, Monachus, creatus anno 1480.  
 sedit annos 10.  
 130 Nyphon II. Monachus, creatus anno 1490. præfuit annis 10.  
 131 Pachomius, Græcus, Monachus, creatus anno 1500. rexit  
 annos 10.  
 132 Theolyptus, Græcus, Monachus, creatus anno 1510. sedit  
 annos 10.  
 133 Hieremias, Græcus, Monachus, creatus anno 1520. præfuit  
 annis 15.  
 134 Dionysius, Græcus, Monachus, creatus anno 1535. sedit  
 annos 20.  
 135 Ioasaph, Græcus, Monachus, creatus anno 1555. rexit an-  
 nos octo.  
 136 Metrophanes, Græcus, Monachus, creatus anno 1563. sedit  
 annos vndecim.

ANNO TATIO.

*Hi sunt Patriarchæ Constantinopolitani, qui ex Monastico Ordine  
 assumpti referuntur, qui hac ratione à me hic sunt appositi, non quod om-  
 nes Ordinis S. P. N. Benedicti fuisse non nesciam, sed quidam eorum tan-  
 tummodo, qui cum ab Historicis particulariter & nominatim non expli-  
 centur, omnes apponere hic libuit, ut unusquisque pro suo arbitrio, quod  
 voluerit sequatur, & si quem ex historijs Ordinis Dini P. Benedicti fuisse  
 deprehenderit, possit cum, si ita ei libuerit, hic annotare. Auctores ex quo  
 eos desumpsi sunt Zonaras, Nicephorus Callistus, Ioannes Curopalates,  
 præcipui, & nonnulli alij rerum Orientalium scriptores.*

*Patriarchæ Hierosolymitani, ex Latinis. Cap. XVII.*

6



STEPHANVS, Carnotensis, Gallus, Abbas S. Iohannis de Valle Carnuti, Ord. S. Benedicti, Congregationis Cluniacensis, creatus sextus Latinorum Patriarcha an. Domi. 1128. sedit an. 2. *Guliel. Tyrius de bello sacro, lib. 13. c. 25.*

7 GVLIELMVS, Mechliniensis, Flander, Prior Monasterij S. Sepulchri in Hierusalem, Ord. S. Ben. Cong. Clun. creatus an. 1130. præfuit annis 15. Obijt anno 1146. die 5. cal. Octobris. *Tyrius lib. 13. cap. 26. & lib. 16. cap. 17.*

8 D. FVLCHERIVS, Aquitanus, Gallus, primo Canonicus Regularis: deinde Abbas Cellæ nouæ: post Monachus S. Sepulchri, & Archiepiscopus Tyriensis; creatus anno 1147. octauo calen. Febr. annos 12. Migravit a sæculo anno 1158. die 12. calend. Decembris. *Tyrius lib. 16. cap. 17. & lib. 18. cap. 19.*

9 D. AMALRICVS, Noniomensis, Gallus, de oppido Neella, Monachus & Prior S. Sepulchri, creatus anno 1158. sedit annos 23. Obijt anno 1179. *Tyrius lib. 18. cap. 20.*

D. GERARDVS, Gallus, Monachus Cluniacensis, & Abbas Bolisimensis; deinde Abbas Cluniacensis XIX. post Episcopus Valentinus: exinde Patriarcha creatus circa annum Domini 1130. Obijt Hierosolymis, septimo Idus Septembris anno. . . & ibidem iuxta sepulchrum Domini sepultus est. *Chron. Cluniacense MS.*

*Patriarchæ Gradenses.*

D. ANTONIVS, Parauinus, Monachus Monasterij de Bron-dolo: vt quidam auctor Anonymus rerum Veneticarum MS. pro-dit, tempus tamen quo floruerit reticens.

### Archiepiscopatus incipientes ab litera A.

#### *Archiepiscopi Andreani, siue S. Andreae in Scotia.*

#### *Cap. XVIII.*



VRGOTTYS Scotus Monachus, Prior, & Abbas Mo-nasterij Dunelmensis, vir si quis alius, virtutum lumi-nibus præclarè ornatus, Archiepiscopus renunciatus an-no circiter 1080. vitam, mores, & res piè gestas Malcolmi, ac Diue

P 2 Mar-

Margaretæ Scotorum Regum posteritati prodidit, patria quidem lingua, sed non minori elegancia, quam pietate, veritateque, ut qui illis familiarissimus dum viuerent fuit, optimusq; testis vtrique suarum virtutum extiterit. *Hector Boetius de reb. Scot. lib. 12. & alij. Archiepiscopi Aquenses in Prouincia.*

D. BERNARDVS, Gallus, Monachus Ordinis S. Benedicti Aquensis Archiepiscopus, circa annum Domini 1430. Factus postmodum Cardinalis a Fælice V. Antipapa anno 1440. *Ioannes Tritemius Abbas de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 4. cap. 33.*

*Ardinacenses in Hibernia.*

S. MALACHIAs, Hibernus, Monachus Bencorensis, Ordinis S. Benedicti, ex Episcopo Connerethense, Ardinacensis Archiepiscopus creatus, anno Domini 1132. ætatis suæ 38. Aliquot post annos abdicauit, & Episcopatu Dunensi contentus, in eo ad finem usque vitæ permansit. Obijt an. 1148. ætatis 54. Claræuallis, ibiq; sepultus est, die 2. Nouemb. *S. Bern. in eius Vita. Tritemius lib. 4. c. 124.*

*Arelatenses in Prouincia.*

S. VIRGILIUS, Gallus, Monachus Lerinensis, & Abbas Augustodunensis, in locum Licerii Archiepiscopi creatur anno 591. qui uidetur peruenisse usq; ad annum 640. Ad eum scripsit Sanctus Gregorius Papa. Obijt die quinto mensis Martii. *Gregorius Tur. lib. 9. cap. 23. de gestis Francorum, & Tabule Lerinenses.*

D. ANDREAS d'Espina, Armoricensis, Gallus, Monachus & Prior S. Martini de Campis Parisiis, & deinde Arelatensis Archiepiscopus; post Burdegalensis, mox Lugdunensis, & ad extremum S. R. E. Cardinalis renunciatus est, anno 1489. *Belforestius in Cosmog. & Panuinius in epitome de Archiepiscopatu.*

### Archiepiscopatus de litera B.

*Barenfes in Apulia.*

Cap. XIX.



AINALDVS, Monachus Casinensis, creatus anno . . . . . Obijt anno . . . . . die secundo nonas Februarii. *Calendarium uetus Casinense.*

D. HELIAS, Monachus S. Trinitatis Cauæ. *Tabula Cauenses.*

*Beneuentani in terra laboris.*

D. IOANNES, Hungarus, Monachus, & Abbas Strumienfis in Hunga-

Hungaria, qui contra Alexandrum Papam III. in schismate creatus, Paschalis III. dictus est; cum anno Domini 1176. opera Sereniss. Reipubl. Venetæ, liberè Pontificatui cessisset, ab Alexandro III. in grati animi sui iudicium, Archiepiscopus Beneventanus factus, in ea dignitate consenescens obiit. *Panvinus in Epitome, & alij.*

D. P E T R V S de Aquila, Monachus Casinensis, & Abbas S. Sophiæ in ciuitate Beneuenti, deinde eiusdem ciuitatis Archiepiscopus: ac postremo S. R. E. Presbyter Cardinalis. Obijt anno Domini 1299. *Panvinus in Epitome.*

*Bisuntini in Burgundia.*

S. C L A V D I V S, Gallus, Monachus, & Abbas S. Eugendi in Burgundia, creatus anno circiter 606. attigitq; 626. interfuit enim Concilio Epauuensi, cui & subscripsit. Obijt anno . . . . die 8. idus Iunii. *Ex eius uita, & Claudio de Rota, cap. 187.*

D. V V I S C A R D V S, Germanus, Monachus, & Abbas Vallis S. Georgii, & deinde Archiepiscopus Bisuntinus. *Bolforestius in Cosmographia.*

D. I O A N N E S de Abbatifuilla, Gallus, Picardus, Monachus Cluniacensis, & Abbas Sancti Petri de Abbatifuilla, creatus ann. 1220. post S. R. E. Cardinalis. *Panvinus in Epitome.*

*Bituricensis in Gallia.*

27 S. S V L P I T I V S II. Pius Monachus, & Abbas, Sancti Nicetii Lugduni, Ord. Sancti Benedicti, creatus anno 587. præfuit annis 8. Obijt anno 594. die 16. calend. Februarii. *Vita eius apud Surium, Gregor. Turon. lib. 6. c. 39. & libro 10. c. 26. de annis Episcopatus.*

30 S. A u s t r e g i f i l i u s, Gallus, Monachus, & Abbas S. Nicetii Lugduni, creatus in locum Apollinaris, ann. 622. sedit annos 12. ac obiit anno 634. die 13. calend. Iunii. *Vita eius apud Surium.*

31 S. S u l p i t i u s III. Pius, huius cognominis II. Abbas Aulicus, Ord. S. Benedicti, creatus ann. 634. eam Ecclesiam gubernauit an. 13. Obijt autem anno 647. die 17. cal. Febr. *Trittemius lib. 4. cap. 55.*

46 D. A Y G V L P H V S, Monachus & Eremita in Gallia, creatus an. Domini 809. sedit annos 26. migravit anno 835. *Franciscus Bolforestius in sua Cosmographia, in Catalogo Episcoporum Bituricensium.*

47 S. R A D V L P H V S, Monachus & Abb. S. Medardi Sueffionensis, creatus ann. 835. rexit ann. 25. obiit ann. 860. die 7. calend. Iulii. *Trittemius, lib. 3. c. 211. & lib. 4. c. 85.*

80 D. P E T R V S de Stagno, Gallus, Monachus S. Flori, creatus an. 1366. sedit annos 11, factus est Cardinalis anno 1370. ab Urbano

Papa V. Obijt Romæ anno 1377. die 7. Calendas Decembris, sepultus in S. Maria Transiberim. *Belforestius ubi supra.*

92. D. ANTONIUS Bohier de Prato Monac. & Abb. Fiscanensis, creatus anno 1514. sedit ann. 7. A Leone Papa X. factus est Cardinalis anno 1517. Bituricis obiit, triennio post, scilicet anno 1521. mēse Junio, ibidem in Cathedrali sepultus. *Belforestius ubi supra, & Panvinus in Epit. Pont. Rom. Demochares, qui dicit obiisse anno 1519. die septimo Nouembris.*

97. D. Antonius, Vialard, Parisiensis, Gallus, Monachus, & Prior S. Martini de Campis, Parisiis, assumptus anno 1572. Viuebat adhuc tempore Belforestii 1576. cum hæc scriberet.

*Bosnenses, in Russia.*

S. BONIFACIUS Saxo, & Ottonis Imp. consanguineus, Monachus S. Alexij Romæ, & S. Romualdi Abbatis discipulus, a Pontifice Romano Bosnensis Archiepiscopus consecratus, & ad prædicandum De uerbum in Russiam missus, cum Regem, & populum ad Christi fidem adduxisset, ab ipsius Regis Fratre occisus, per palmam martyrij, euolauit ad Cælos, die 19. Iunij, floruit anno 1000. *Augustinus in hist. Camald. part. 2. lib. 1. cap. 13. & alij.*

*Bracarenses in Hispania.*

S. FRUCTUOSUS, Hispanis, Monachus & Abbas Monasterii Dumienensis in Hispaniis, promotus anno 655. a Patribus Concilii Toletani decimi, in locum Potamii Episcopi, fuit in ea potestate annis 10. obiitque anno 664. die 16. calendas Maii. *Flores SS. Hispaniæ Morales lib. 12. c. 33. & 35. & alij.*

*Bremenses in Saxonia.*

1. S. ANSGARIUS, Monachus & Abbas Monasterii S. Petri Corbeie Gallicæ, creatus ex Hamburgensi, Archiepiscopus Bremensis primus à Sergio PP. II. anno Domini 845. Populum sibi commissum rexit an. 14. Vnitis autem Bremensi & Hamburgensi Ecclesiis à Nicolao Papa I. an. 858. iisdem præfuit, annis 7. in toto annos 21. sedit. Obijt anno 865. die tertio nonas Februarii, Bremis in Cathedrali sepultus. Composuit plures Epistolas, quæ iniuria temporum perierunt. *Tritemius lib. 4. c. 84. Crantzius in metropoli lib. 1. c. 41. & 42. & Albertus Abb. Stadensis in chronico.*

2. S. REMBERTVS, Flander, oppido Turholto, Monachus Monasterij Turholtani, deinde S. Ansgarii. in Abbatia regimine, & Archiepiscopatus, successor, creatus anno 865. sedit annos 23. Consecrationem accepit a Lutberto Moguntino Præsule; Pallium uero à Nicolao

colao Pontifice Rom. Migravit à sæculo anno 888. die tertio idus Iunii, siue ut aliis placet pridie Nonas Februarii. Composuit nonnulla opera, uidelicet. De Virginitate. lib. 1. Epistolarum lib. & Vitam S. Ansgarii lib. 1. qui excusus est. *Trittemius lib. 4. c. 89. Molanus in Indiculo, Meierus, & alii citati.*

3 S. ADALGARIUS, Germanus, Monachus Corbeie in Saxonia, creatus in demortui S. Remberti locum anno 888. consecrationis munus accepit a Lindroldo Moguntino Archiepiscopo, seditq; tempore difficili Barbaricæ vastationis an. 20. Obijt an. Christi 909. Idibus Maij, ut vult *Trittemius lib. 3. c. 214. & lib. 4. c. 92.* siue, septimo Idus Maij, ut scribunt *Albertus in Chro. & Crantzius Metr. lib. 2. c. 24.*

4 S. HOGERTVS, Germanus, Saxo, Monachus Corbeie in Saxonia, surrogatus Adalgario anno 909. Ordinatus est ab Archiepiscopo Colonienfi, contendentibus alijs de eius consecratione, præfuit annis 7. obijtque anno 915. die 4. cal. Ianuarij, vt *Crantzius ait Metr. lib. 3. cap. 3.* siue ut *Albertus Stadensis refert. 13. cal. Ianuarij.* Eius Monachatum aperit. *Crantzius lib. 2. cap. 24.*

6 S. VNNI, siue Vuimo, vel Vimo, diuersimodè enim a diuersis vocatur, Monachus Saxonice Corbeie, creatus in locum Reginuardi Episcopi, anno 916. diuinitus; onus sibi impositum sustinuit annos 18. Migravit à sæculo anno 936. die duodecimo calen. Nouembris, Birce, torius Suedie ac Gothie Metropoli. *Trittemius. lib. 4. ca. 95. & alij citati.*

8 S. LVBENTIVS, Italus Monachus, & Abbas Hirsfeldensis, in Adaldagi Præfulis locum substitutus anno 988. mense Maii, primus omnium consecrationem accepit a suffraganeis suis, obiitque sanctitate, & miraculorum gloria clarus anno 1013. pridie Nonas Ianuarii, regiminis sui anno 25. & in medio chori antegradus Sanctuarii sepultus est. *Trittemius lib. 4. cap. 111. Albertus Stad. in Chron.*

36 D. BALDVINVS a Vuonden, Monachus & Abb. S. Michaelis in Luneburgo, creatus anno Domini 1436. sedit annos 7. & sæculum reliquit anno 1442. *Trittemius lib. 4. cap. 127. Crantzius in Metropoli lib. 11. cap. 36.* Quod autem vocetur a Trittemio 41. illius sedis Episcopus, hoc ideo accidit, quod duos Episcopos Hanburgenses, & tres Bremenses, antequam ambæ illæ Ecclesiæ coniungerentur, enumeret.

*Burdegalenses in Vasconia.*

D. GVLIELMVS, Anglus, Monachus & Abbas Radingæ in Anglia, creatus anno 1173. siue 1174. quot annis præfuerit, aut quan-

do ex hac luce migraverit, mihi hæcenus incompertum. *Mattheus Uest. ad annum 1173. & Demochares de sacr. Missæ Tomo 2. c. 26*  
 D. ANDREAS d'Espinay, Armoricensis Gallus, Monachus & Prior S. Martini de Campis, ex Archiepiscopo Arelatensi, Burdigalensis factus; non multo post Lugdunensis, & tandem S. R. E. Cardinalis renunciatus est anno 1489. *Belforestius de Monachatu; & Leonardus Sarracenus apud Democharem de Sarif. Missæ Tomo 2. cap. 27. in Catalo. Archiep. Lugdun. de Archiepiscopatu.*

### Archiepiscopatus de Littera C.

*Cantuariæ qui & Dorouernenses, in Anglia.*  
 Cap. XX.

I.



ANCTVS Augustinus, Italus, Romanus, Monachus & Præpositus Monasterij S. Andreae Romæ, in cliuo Scauri, Ordinis S. Benedicti, missus in Angliam ad illius gentis conuersionem, a S. Gregorio Papa I. cum aliquot Socijs Monachis anno Domini 596. cum Edilbertum Cantia Regem sexto post anno sua prædicatione ad Christum adduxisset, Arelatum profectus ab illius sedis Archiepiscopo Etherio, (quem Greg. Tur. lib. 9. cap. 23. Licerium vocat) primus Dorouernensis, siue Cantuariensis Archiepiscopus consecratus est anno Domini 602. Præfuit autem eidem Ecclesiæ annis plus minus octo, conuersioni infidelium, prædicationibus, & augmentationi Ecclesiarum toto illo tempore semper intentus. Cursu vero peregrinationis suæ laudabiliter, in omnibus sanctitatis operibus, expleto, ad Dominum migravit anno 609. die septimo calendas Iunij, iuxta Ecclesiam Monasterij SS. Apostolorum Petri & Pauli sepultus: ad cuius tumulum sequens olim legabatur Epitaphium.

*Hic requiescit Dominus Augustinus, Dorouernensis Archiepiscopus primus, qui olim huc a Beato Gregorio, Romano Urbis Pontifice, directus, & a Deo operatione miraculorum suffultus, & Edilbertum Regem, & gentem illius ab Idolorum cultu ad fidem Christi perduxit, & completis in pace diebus officij sui defunctus est, septimo calendas Iunij, eodem Rege regnante.*

Beda



*Beda in hist. Angl. lib. 1. a capite 21. ad 33. & lib. 2. cap. 2. & 3. Trittemius lib. 4. cap. 48 & alij infiniti.*

2 S. LAURENTIVS, Romanus, Monachus S. Andreae, Romae, eiusdem S. Augustini indiuiduus comes, & in Evangelica messe cooperator, idcirco, ut ait Beda, ab ipsomet S. Augustino cum adhuc ueretur ordinatus, ne se defuncto status Ecclesiae tam rudis, vel ad horam Pastore destitutus, vacillare inciperet: Gradu igitur Archiepiscopatus potius, strenuissime fundamenta Ecclesiae nobiliter iacta, per annos tredecim quibus eam rexit & gubernauit, studuit augmētare. Decessit autem anno Christi 621. quarto Nonas Februarii: & iuxta praedecessorem suum sepultus est. *Beda lib. 2. cap. 4. 5. 6. & 7. Trittemius lib. 4. cap. 49. & Matthaeus Vuestmonasteriensis in floribus historiaram ad annum 621.*

3 S. MELLITVS, Monachus & Abbas Romanus, ex Londoniensi sede, ad Cantuariensem cathedram post S. Laurentium anno 621. euectus: in ea sedit annos quinque: quibus finitis praemium sui laboris percepit anno 625. die nono calendas Martii. *Beda lib. 2. cap. 7. Trittemius lib. 2. cap. 50. & alij.*

4 S. IVSTVS, Romanus, Monachus & ipse Romanus, Rosensis Ecclesiae, cuius erat Episcopus, administratione post habita, Cantuariensi praefectus est anno 625. eique praefuit annis plus minus quinque, obiit enim anno 630. die quarto Idus Nouembris. *Beda lib. 2. c. 8. Trittemius lib. 4. cap. 51. & Matthaeus Vuestm. ad an. 625. & 630.*

5 S. HONORIVS, Romanus, Monachus Romanus, ut putatur, Sancti Andreae quinto loco ab Augustino consecratus est Cantuariensis Ecclesiae Antistes, a S. Paulino Eboracensi Praesule, anno 630. primusque Pallium Archiepiscopatus accepit ab Honorio Papa I. fuit in potestate annis 23. ac obiit anno Domini 654. pridie calendas Octobris; quo defuncto vacauit sedes annum 1. & menses 6. *Beda lib. 2. cap. 18. & 19. & lib. 3. cap. 20. Trittemius lib. 4. cap. 54. Matthaeus, & alij.*

6 S. DEVSDEDIT, seu Theodatus, Anglus, Saxo Occidentalis, & Monachus cuiusdam coenobii in Anglia, ordinatus est sextus Cantuariae Archiepiscopus a Thamare Rosense Episcopo, die septimo calendas Aprilis, anno 656. Cum autem eam Ecclesiam rexisset annos nouem, menses quatuor, & dies duos, plenus dierum obiit anno Domini 665. Idibus Iulii, cui successit Damianus quidam de gente Saxonum Australium. *Beda lib. 3. cap. 20. Trittemius lib. 4. cap. 56. Matthaeus tamen Deusdedit mortuo, dicit sedem uacasse annos*

annos quatuor, sed errare conuincitur, ex ijs enim anni duo dandi sunt Damiano Archiepiscopo, quem ipse omittit, sed Beda eum enumerat; & alii duo anni tribuendi sunt S. Theodoro, antequam Angliam intraret.

**S. THEODORVS**, a Tharso Ciliciæ, Græcus, Monachus Romanus, a Vitaliano Papa Archiepiscopus Cantuariensis die septimo calendas Aprilis in Dominica, anno 668. Romæ consecratus: iter Angliam versus arripuit, una cum S. Adriano Abbate, die sexto calendas Iunii; eodemque die in Dominica Angliam ingressus est anno 670. qui erat secundus ab eius discessu ex Vrbe. Sedit autem annos 21. menses 3. & dies 26. Senex obiit die decimotertio calendas Octobris anno 690. ætatis suæ 88. Quem se numerum annorum suum se habiturum, ipse iam dudum somni reuelatione doctus, suis prædicere solebat. Sepultus est in Monasterio SS. Petri & Pauli, cum suis prædecessoribus. Cuius personam, vitam, uirtutem, & obitum, Epitaphium monumenti ipsius, uersibus Heroicis triginta & quatuor palam ac lucidè cunctis illo uenientibus olim pandebat. Quorum primi sunt hi.

*Hic sacer in tumba, pausat cum corpore Præsul,  
Quem nunc Theodorum, lingua Pelasga uocat.  
Princeps Pontificum, felix, summusq; Sacerdos,  
Limpida discipulis dogmata disseruit.*

Ultimi autem hi.

*Namque diem nonamdecimam Septembris habebat,  
Cum carnis claustra spiritus egreditur:  
Alma nouæ scandens felix consortia uitæ,  
Choris Angelicis iunctus in arce poli.*

Vacat eo mortuo sedes an. 1. mens. 9. die 11. Beda lib. 3. c. 23. et 30. lib. 4. a capite 1. ad 22. & lib. 5. cap. 8. Tritemius lib. 4. c. 60. Mattheus, & alij. Scripsit Epistolas plures; & de Pœnitentia, lib. 1.

**S. BERECHTVALDVS**, seu Brithuualdus, Anglus, Monachus & Abbas Monasterii Rachuilfe, Theodoro post annum unum, mens. 9. & dies 11. uacantis sedis, an. 692. substitutus est, die primo mensis Iulii: & anno sequenti, tertio cal. Iulii in Dominica a Godune Metropolitano Galliarum Episcopo, consecrationis suæ munus accepit. Incepit autem munus Episcopale in sede sua exercere eodem anno pridie cal. Septembris in Dominica. Migravit a sæculo anno Dominicæ Natiuitatis 731. die 5. Idus Ianuarii, potestatis suæ anno 39. Beda lib. 5. c. 9. Tritemius lib. 4. c. 65. Mattheus, & alij.

S. T A-

10 S. TADVINVS, Mercius, Anglus, Monachus cœnobij Bruti-  
nenfis in Anglia, creatus anno 731. die 4. Idus Iunij consecratus est:  
præfuit annis tribus, obiitque anno 735. *Trittemius lib. 4. cap. 69.*  
*Polydorus lib. 6.*

14 D. LAMBERTVS, Anglus Monachus & Abbas SS. Petri &  
Pauli, quod cœnobium S. Augustinus construxerat; creatus anno  
760. fuit in officio annis 27. Obiit anno 787. *Polydorus in hist. Angl.*  
*lib. 6. & alij.*

15 D. ADELARDVS, siue Ethelhardus vel Æthelhardus Monac.  
& Abbas Malmesburiensis, Anglus, creatus anno 787. sedit annos  
13, migravitque anno 800. *Monachus continuator Bedæ lib. 1. c. 15.*

24 S. DVNSTANVS, Anglus, Monachus, & Abb. Glasconiensis,  
ex Episcopo Londoniense, & Vuigornienfe, factus est Cantuarien-  
fis Archiepiscopus 24. anno Domini 973. quod munus exercuit per  
annos 28. cæleste regnum assequutus anno ætatis 79. Christi Domi-  
ni 1001. die 14. calen. Iunii. Scripsit nonnulla opuscula, videlicet

In Regulam S. Benedicti Tractatum paruum, qui excusus est  
in Belgio, in octauo.

De ordinatione cleri lib. 1.

Epistolarum contra Regem Eduinum, lib. 1.

*Polydorus lib. 6. & 7. Trittemius lib. 4. cap. 100. & alij.*

25 D. ÆTHELGARVS, Monachus & Abbas Monasterij Noui  
apud Vuintoniam, ex Episcopo Selesience, S. Dunstano anno Domi-  
ni 1001. surrogatus, Ecclesiam sibi commissam strenuè cum guber-  
nasset vno anno, obiit anno 1002. uel 1003.

26 D. ÆLFRICVS, qui a Polydoro uocatur Aluricius seu Alure-  
dus, Monachus & Abbas Abbendonensis, Æthelgarum immediate  
subsequutus, ouibus suis uerbo & exemplo profuit. Obiit anno Do-  
mini 1004. regiminis sui secundo incepto.

ANNOTATIO.

Horum duorum Monachisimum probat *Matthæus Questmonaste-*  
*riensis ad annos 988. & 989. quibus annis principium regiminis eorum*  
*annotat. Sed errorem esse in impressione ex eo auguror, quod præfato anno*  
*988. prædictus Æthelgarus ex Abbate Monasterij Noui creatus sit Epi-*  
*scopus Selesientis, & verisimile est, quamuis illud ab auctore non prod-*  
*tur, eundem aliquot annis sedi illi præfuisse antequam ad Cantuariensem*  
*euocaretur: sequimur igitur in annorum numeris digerendis diligentissi-*  
*mum Polydorum, qui lib. 7. horum annorum computationem in dubium*  
*reuocat, ex temporumq; ratione, hos non nisi annis 1001. & 1003. crea-*  
*tos,*

tos, apertissimè demonstrat; tres enim qui S. Dunstano immediate successerunt vsque ad S. Aelphégum, annos octodecim scdise refert; cui & consentit Mattheus præfatus, Siricio enim sexdecim, Aethelgaro uero & Aelfrico, duos, attribuit; & cum S. Aelphégus, ut rectè annotat Polydorus, martyrio coronatus legatur anno Domini 1025. regiminis sui anno sexto, sequitur vt horum quoque creatio, annis 1001. & 1003. rectè posita, dicatur. Si quis tamen aliter sequi voluerit, non improbo.

28 S. ÆLPHEGVS Anglus, Monachus & Abb. Monasterii, quod Balneum uocatur, in Anglia, ex Episcopo Vintoniense, assumptus est anno 1019. Martyrio coronatus est a Danis die decimo tercio calendæ Maii, anno Christi 1025. regiminis sui 6. ætatis 59. Polydorus lib. 8. Trittemius lib. 4. cap. 113. & alij.

30 S. ÆGELNOTVS siue Aethelnothus Anglus, Monach. in Anglia, creatus est anno Domini 1030. sedit annos 8. Obiit anno 1038. die 3. cal. Nouembris. Scripsit inter cætera, In laudem Beatæ Mariæ, lib. 1. & Epistolarum, lib. 1. Trittemius lib. 3. cap. 247. & alij.

34 S. LANFRANCVS, Italus, Papiensis, nobilissima familia Beccaria ortus, Monachus Beccensis, deinde Abbas Monasterii S. Stephani Cadomi in Normandia, uir sua ætate doctissimus, ad regimen Cantuariensis Ecclesiæ sublimatus anno Domini 1070. sequenti anno, die octauo calendæ Maii, consecrationis munus accepit. Prouinciam sibi commissam, summa cum sua laude gubernauit annos 19. & miraculorum gloria, ac doctrinæ laude clarus, migravit a sæculo anno 1089. die quinto Nonas Iulii. Trittemius lib. 4. cap. 119. Polydorus lib. 9. & 10. Neubrigensis lib. 1. c. 1. & alij. Vacauit eo mortuo sedes Cantuariensis, annos 4.

35 S. ANSELMVVS, Italus, Longobardus; ex Augusta Taurinorû originem ducens: Monachus, & Abbas Beccensis in Notmandia, anno quinto iam incipiente uacantis sedis creatus Cantuariæ Archiepiscopus, anno uidelicet 1093. consecratus est pridie nonas Decembris: eo munere functus est annis 16. & sanctitate, & doctrina præclarus obiit, anno Domini 1109. ætatis 76. die Iouis Sancto, vndecimo calendæ Maii. Vacauit sedes eo mortuo annos ferè 5. Polydorus lib. 10. & 11. Trittemius lib. 4. cap. 122. Neubrigensis lib. 1. cap. 2. & alij.

36 D. RADVLPHVS, seu Rodulphus, Monachus & Abbas Sagiensis cænobii, anno 1114. qui erat a morte S. Anselmi quintus, Ecclesiæ Cantuariensi Prælatus electus est die 6. cal. Maii: & anno 1115. die 5. cal. Iulii, ab Anselmo Legato Apostolico consecratus, & Pallio ornatus, præfuit annis plus minus 9. fuerat autem ante Episcopus Roffen-

Roffensis, Obijt anno 1122. *Guglielmus Neubrigensis lib. 1. c. 3. Polydorus lib. 11.*

37. D. GUGLIELMVS de Curboilo, Monachus & Prior de Cliche, in locum Radulphi creatus, præfuit annis 14. obiitque anno 1136. *Matthæus Vvesim. ad annos 1122. 1123. & 1136.*

38. D. THEOBALDVS, Anglus, Monachus, & Abbas Beccensis, statim ut ad illam sedem assumptus est anno Domini 1141. Romam protinus petrexit, ubi accepto de more Pallio, legatus ab Innocentio II. Romano Pontifice factus est. Quod munus postea manavit ad omnes Cantuarienses Episcopos, ut Legati nati dicantur. Ecclesiam sibi creditam rexit annos 22. omnibus, piis maximè, ac doctis caris; ad Patres suos translatus anno 1163. Quo defuncto uacavit sedes, annum unum. *Neubrigensis lib. 1. cap. 5. Tritemius lib. 4. cap. 125. Polydorus lib. 13. & alij.*

40. D. RICHARDVS, Anglus, Monachus, & Prior Monasterii Douerensis in Anglia, in demortui S. Thomæ martyris locum restitutus an. 1170. (recusante Roberto Monacho & Abbate Beccense, qui ante eum electus, electioni de se factæ assentiri noluerat, pietate & Religione ductus) quatuordecim post annos, 1184. videlicet, vitam cum morte commutavit. *Neubrigensis lib. 2. cap. 25. & lib. 3. cap. 1. & 8. & Matthæus Vvesim. ad annos citatos.*

44. D. REGINALDVS, Monachus & Supprior Monasterii S. Saluatoris Douerensis siue Cantuariensis, a Monachis in locum Huberti, electus & confirmatus anno Domini 1205. non longe post ab eisdem reprobatus est, ob sacramenti quod Monachis promiserat, reuelationem; & eius loco Ioannes de Gray Episcopus Noruiciensis substitutus. *Matthæus ad annum 1205.*

47. D. VVALTERVS, Monachus Cantuariensis, Stephano Episcopo substitutus, paulo post a Rege reprobatus est, anno 1229. & in eius locum Richardus Archiepiscopus creatus. *Matthæus ad annum 1229.*

49. D. IOANNES, Monachus & Prior Cantuariensis, unanimiter electus anno 1232. & a Rege approbatus, cum Romam profectus fuisset ut electionem de se factam impetraret a sede Apostolica confirmari: a Romano Pontifice persuasus, qui eius quidem sanctitatem admittabatur, simplicitatem tamen minus idoneam tanto oneri iudicabat, in spiritu lenitatis, electioni de se factæ humiliter renunciauit, & ad suum Monasterium rediit: eius que loco quidam Ioannes Blundus creatus est. *Matthæus ad annum 1232.*

60. D.

60. D. SIMON Langham, Monachus & Abbas Vuestmonasterienſis, ex Episcopo Eliense, anno 1366. Simoni Islepo, Archiepiscopus substitutus, ita in regimine se gessit, ut biennio post in purpuratum numerum sociari meruerit. Obiit anno 1376. die 22. Iulii. *Thomas Vualsingham in hist. breui, ad annos 1349. 1366. & 1376.*

*Capuani in Campania.*

2. D. LEO, Monachus Monasterii Casinensis, post mortem Ioannis qui primus Archiepiscopus creatus fuerat a Ioanne Papa XIII. anno Domini 968. petente Landulfo Capuano Principe, prædicti Ioannis Episcopi Fratris, Capuanam ascendit sedem circa annum Domini 980. paulo ante, uel post, quam tenuit annos quatuor, & menses sex.

3. D. GERBERTVS, eiusdem Monasterii Casinensis Monachus, Leoni mortuo surrogatur, & cum aliquot annis Ecclesiam sibi concreditam strenuè administrasset, ad Patres suos appositus est, die duodecimo cal. Februarii. *De his duobus Leo Ostiensis in Chronico Casinensi lib. 2. cap. 9.*

*Cæsar Augustani in Hispania.*

D. GVLIELMVS de Agrifolio, Monachus Cluniacensis, renunciatus est Archiepiscopus & S.R.E. Presbyter Card. a Clemente Papa VI. anno 1350. & cum laudabiliter præfuisse annis 19. Vitebii obiit anno 1369. die quarto nonas Octobris, ibidem in Ecclesia S. Trinitatis sepultus. *Chron Cluniac. & Panuinus in Epitome.*

*Colecienses in Hungaria, siue Colecenses.*

S. ANASTASIYS, Africus antea vocatus, natione Italus, Monachus item Italus, & Abbas, S. Alexij Romæ, cum publica utilitate commotus ad prædicandum Dei verbum, cum aliquot socijs Monachis, in Hungariam, iam in fide adolescentem, vltro profectus esset, allectus quoque sanctitate Regis Stephani, ab eodem honorificè exceptus, primum Abbas S. Benedicti ad radicem Montis Ferrei (quod cœnobium ipse Rex tunc primum construxit, & ingenti donatio, multisque prædijs pagisque donauit) constitutus est: deinde cum moribus & doctrina præstās videretur Colecensis Ecclesie, primus ab eo Archiepiscopus creatus & consecratus est anno Domini 1000. & Africo nomine antiquato, Anastasius vocatus. Legatus etiam ad summum Romanum Pontificem, pro Regni negotijs, missus, eam prouinciam libenter suscepit, & maiori, quam credebatur, laude perfecit: omnibusque rectè peractis, coronam auream & Crucem Regi deferens, in Pannoniam se recepit. Postmodum Sebastiano

bastiano Strigoniense Archiepiscopo luminibus priuato, vtrique Ec-  
clesia, sua scilicet & Strigoniensi in omni sanctitate praeuit: eo-  
que sanitate donato ad Ecclesiam suam rediens, miraculis & san-  
ctitate clarus, quieuit in Domino. Floruit ab anno Domini 1000.  
vsque ad 1030. vel circa. *Antonius Bonfinius rer. Hung. decadis 2. lib. 1.*  
*Colonienses, siue Agrippinenses, in Germania.*

S. AGILOLPHVS, Monachus Ordinis S. Benedicti. Colonien-  
sis Archiepiscopus creatus circa annum Domini 700. exemplo Bo-  
ni Pastoris, pro ouibus suis animam suam posuit, & martyrij palma  
coronatus caelos petijt, die septimo, Idus Iulij. *Petrus Cratepolius de*  
*Episcopis Germaniae in Hugone Citzensi Episcopo.*

S. HERMANNVS, Monachus & Abbas S. Panraeonis Colo-  
niae, floruit circa annum Domini 1060. ministerioque suo laudabi-  
liter peracto, appositus est ad Patres suos. *Cunradus Monachus, in vi-*  
*ta S. Duolphelmi apud Surium die 22. Aprilis.*

*Compostellani, in Galicia Hispaniae.*

I. D. DALMACHIUS Gallus, Monachus Monasterij Cluniacen-  
sis, & Episcopus Iriensis, qui & Compostellanus vocabatur, ab Vrba-  
no Papa II. Monacho Cluniacense, creatus & consecratus est primus  
Compostellanus Galliciensis Archiepiscopus, anno Christi 1096. uel  
1095. Quo anno tamen obierit mihi haecenus incompertum. *Ioan-*  
*nes Vaseus in Chronico. cap. 2. r.* Huius Dalmachii talis extat apud MS.  
Chron. Cluniacense memoria.

*His diebus dedicata fuerunt altaria intra ambitum eius consistorij,*  
*quae sunt in numero 26. Inter quae fuit consecratum altare S. Iacobi a Do-*  
*mino Dalmacio Episcopo eiusdem S. Iacobi Apostoli: qui huius Monaste-*  
*rij Cluniacensis fuerat Monachus. De qua re habetur Epygramma in di-*  
*cta Capella, in modum qui sequitur.*

*Hoc Altare constructum est, a Donno Dalmacio Sancti Iacobi Apo-*  
*stoli Episcopo, & istius loci Monacho, in honorem eiusdem Beati Iaco-*  
*bi, ac omnium Sanctorum. In quo continentur plures Reliquiae Sancto-*  
*rum, quorum nomina non sunt scripta, nisi de duobus, videlicet, Enniterij,*  
*& Celidonij, Martyrum.*


*Cracouienses in Polonia.*

7. D. AARON, Gallus, Monachus Cluniacensis, & Abbas Ti-  
necensis in Polonia, uir integritatis summæ, & pietatis eximiae, a to-  
to Canonicorum collegio summis uotis expetitus, assentiente etiam  
Rege Casimiro, quondam cenobii Cluniacensis Monacho, Pontifex  
renunciatus, opinionem de se conceptam non fefellit. Vixit sub  
eodem.

eodem Rege anno Domini 1050. *Martinus Cromerus in historia Poloniae, lib. 4. in Casimiro Rege; & alij Polonici scriptores.*

Archiepiscopatus de littera D.

*Dolenses in Britannia minori. Cap. XX.*

**I**  **A**NCIVS Samson, Brito, Monachus, & Abbas Monasterii Dolensis, consecratus est primus Metropolitans Dolensis anno Domini 566. a Patribus Concilij Parisiensis, & potestate sibi tradita, laudabiliter expleta, ad Dominum migravit circa annum Christi 600; administrationis suae anno 35. die quarto calendas Augusti. *Tritemius lib. 4. cap. 46. Cenalis lib. 2. perioche 6. & alij.*

2. **S. MAGLORIVS**, Brito, Monachus, & Abbas Dolensis, anno circiter 600. Samsoni substitutus, in omni sanctitate vitam traduxit, & miraculis clarus migravit ad Christum, anno, ut nonnulli scribunt 612. regiminis sui 13. die 24. Octobris. *Tritemius lib. 4. cap. 47. & alij citati.*

**D. IOANNES**, Gallus, Monachus, & Abbas Dolensis, S.R.E. Cardinalis creatus ab Eugenio Papa III. circa annum Domini 1146. postea factus est Archiepiscopus Dolensis. *Luchinus in suis colloquijs MS.*

**D. SYMON**, le Maire, Monachus & Abbas Maioris Monasterii in Gallia, creatus circa annum 1340. paulo ante uel post. *Demochares Tomo 2. cap. 18.*

*Dublinenses in Hybernia.*

**S. LAURENTIVS**, Hybernus, Monachus & Abbas Monasterii Glindalacensis, creatus Archiepiscopus circa annum Domini . . . . Sanctorum Catalogo adscriptus est anno 1226. ab Honorio Papa III. Obiit anno . . . . die decimo octavo calendas Decembris. *Suaris in eius vita, die 14. Nouembris.*

Archie-



## Archiepiscopatus de litera E.

Eboracenses in Anglia.

Cap. XXII.



**S**ANCTVS Paulinus, Italus, Romanus, Monachus etiam Romanus, in Angliam cum S. Augustino, & B. Gregorio, ad prædicandum Euāgelium missus, cum Regem Nordahumbrorū Eduuinum sua prædicatione ad Christi fidem conuertisset, à Iusto Cantuariensi Archiepiscopo, ex Episcopo Therofenēsi anno Domini 625. die 12. calend. Augusti, consecratus est primus Eboracensis Archiepiscopus; quo honore functus est vsque ad annum 634. Eo enim anno Eduino Rege ipsis idibus Octobris interempto, in Cantiam cum Aethelburga Regina, regijsque filiis rediens; ab Honorio Archiepiscopo Roffensi Ecclesiæ præfectus, eam sedem vsque ad mortem tenuit; quæ contigit anno Domini 654. regiminis Eboracensis, anno 29. Roffensis verò anno 19. mense 2. die 21. Sepultus est in Ecclesia S. Andree ciuitatis Roffensis, die 6. idus Octobris. *Beda, libr. 2. Histor. Angl. à capite 9. ad 21. Matthæus Vvestmonasteriensis in flor. Histor. Tritremius, libro quarto, capit. 53. & alii infiniti.* Vacauit sedes annos 10.

2. **S. VILFRIDVS**, Anglus, Monachus Streneshalcensis, & Abbas Ripensis in Anglia, anno 664. vacantis autem sedis anno 10. ab Osuio Rege in Galliam ad Aegilbertum Episcopum Parisiensem missus, ab eodem Archiepiscopo Eboracensis, consecratus est. Sed cum ibidem diutius paululum demoraretur, Ceadda ei surrogatur; quo anno 670. quod non rectè ordinatus esset, à Theodoro Archiepiscopo Cantuariensi, ab administratione semoto, Vuilfridus suæ sedi restituitur. Anno autem 678. contentione quadam inter ipsum, & Regem Egfridum orta, ab ea iterum pellitur, & eius loco Bosa Monachus Episcopus consecratur. Pultus verò Romam adire cum proponeret, uoluntate Diuina flantibus uentis in Hollandiam, & Frisiam appellens, Agilulfum Regem, salutari lauacro abluit, suaque prædicatione multos etiam Gentilium ad Christi fidem perduxit. Eo autem nouennio post reuocato, anno 687. & honori pristino restituto, quorundam inuidorum morsibus agitatus, & Alfrido Regi accusatus, ab eodem iam tertio de sede sua deturbatus, anno 692. coram summo Pontifice causam suam egit, à quo innocens

Q de

declaratus, & cum bullis Pontificiis ad Regem remissus, eo quidē ueniente Ecclesiam suā intrare non ualuit; sed eo paulo post an. 705. defuncto, ab Ofredo Rege, qui post eū regnauit Patribusq; Synodi iuxta flumen Nid collectę, post aliquātum utriusq; partis conflictum, cunctis tandem fauentibus, in Præsulatum Ecclesiæ suæ receptus est. Sicque alijs annis quatuor in pace uitam ducens, quieuit in Domino, anno Christi 711. regiminis assumpti 45. die 4. idus Octobris in Monasterio suo quod habebat sub regimine Cuthaldi Abbatis in Imdalum prouincia. Sed postea ministerio Fratrum perlatus est in primum suum Monasterium S. Petri Ripensis, & ibidem sepultus iuxta altare ad austrum. *Beda in Hist. Angl. lib. 3. ca. 28. & lib. 4. c. 11. & sequentibus. Matthæus in Flor. Histor. Polydorus, lib. 4. Tritemius, lib. 4. c. 63. & alij per multi.*

3 S. CEADDA, S. Cedde frater, Anglus, Monachus, & Abbas Monasterij Lestingensis, S. Vuilfrido in Gallia remorante, in eius locum à Vuina, Occidentaliū Saxonum Episcopo, sic perente Oluuio Rege, Archiepiscopus ordinatus anno 664. septennio post an. 670. tanquam non legitime consecratus, à Theodoro Archiepiscopo à regimine semotus, ut erat uir pius, sanctus, & modestus, humiliter celsit, & Episcopatum Lichfeldensem regendum suscipit. Quem cum annis duobus, & mensibus sex administrasset, ad Monasterium rediens, paulo post circa annum Domini 672. miraculis clarus ex hac uita migravit, sexto nonas Martij. *Beda, lib. 3. c. 28. Hist. Angl. Matthæus Vrestm. in Flor. Hist. & Tritemius, lib. 4. c. 59. & 150.*

4 S. BOSA, Anglus, Monachus Streneshalcensis in Anglia, uir doctus, & religiosus, Vuilfrido, secundò sede sua pulso, Eboracensibus à Rege Episcopus anno 678. datus, nouem annis populum suū prudentissimè gubernauit, donec ab eodem cedere coactus, sedem ipsi Vuilfrido restituere iussus est, ann. 687. *Beda in Hist. Angl. lib. 4. c. 12. Matthæus Vrestm. & Tritemius, lib. 4. cap. 64.*

5 S. IOANNES, Anglus, Monachus Monasterii Hildæ, siue Streneshalcensis, ex Episcopo Hagulstadenſe, Sancto Vuilfrido an. 711. successor datus, præfuit suæ Ecclesiæ annis plus minus decem, & doctrina, & sanctitate clarus migravit in pace in Monasterio S. Petri in Silua Deiorum, anno 721. die nonarum Maii, ibidem in porticu Ecclesiæ sepultus. *Beda, lib. 5. à cap. 2. ad 6. Matthæus Vrestmon. Tritemius, lib. 4. c. 68. & 170. & alij. Scripsit Homilias nonnullas in Euangelium Lucæ, & alia nonnulla.*

16. 19 S. OSVALDVS, Gallus, Monachus Floriacensis in Gallia,

lia, ex Episcopo Vuigornienſe, 16. ut Matthæus Vueſtm. habet qui dicit Ofciello ſucceſſiſſe; ſiue ut Polydorus ſcribit, ſucceſſorē Adelualdi conſtituens, 19. Eboracenſis Præful, creatus ſecundum Polydorum anno 956. uel ſecundum Matthæum anno 972. præfuit in omni ſanctitate annis plus minus uiginti & uno, & bonis operibus plenus obiit anno, ut uult Polydorus 979. uel ut habet Matthæus, anno 992. pridie calendas Martii. *Polydorus, & Matthæus, præfati, & Trittemius, libro 4. cap. 101.* Scripſit de Statutis Synodalibus Lib. 1.

## A N N O T A T I O.

In computatione annorum huius Pontificis, uidetur Polydorus, caſtigatioe non modica indigere; cum enim conſtet S. Oſuualdū, Sancto Dunſtano in regimine Vuigornienſis Eccleſiæ immediatè ſucceſſiſſe, qui S. Dunſtanus illi Eccleſiæ prælatus non legitur uſque ad annum 957. non potuit S. Oſuualdus anno 956. (ut uult Polydorus: dicit enim S. Oſuualdum mortem obiſſe anno 979. regiminis ſui 23.) ipſi S. Dunſtano ſucceſſiſſe, cum nondum eſſet Episcopus. Errorem Polydori ex eo proueniſſe arbitror, quod annos S. Oſuualdi incæperit computare, non ab initio ſedis Eboracenſis, ſed à principio regiminis Episcopatus Vuigornienſis, quod notatur à Matthæo, anno 959. quibus ſi adiungantur anni 21. regiminis, rectè in annum 979. à Polydoro aſſignatum deſinent. Et hac occasione deceptus Polydorus errorem non paruum ſuis cartis inferuit. Rectius ergo Matthæus, cui hac in parte manum damus. Migravit igitur S. Oſuualdus ann. 992. regiminis Eboracenſis 21. Vuigornienſis uerò anno 33.

17. 20 D. AELDVLPHVS, Anglus, Monachus, & Abbas Medefhamēſis, in demortui S. Oſuualdi locum ſubſtitutus anno 992. præfuit annis 10. & anno 1002. ex hac luce ſubtractus appoſitus eſt ad patres ſuos in ſenectute bona. *Matthæus Vueſtm. ad annum 992.*

## Archiepiſcopatus de litera G.

## Gneſnenſes in Polonia. Cap. XXIII.



**B**EATVS Gaudentius, Boiemus, Monachus Monasterij Brounouienſis in Boiemia, & Sancti Alberti Episcopi, & martyris, qui eum fratris loco habebat, comes indiuiduus, & Monasterii S. Bonifacii, ſiue Alexii Romæ aliquanto tempore alumnus; in Poloniam reuerſus ab eodem Metropolitano ordinatur Gneſnenſis (non autè Pragenſis, ut non rectè habet Trittemius)

Q 2 qui

qui uitæ sanctimonia celebris, & celebritate hominum minimè gaudens, in senectute bona quieuit in pace. Floruit anno Domini 1000. *Ioannes Dubravius in Hist. Boiem. lib. 6. Trittemius, lib. 4. c. 99. & alii.*

### Archiepiscopus de litera H.

#### *Hispalensis in Hispania. Cap. XXIII.*

S. **E**ANDER, Seuerini Ducis Cartagine nouæ filius, Monachus Monasterii S. Claudii, in ciuitate Legionensi, uir sanctitate, & morum grauitate, sapientiæque doctrina, clarissimus, & S. Gregorio I. Papæ amicissimus, Archiepiscopus factus, in Episcopali munere exequèdo uigilantissimus fuit, & sua prædicatione Reccaredum Regem, nepotem suum ex sorore, cum omni Visigothorum populo ab Arianismo ad gremium Ecclesiæ reduxit: & bonorum operum multiplicatione gloriosus, migravit in cælum. Floruit anno 590. obiitque an. 603. tertio cal. Martii. *Trittemius, lib. 4. c. 130. & alij.*

S. ISIDORVS, cognomento Iunior, seu Minor, S. Leandri frater, & in regimine successor, & S. Gregorii Papæ I. discipulus, ac ut aiunt, nostri Ordinis Benedictini Monachus, uir omnium disciplinarum genere instructissimus, ut eius scripta testantur. Creatus est Archiepiscopus, anno Domini 603. præfuitque ut auctor est S. Ildephonsus de uir. ill. annis ferè 40. Obiit anno 642. uel circiter, pridie nonas Aprilis; cuius corpus requiescit Bononiæ in Ecclesia RR. Patrum Cælestinorum. Opera eius omnia, quæ extant, partim aliquando uirorum doctissimorum laboribus edita: partim uerò nunc primum, ex scripta, & castigata per D. Margarinum de la Bigne, Theologum Doctorem Parisiensem, excusa sunt Parisiis, in folio, anno Domini 1580.

Etymologiarum Libri 20. & de summo bono, libri tres, excusi sunt Venetiis, anno 1483, in folio, & alibi aliquoties.

De Ecclesiasticis officiis, Lib. 2. impressi sunt Romæ, in folio, cum cæteris scriptoribus de eadem materia: & item Parisiis in octa uo, anno 1564.

Sententiarum, Lib. 4. emendati per Garciã Loaysam, excusi sunt Taurini, anno 1593. in quarto.

Cauendi ueniunt libri Originum eius uiginti, qui excusi sunt Ba  
silæ

filæ, apud Pernam, anno 1577. in folio; simul cum libris no-  
uem Martiani Capellæ de nuptiis Philologiæ, & Mercurii, &  
scholiis Bonaventuræ Vulcani Brugensis, in iis enim multa in-  
ferta, quæ Isidori nostri non sunt, & ex Hæreticorum more,  
etiam ueneno prauitatis hæreticæ resperfi ueniunt.

De illustribus Ecclesiæ scriptoribus, Lib. 1. excusus cum aliis Co-  
loniæ 1580. in octauo.

De reliquis eius operibus, si quæ separatim excusa sunt, ante ocu-  
los nostros non comparuerunt: quorum omnium Catalogū si ex-  
petat Lector, Trittemium consulat. *Bugianus, & pictura Claustrii  
Mantuani.*

D. P E T R V S, Ferdinandi III. Regis Legionis filius, Monachus,  
& Abbas Vallis Oleti, & postmodum Hispalensis Archiepiscopus,  
aliquot annis eo magistratu usus, postea dispensatione Romani Pō-  
tificis sacerdotio abdicauit, & Christina, Daciæ Regis filia ducta,  
Dux Aluæ, & aliorum locorum factus est anno Domini 1250. *Ge-  
nealogia Regum Hispaniæ, & alij.*

### Archiepiscopatus de litera L.

*Lindisfarnenses, siue Northumbriæ, in Anglia.*

Cap. XXXV.



A N C T V S Aidanus, Scotus, Monachus Mona-  
sterij Huii, seu Huensis in Hybernia, summus  
Lindisfarnensis Ecclesiæ Archipresul, creatus,  
& consecratus est anno Christi Do. 635. eoq;  
munere functus est ann. 17. sanctorumque nu-  
mero associatus anno 651. pridie cal. Septeb.

*Beda, lib. 3. cap. 14. & 16. & in epitome: & Trittemius, libr. 4. cap. 136.  
& Matthæus Vuestmon. in Flor. Hist. Scripsit in scripturas commen-  
taria; Homilias, & alia nonnulla.*

1 S. F I N A N V S, siue Sinanus, Scotus, Monachus Huensis, Aida-  
num sequutus anno 651. pauco tempore in Episcopatu permansit,  
decimo enim administrationis suæ anno, Christi 661. mortale solū  
reliquit, cælestè petiturus. Scripsit librum de ueteris Paschalis ritu.

Q 3 Trit-

*Trittemius, lib. 4. cap. 136. Demochares de Sacrificio Missæ, T. c. 3. c. 15. & 39. Beda, lib. 3. cap. 17.*

3 S. COLOMANNVS, Scotus, Monachus Huenfis, & Abbas Amaribacensis, præfuit annis tribus. Huius in victu temperantiam, in vestitu abiectionem, in maximis Reipub. negotijs prudentiam, multi illius sæculi Ecclesiastici sunt sequuti, pauci tamen assequuti. Tandem Episcopatu relicto ad Monasterium suum redijt anno 664. Et pauco post tempore, Britannia relicta, per multas regiones Germaniæ, uerbum Dei disseminauit, & in Austria à nonnullis Christi hostibus impiè trucidatus, per martyrium ad cælos euolauit, die tertio Idus Octobris. *Demochares, locis citatis. Boetius in Hist. Scot. libro 9. Trittemius, lib. 4. c. 153.*

4 D. IVDAS, siue Tudas, Scotus, Monachus in Scotia, abdicante Colomanno, Episcopus consecratus anno 664. annis plus minus quatuordecim Republica bene administrata, laboris sui præmium accepit anno 678. *Trittemius, lib. 4. c. 155. Demochares, & alij.*

5 S. EATTA, Anglus, Monachus, & Abbas Monasterii Mailros in Anglia, ex Episcopo Hagulstadenfi, Iuda defuncto, Eboracensis creatus, ann. 678. præfuit annis plus minus quinque usque ad annum 683. quo ad sedem suã priorem reuersus, Eboracensem S. Cuthberto dimisit, & paulo post miraculis clarus obiit anno 686. *Beda, lib. 4. c. 28. Trittemius, lib. 4. c. 169. Matthæus, & alij.*

6 S. CVTHBERTVS, siue Cudberechtus, Anglus, Monachus primum Mailrosensis sub S. Eatta Abbate, deinde Præpositus, Monasterij insulæ Lindisfarnensis, sub cara Sancti Boisili Abbatis, electus in Episcopum Hagulstadensis Ecclesiæ pro Trüberechto, qui ab Episcopatu fuerat depositus: Lindisfarnensem tamen sedem magis diligens quod in ea conuersatus semper fuisset, eã Hagulstadenfi prætulit. Cædente igitur Eatta Archiepiscopus Lindisfarnensis creatus anno 683. non statim ordinari, & consecrari uoluit, sed peracta hyeme quæ imminabat, in ipsa solennitate Paschali, consecrationis munus accepit Eboraci, à Theodoro Cantuariæ Præsule, anno 684. præsentate Ecgfrido Rege Northûbriæ, qui eodẽ anno mortuus est. Duobus autem annis in Episcopatu peractis, solitudinis impatiens reperijt Insulam, ac Monasterium suum, anno 686. Diuino enim admonitus oraculo fuerat, iam diem mortis sibi imminere, quæ accidit, anno sequenti 688. die decimotertio calendas Aprilis. *Beda, lib. 4. c. 27. 28. 29. 30. 31. & 32. & lib. 5. c. 1. Trittemius, lib. 4. c. 168. Demochares*

*chaves, & alij. Scripsit de uita Monastica, librum unum.*

8 S. EDILVVALDVS, siue Aethelualdus Monachus & Abb. Mailrosensis, in locum Eadberti Archiepiscopi creatus, anno Domini 698. peruenit usque ad annum 738, ut annotat *Tritemius li. 4. c. 179.* & *Mattheus Vvestm. in flor. Historiarum.*

24 D. AEGELRICVS, Monachus & Abbas Monasterij quod Burgum dicitur, cum aliquot annis Ecclesie suae laudabiliter praefuisset, Episcopatu sponte relicto, ad Monasterium anno 1056. secedens, Monachum iterum induit, & annis duodecim illic exemplariter uiuens, anno tandem 1068. mortem obiit. *Mattheus Vvestm. in flor. Hist. ad ann. 1056.*

35 D. N. Monachus & Prior Dunelmensis, uir discretus & religiosus, concordibus animis in locum Richardi a Monachis anno Domini 1237. electus Episcopus, cum eius approbatio a Romano Pontifice diu nimis protraheretur, sponte electioni de se factae renunciauit anno 1240, & ad Monasterium suum redijt. *Mattheus Vvestm. in flor. Hist. ad an. 1237. & 1240.*

38 D. ROBERTVS, de Stichil, Monachus Dunelmensis, & Prior de Finchale, Gulielmo Episcopo de medio sublato, in craftino S. Michaelis, unanimi assensu in pastorem & Episcopum electus, an. 1260. non nisi anno sequenti ab Archiepiscopo Eboracensis, Idibus Februarij consecratus est apud Sutheuel. Vir fuit elegans, discretus, & commendabilis, pluribusque annis in regimine laudabiliter consumptis, migrauit ad Dominum, *Mattheus Vvestmon. in flor. Hist. ad ann. 1260. & 1261.*

D. RICHARDVS, de Bury, Monachus Dunelmensis, Ludouico de Bellomonte anno Domini 1333. substitutus, circa festum S. Michaelis, & a Romano Pontifice, Rege Angliae, & Archiepiscopo Eboracensi confirmatus, ab eodem paulo ante Natalem Domini, solenniter consecratus est. *Thomas Vvalsinghamus in Historia breui, in Eduardo III. Rege, ad annum 1333.*

*Lugdunenses in Gallia.*

42. 39 S. Genesius, Gallus, Monachus & Abbas cuiusdam Monasterij in Gallia, Lugdunensi Ecclesiae tricesimonono loco, ut uult Saracenus, uel quadagesimo secundo, ut annotat Campegius, praepositus, aliquot annis gregem sibi commissum laudabiliter rexit. Vixit ann. Domini 640. *Tritemius, lib. 3. cap. 201. & lib. 4. cap. 58. Erat tamen in*

Q 4 no-

nomine Episcopatus uti annotauimus in Martyrologio nostro ad diem 14. Aprilis.

43. 40 S. LAMBERTVS, siue Landebertus, Taruanensis, Gallus, Monachus & Abbas Monasterij Fontanellæ. in Gallia, S. Genesio circa annum Domini 660. successor datus, Sanctitate admirabilis euasit. Obiit anno . . . . die decimo octauo calendæ Maij. *Tritemius, lib. 3. cap. 96. rectè Episcopum Lugdunensem agnoscit, sed lib. 4. c. 61. Bituricensem nominat. Hanc controuersiam enodauius die 14. Aprilis.*
- 41 S. DESIDERIVS, Gallus, Monachus Luxouiciensis, S. Lamberto immediatè succedens, miraculis clarus migravit pridie idus Februarij. Floruit ann. 680. *Omittitur hic a Campegio in Catalogo Episcoporum Lugdunensium.*
- 69 65 D. GAUCHERANVS, uel Gouceranus, Monachus, & Abbas Athanacensis in Gallia, floruit anno 1100.
- 71 67 D. RAYNALDVS, (malè ab alijs uocatus Fainaldus) Monachus Cluniacensis, & Abbas Vigiliacensis, floruit tempore S. Petri Abbatis Cluniacensis anno 1120. & moriens, Cluniaci sepultus est cum sequenti epitaphio, ab ipso S. Petro Abbate composito.
- Gloria Pontificum iacet hic præsul Rainaldus  
Magnus, in exiguo conditus hospitio.  
Vigiliacensis prius Abbas, post Patriarcha  
Lugduni, fuisse factus honoris honor.  
Prædæ thesauri fastigia celsa loquuntur,  
Quo studio primo præfuit illo loco.  
Lugdunensis apex iunxisset cornua celo,  
Ni celer occasus subripuisset eum.  
Cuius erat Monachus prope cuius ab ubere natus,  
Accubat in gremio matre Clunace tuo.  
Quem tibi commissum numero committe piorum,  
Cumque suis precibus, fac penetrare polum.*
- 78 74 D. GVICHARDVS, Monachus, & Abbas Poligniaci.
- 87 82 D. AYMARVS, Gallus, Monachus Monasterij Cluniacensis, cõsecratus à Gregorio Papa IX. an. Domini 1274.
- 88 83 D. RODVLPHVS, seu Radulphus, de Torreta Monachus in Gallia.
- 105 95 D. ANDREAS d'Espinaÿ, Gallus, Monachus, & Prior S. Mar-



S. Martini de Campis, deinde Archiepiscopus Arelaten-  
sis, Burdegalenfis, & mox Lugdunenfis, postremo S. R.  
E. Card. anno 1489. factus est.

## ANNOTATIO.

De his septem incipiendo à S. Desiderio, agunt Demochares de sacrif.  
Missæ Tom. 2. capit. 27. & Belforestius in Catalogo Episcoporum Lug-  
dunensium in sua Cosmographia. Numeri marginales antepositi, sunt se-  
cundum denumerationem Campegi; postpositi uerò secundum calcu-  
lum Sarraceni.

## Archiepiscopatus de litera M.

## Magdeburgenses in Saxonia. Cap. XXVI.



**S**ANCTVS Albertus, siue Adalbertus Mona-  
chus Sancti Maximini Treueris, ab Othone I.  
Imperatore Metropolitanę Parthenopoleos Ec-  
clesiæ electus Archiepiscopus primus, anno 971.  
tredecim illi annis & mens. octo cū summa lau-  
de præfuit, strenueq; Pontificatum administra-  
uit, multosq; Vandalorum populos prædicado lucratus est Chri-  
sto, in tantum ut etiam illorum Apostolus meruerit appellari. Su-  
biiciuntur autem huic Metropolitanę, Episcopatus sex, scilicet merf-  
burgensis, Misnensis, Citizenfis, Brandenburgensis, Hauelber-  
gensis, & Porenensis. Vocatur autem hæc ciuitas Magdeburgum,  
græco vocabulo Parthenopolis, quam nos Virginopolim dicere pos-  
sumus. Obiit autem S. Adelbertus anno Domini 984. *Tritemius,*  
*lib. 4. c. 103. Crantzius in Saxonia, lib. 4. c. 14. & 17. & alibi sæpè. & Pe-*  
*trus Cratopolius de Episcopis Germaniæ, fallitur tamen cum dicit Bremēsi*  
*Ecclesiæ ab Othone Imp. præpositum. Paul. Lang. dicit obiisse anno 981.*  
2 D. O T H E R I C V S, Monachus Monasterii S. Viti Corbe-  
iæ Saxonice. Adalberto iam defuncto surrogatus, anno 984, post  
electionem, iter Romam versus aggrediens, in itinere defecit,  
anno, vt colligere licet, Pontificatus sui primo. Vir fuit ea tempesta-  
te doctissimus, cuius doctrinæ fama ad Archiepiscopatum sublima-  
tus est. *Tritem. in Chron. Hirsaugiæ.*

4 D. Dageni, qui à Crantzio, & aliis Dado, Dago, uel Dudo toca-  
tur, monachus S. Enterani Ratisponæ, habitu & conuersatione ue-  
ne-

ne-

nerandus, & S. Vuolfgango Episcopo Ratifponensi amicissimus, Gifalarario Archiepiscopo anno D. 1003. suffectus Imperatore S. Henrico II, iubente, cuius hic Cancellarius erat, præfuit annis 8. & mensibus 4. & vita ac religione clarissimus, obiit anno 1012. *D. Paulus Langius in Chronico Citizensi.*

5 D. Vualthardus, siue Vualdardus, monachus Magdeburgensis, & S. Adalberti discipulus, Præpositusq; Magdeburgensis, Gifalarico defuncto, concordibus Clericorum uotis electus, sed ab Imperatore qui Dagenonem elegerat, prohibitus, quò defecisset Dageno, à Fratribus iterum electus & consecratus, non diu in Pontificatu superfuit, nam uix duobus mensibus expletis, septima hebdomada sui regiminis uitam cum morte commutauit, anno Chr. 1012. *D. Paulus Langius ubi supra.*

6 D. MEINFRIDVS, siue Hunifridus, Monachus Monasterii Sancti Burchardi Herbipolensis, vir religione præcipuus, creatus anno Domini 1030. sedit annos 27. & non sine sanctitatis opinione, obiit anno Natiuitatis Christi Domini 1057. *Trittemius, lib. 4. cap. 115. Crantzius Metrop. lib. 4. cap. 14.*

7 D. ENGELHARDVS, Monachus & ipse Herbipolensis, seu Vvirtsburgensis, ab Hérico Claudio Imperatore, præficitur post Meinfridum anno Domini 1057. & summa eum vigilantia Ecclesiæ illi præfuit annis duodecim, migrauitque à sæculo anno Christi 1069. *Crantzius Metrop. lib. 4. cap. 28.*

*Magnipolenses, siue Mecheleburgenses, in Vandalia.*

1 S. IOANNES Scotus, Monachus in Hybernia, cum in Vandaliam verbum Dei prædicaturus aduenisset, populis illis Archiepiscopus datus, ab iisdem postea martyrio coronatus est Rethre, anno Domini 1066. die 4. idus Nouembris. *Trittemius, lib. 4. c. 255. Crantzius Metrop. lib. 4. cap. 43. & alij.*

*Mediolanenses in Insubria.*

66 52 D. HILDVINVS, Taffo, Flander, Monachus Lobienfis cœnobij iuxta Bingiū, Archiepiscopus Mediolanensis 52. ex Veronense Episcopo creatus anno Domini 935. præfuit eidem Ecclesiæ laudabiliter annis sex. Hugonē, Prouinciæ Ducē, Italiæ Regem in Basilica Ambrosiana Mediolani coronauit. Obit Mediolani, anno Christi 941. ipsis cal. Augusti. Scripsit de Gestis Abbatum Lobienfiū, lib. 1. & Sermonum, lib. 1. *Trittemius, lib. 4. c. 97. Galestinus in Catalogo Episcoporum Mediolanensium, qui 66. in ordine*

*Archi*

*Archiepiscoporum eum agnoscit: & Paulus Morigia in Hist. Mediol. à quo 52. in numero describitur .*

115 103 D. CAROLVS Foroliuensis, Monachus, & Abbas Monasterij S. Celsi Mediolani, Archiepiscopus 115. vt vult Galesinius, siue 103. vt asserit Morigia, à Calisto Papa III. creatus anno Domini 1456. sedit ann. 4. & moriens anno 1460. Mediolani, sepultus est in Monast. suo S. Celsi. *Galesinius & Morigia locis citatis .*

*Merida, in Hispania .*

S. RENOVATVS, Hispanus, Monachus & Abbas Caularianæ, de quo agit Tarras Monachus in quadam Epistola, Archiepiscopus creatus anno Domini 645. *Morales in Hist. Hisp. lib. 12. c. 21 .*

*Moguntini, in Germania .*

1 S. BONIFACIUS, Vvinnfridus antea vocatus, Anglus, regio genere, Monachus cœnobij, quod Adefcancaster vocabatur sub Abbate Vvolthardo, deinde Mutscellæ, sub Vvintberto Abbate, in Anglia, Episcopus primo ad gentium conuersionem à Gregorio Papa II. anno Domini 717. Romæ consecratus, duobus post annis Geruillone Episcopo Moguntino 16. & Vvormacienfè Archiepiscopo 10. ob cædem patratam, in ordinem redactò, & in Monasterium detruso, ab eodem Pontifice, sic procurante Pipino Duce, factus & creatus est primus Archiepiscopus Moguntinus, anno Domini 719. Vvormacienfè sede dignitate illa priuata. Et toto administrationis suæ tempore, quod fuit spacio annorum 36. continuis prædicationibus Germaniam ad Christi fidem adduxit, eandem ab erroribus Arianorum, ac alijs repurgauit; vnde & Germanorum Apostolus dici meruit. Tandem senio penè confectus, in Frisiam ad prædicandum proficiscitur, vbi ad infidelibus trucidatus, martyrij coronam accepit cum 52. alijs Monachis, anno Domini 755. ipsis nonis mensis Iunij, in pago, qui dicitur Dockum, vbi & primum sepultus est in Ecclesia S. Pauli Apostoli; sed inde postmodum translatus ad Monasterium Fuldense in Buchonia, quod ipse à fundamentis erexerat, in eodem quiescit. *Trittemius, libr. 4. cap. 76. Siebertus, et Contractus, in Chronicis, et alii .*

2 S. LVLLVS, Anglus, Monachus, & discipulus præfati S. Bonifacii Episcopi, magistro suo in regimine succedens anno 756. Ecclesiam sibi commissam laudabiliter rexit per ann. 31. & bonis operibus cumulatus, in pace Ecclesiæ quieuit an. 787. die 17. cal. Nouëb. *Trittemius, lib. 4. c. 78. et alii .*

D. HAV-

- 4 D. HAYSTOLPHVS, Monachus Ordinis Sancti Benedicti, creatus anno 813. præfuit Ecclesiæ annis duodecim. Transiit corpora Sanctorum Marcellini & Petri: & interfuit Concilio Theodotionis villæ. Obiit anno 825. ad Sanctum Albanum in Sacello Diui Bonifacii sepultus. *Demochares de Sacrific. Missæ, Tom. 2. c. 34.*
- 5 S. ANDEGARIVS, qui & Odogatius, & Amelgarius, Monachus, & primus Abbas Monasterij Campidonensis, creatus an. 825. iedit annos 22. Fuit vir nobilis, & magnæ religionis, regularisq; disciplinæ instructor præcipuus. Obiit anno 847. & ad S. Albanum sepelitur. *Belforesius in Cosmographia sua.*
- 6 B. RABANVS, Magnentius, Maurus, Germanus, Fuldenfis, Alcuini Angli discipulus Theologus Parisiensis insignis, Monachus & Abbas Fuldenfis, creatus anno 847. abbatialis regiminis 32. doctrina, & sanctitate gregem sibi commissum, annis nouem, assidue paut: Monasterium S. Petri in sublimi colle situm extra muros ciuitatis construxit: in Concilio Episcoporum Moguntiaë habito anno 848. Godescalcum hæreticum damnauit: & continuè scribendo sacrosanctam Ecclesiam mirifice illustrauit. Obiit anno 856. sepultus Fuldaë. *Trittemius, lib. 4. cap. 81. Demochares, & Belforesius locis citatis, & alij infniti.*
- 7 D. CAROLVS, Pipini Regis Aquitaniaë filius, ex Rege Aquitaniaë, Monachus primum S. Petri Corbeiaë Gallicæ, deinde Fuldeis, postmodum fauore Ludouici Germaniaë Regis Patru sui, Ecclesiæ Moguntinaë prælatus anno 856. sequenti Synodum Moguntiaë pro reformatione habuit: & completis in Episcopatu annis septem. Moguntiaë obiit anno 863. pridie nonas Iunii, & ad S. Albanum sepultus est. *Trittemius, lib. 4. cap. 91. & alij.*
- 9 S. SVNDERHOLDVS, siue Sinderoldus, vel Sungo, Germanus, Moguntinus, Monachus Fuldenfis, vir sanctissimæ uitæ, procurante Arnulpho Imperatore, ad sedem illam translatus anno 889. biennio post Vvormaciaë à Nortmannis martyrio coronatus est die 6. cal. Iulii: & in cænobio S. Albani tumultus est. *Trittemius, libro 4. cap. 93. & alij supracitati.*
- 10 D. HATTO, Francus, Monachus Fuldenfis, & Abbas Fuldenfis, Eluangenfis, & Augiensis, creatus non lōgè post obitum S. Sunderholdi, vir quidem illo honore dignus, nisi traditione Comitis Adelberti, quem in manus Ludouici Imp. occidendum tradidit, reprehensibilem meritò se reddidisset. Interfuit Concilio Triburiensi: obiitq; anno Domini 913. Archiepiscopus sui 21. *Trittemius, lib. 4.*

lib. 4. cap. 96. *Belforestius in Cosmog. & alij.*

13 D. HILDEBERTVS, siue Hildebrandus, Dux Franciæ Orientalis, Monachus, & Abbas Fuldenfis, creatus anno 928. Hic coronauit Aquisgrani Othonem primum Imperatorem, fuitque magna prudentiæ, & deuotionis vir. Obijt anno regiminis sui 9. Christi 936. & in cœnobio S. Albani sepultus est. *Trittemius, lib. 4. cap. 98. Belforestius, Demochares, & alij.*

16 D. HATTO, cognomento Bonofus, Germanus, Monachus, & Abbas Fuldenfis, ab Othone Imperatore electus, consecratus est an. 968. & Archiepiscopus sui anno secundo, à muribus (ut aiunt) in Rheno, iusto Dei iudicio deuoratur, quod miserè pauperes suscepisset, tempore famis, in vnumque locum cõgregatos omnes cre mari iussisset. In Monasterio S. Albani iuxta antecessores suos sepultus. *Trittemius, lib. 4. c. 102. Belforestius, Demochares, & alij.*

20 D. HERIMBOLDVS, siue Erchenbaldus, vel Erk enbaudus, Saxo, Monachus, & Abbas Fuldenfis, in locum Erbonis electi (qui à quibusdam inter Episcopos non numeratur, quod consecratione Episcopalem non habuerit) eodem quo mortuus est anno, qui fuit à Christi natiuitate 1011. in Archiepiscopatum sublimatus, præfuit eidem utiliter annis undecim, & propriis sumptibus Monasterium beatæ virginis Mariæ fundauit. Obijt anno Domini 1020. & in Templo Sancti Iohannis tumulatus est. *Trittemius, lib. 4. cap. 108. Belforestius, Demochares, & alij.*

22 S. BARDO, ex nobili Vvederoniæ familia de Opperhofen natus, patre Adelberto, matre Christina, Monachus, & Abbas Fuldenfis, Hirsfeldensis, & Viridunensis, in Archiepiscopum, anno 1031. electus, & consecratus, Imperatorem Henricum III. elegit, vxorẽque eius Agnetem Aquitaniæ Ducissam unxit anno 1043. Huius etiam tempore anno 1048. Leo IX. Pontifex Synodum quadraginta, & amplius Episcoporum Germaniæ, Moguntia coegit, cui interfuit & Imperator, cū aliis Principibus, & magistratibus, in qua multa utilia, & præcipuè de parce inter Principes concilianda, pertractata sunt. Obijt autem signis & miraculis clarus, anno 1051. regiminis sui 20. die quarto idus Iunij: & in cathedrali Ecclesia S. Martini ab Vvilligiso incæpta, & ab ipso absoluta, sepultus est. *Trittemius, lib. 4. c. 117. Belforestius, Demochares, Contractus in chron. & alij.*

23 D. LVIPOLDVS, siue Leopoldus, vel Liutbaldus, Monachus Fuldenfis, & Præpositus Bambergensis, Sancto Bardoni substitutus, Monasterium S. Iacobi in monte specioso à fundamentis cre-

xit,

xit, & nono Archipræfulatus sui anno, Christi Domini 1060. septimo idus Decembris, decessit, in Monasterio suo sepultus. *Belforestius, & Demochares locis supracitatis.*

24. D. S I E F R I D V S, siue Sifridus, Baro ab Eppenstein, Monachus, & Abbas Fuldenfis, in demortui Luipoldi locum electus, cōsecrationem Archiepiscopale accepit ipso Epiphaniæ die, ann. 1061. Vir deuotus, & magnæ religionis fuit; Sepulchrū Domini, & S. Iacobum Compostellanum magna cum ueneratione uisitauit; pro Ecclesiæ libertate, & auctoritate Pontificia, tuendis, multa sustinuit; Rodolphum Sueuiæ Ducem contra Henricum III. Imperatorem, Gregorij Papæ VII. iussu, elegit & unxit: pro quibus similibus, & alijs pijs operibus, tandem exul in Hasungen, Hassiæ cœnobio, à se locupletato, migravit anno 1084. cum præfuisset annis 24. & Hasungi sepultus est. *Tritemius, libro quarto, capite 121. Belforestius, Demochares, & alij.*

26. D. R I C H A R D V S, Germanus, Monachus & Abbas Monasterii S. Petri in Erfordia, quinquennio à Sigefridi morte nondū elapso, Vveziloni, Archiepiscopus surrogatus, anno scilicet 1089. cœnobium S. Ioannis in Rigouia, quod vulgo mons episcopi uocatur, suis sumptibus exstruxit; & Archiepiscopatu, uno & uiginti annis prudenter administrato, obiit anno 1109. & in monasterio quod ædificauit sepultus est. *Belforestius, & Demochares, ut supra.*

42. D. M A T T H I A S, Comes à Buchegh, Burgundio, Monachus monasterii Murbacensis in Alsatia, à Ioanne Papa XXII. anno 1320. Archiepiscopus Moguntinus, & S. R. Imperii Elector creatus, strenue gregem sibi commissum gubernauit, & potentia, ac uirtute, omnes ferè suos prædecessores antecelluit. Vitam inter omnia duxit castissimam: dum enim quadam uice eo ignorante à Camerariis suis pulcherrima quædam uirgo in cubiculum suum fuisset intronmissa, ut eius sanitati, consilio, ut aiebant, medicorum, continentia ei obesse affirmantium, consulerent; uirginem quidem blandè à se intactā dimisit, sed camerariis ne talem rem amplius intentarent, sub interminatione præcepit: Moritur tandem anno Prælaturæ suæ nono, Christi Domini 1329. quarto idus Septembris, non sine suspicionē ueneni, & in medio Cathedralis Moguntinæ sepultus est.

A N N O T A T I O.

*Tritemius, libro quarto, cap. 126. Albertus Argentinensis in Chronico, ad annum 1320. & libro de rebus gestis Berto'di à Bucheg. Epif. opi Argentinensis, statim in principio: & Democ. de Sacrif. Miss. To. 2. c. 24. qui*


qui dicit creatum an. 1310. & mortū ann. 1318. sed id stare non posse ex eo arguitur, quod iste Matthias creatus dicatur à Ioanne Papa XXII. ipso etiam Demochare id affirmante; sed cum Ioannes XXI. assumptus in Pontificem non fuerit, vsque ad annum 1316. patet quod Matthias ab ipso creatus tunc non sit, cum nondum esset Pontifex; rectius ergo Albertus, qui eius fuit contemporaneus.

*Montis Regalis in Sicilia.*

1 D. GULIELMVS, Monachus monasterii Cauensis, & Abbas secundus Sanctæ Mariæ Nouæ in monte Regali, à Lucio Papa III. petente Gulielmo Bono, Sicilia Rege, ex Episcopo, creatur Archiepiscopus primus montis Regalis, anno Domini 1183. & moriens anno 1189. eo quo mortuus est, & ipse Gulielmus Rex, successorem reliquit Carum. *Tabule Archiepiscoporum Montis Regalis impressæ.* & Ludovicus Lellus in descriptione Regij templi Montis Regalis.

Archiepiscopi de litera N.

*Neapolitani, in Campania. Cap. XXVII.*


D.  IGORIVS, Italus, Monachus Monasterii Sanctæ Trinitatis Cauæ, Archiepiscopus Neapolitanus. *Tabula Cauenses.*

*Niceni, in Bithinia.*

S. THEOPHANES, Græcus, Monachus Monasterii S. Sabæ, Ordinis S. Benedicti, pro cultu Sanctarum imaginum multas iniurias, & tandem exilium passus, tē pestate postmodum cessante, Nicænus Archiepiscopus renunciatus, in pace uitam finiit, die 27. Decēb. Floruit anno D. 830. *Surius, T. 6.*

Archiepiscopatus de litera P.

*Panhormitani, in Sicilia. Cap. XXVIII.*

D.  ICOLAVS de Tedeschis, Catanensis, Siculus, Monachus Monasterii Sanctæ Agathæ Catanæ & Abbas Sanctæ Mariæ Maniacensis, I. V. consultissimus, Archiepiscopus Panhormitanus, factus postea S. R. E. Cardin. à Felice V. Antipapa, anno 1441. Basileæ. Obiit Panhormi in Sicilia

cilia. De eo plura in Cardinalibus, & in secundo Arboris ramo.

## ANNOTATIO.

*Tritemius de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 2. cap. 139. & lib. 4. c. 42. & 128. & de scriptoribus Eccles. aliisq; in locis, omnesq; tam Civilis, quam Pontifici iuris interpretes, qui à Tritemio acceperunt, Abbatem Monacensem nominant hunc nostrum Nicolaum, sed Maniacensem debere legi, ex Sicilia Chorographia, & ipsius Monasterii titulo, edocti sumus, Condonandum tamen tantis uiris, qui ob locorum magnam distantiam, ex quadam litterarum affinitate, hunc errorem posteris reliquerunt. Locus verò ille denominationem habuisse dicitur à Georgio illo Maniace, Sicilia, pro Constantino Monomacho Imp. Prætoris, qui vicinus est Randatio oppido, ad radices montis Aetnæ, in eaq; Monasterium Ordinis D. P. N. Benedicti, fundatum est à Margarita Regina, Gulielmi mali Regis Siciliae uxore, anno Domini 1182. cui & annexum est cœnobium S. Philippi de Fargala. Vocatur autem prædictum Monasterium, Sancta Maria de Maniace.*

## Archiepiscopatus de litera R.

## Ragusini, in Dalmatia. Cap. XXIX.

D.



**H**RISOSTOMVS de S. Gemiliano, Calaber, Monachus Montis Casini, creatus Archiepiscopus Ragusinus circa annum Domini 1560. Vir sanctitate insignis, & reformator Monachorum Insulæ Melitæ, non longè à Ragusio, scientia etiam litterarum non mediocriter enituit. Obijt Ragusii, ibique sepultus est. *Placidus Romanus, Monachus Casinensis, in Supplemen. vir. illust. Mont. Casini, MS. quod apud me est.*

*Rauennates in Romandiola.*

33 **D. MARINIANVS**, Romanus, Monachus S. Andreae Romæ, communi totius populi Rauennatis consensu, tergiuerfans, ac renitens Archiepiscopus creatus, Anno Christi 595. præfuit an. 11. & mens. 1. Vir fuit pius, & doctus, ut testantur nonnullæ eius Epistolæ ad S. Gregorium scriptæ, & S. Gregorii ad ipsum. Obijt Rauennæ anno 606. die 10. cal. Nouembris, & extra muros Classis in Diui Apollinatis porticu sepultus est, ad cuius sepulchrum hæc olim Carmina legebantur.

San-



Sanctificis semper monitis memorande sacerdos,  
 Hoc posuius tumulo Mariniane iaces.  
 Corpore defunctus, tamen est tua fama superstes,  
 Artus obit terris, lux tua facta tenet.  
 Menibus his veniens Romana Antistes ab Vrbe  
 Tutasti precibus sanctè Rauennatium.  
 Cuncta saluifero disponens tempore secla,  
 Te pius in populo Christo regente decit.  
 Quod tamen his templis meruisset sumere busta;  
 Te placuisse Deo tanta sepulchra probant.  
 Vtq; vices cuius gessisti rite sacerdos,  
 Ipsius inque locis sit tibi causa quies.

## ANNOTATIO.

Vocatur hic a Trittemio de uir. Ill. Ord. S. Ben. lib. 4. c. 88. Marianus per Syncopen, Marinianum tamen debere legi docent Hieronymus Rubens lib. 4. hist. Rauenn. & S. Gregorius Papa in registro; cuius ad eum extans Epistola, uidelicet lib. 4. ep. 54. lib. 5. ep. 1. 24. & 28. lib. 6. epist. 39. lib. 7. epist. 11. 18. 19. 21. item lib. 7. Indiçt. 2. epist. 10. 49. & 98. lib. 8. epist. 8. & 9. lib. 9. epist. 2. 28. & 68. lib. 10. epist. 5. lib. 11. epist. 32. & lib. 12. epist. 1. Est & alia eiusdem S. Gregorij epist. pro confirmatione eius in Archiepiscopum, lib. 4. hist. Rauenn. Hieron. Ruben. tali exordio: Cum omnis ecclesia Sanctorū. Arbitror hunc Marinianum eundem esse cum eo ad quem scribit idem D. Gregorius lib. 2. Indiçt. 11. epist. 27. cuius titulus est, Mariniano Abbati de Panhormo.

60 D. Honestus, Rauennas, monachus, & Abbas Classensis, iuxta Rauennam, Archiepiscopus renunciatus Anno Domini 970. cum ecclesiam sibi commissam strenuè gubernasset annis plus minus 13. & multa ad ecclesiasticam disciplinam conseruandam piè sanxisset, summo Rauennatum dolore, carnis sarcinam deposuit, anno 983. Rubens, lib. 5.

62 D. Gerebertus (quem alii Gilbertum uocant) Aquitanus, Gallus, monachus cœnobii S. Benedicti Floriacensis, iuxta Aurelios in Gallia, & Abbas S. Colūbani Bobiensis, deinde Archiepiscopus Remensis, sed ab ea sede deiectus, quod contra canonum instituta uiuente adhuc proprio Archiepiscopo, eidem se præfici (ignotanter tamen) passus fuisset: tandem ab Othone Imp. III. Ecclesia Rauennati præpositus, anno 997. sequenti, sic exigentibus meritis, summū ecclesie culmen ascendens, Siluestri II. nomen accepit. Annonius lib. 5. c. 46. Tritt. lib. 4. c. 9. Rubens lib. 5. et Andreas Dandulus in Hist. lib. 9.

c.1. par. 33. qui *Abbatem Bobiensem fuisse refert.*

*Remenses in Gallia.*

26 Sanctus Nivardus Gallus, monachus Luxouienfis, & Abbas in Francia, in omni sanctitate vita transacta, miraculis coruscus migravit in cælum Calendis Septembris. Floruit anno Domini 660. *Tritt. lib. 4. c. 62. & alij.*

32 D. Hincmarus, siue Haynardus, monachus Sancti Dionysii Parisiensis, eruditione, & rerum humanarum peritia præcipuus, creatus circa annum D. 860. Ludovicum Balbum Imp. coronavit. Ad eum scripsit Nicolaus Papa, dist. 8. Mala autem consuetudo. Tandem cum posteris plurima ingenii sui monumenta reliquisset, obiit circa annum D. 880. *Tritt. lib. 4. c. 87. & Belforest.* Scripsit non contemnendæ auctoritatis plura Opuscula, videlicet,

Ad Ecclesiam Rauennatensem, lib. 1.

Ad Vvalonem Episcopum Metensem, lib. 1.

Vitam S. Remigij Archiepiscopi Remensis, quæ extat apud Surium Tomo 1.

Encomium eiusdem, quod est apud Mosandrum Tomo 7. Surij. 1. Octobris.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Extant ad eum Tomo 3. epist. Decretal. Nicolai Papæ I. epistolæ quinque, scilicet 28. 29. 37. 41. & 47.

39 D. Gilbertus, siue Gerbertus Aquitanus, Gallus, monachus Floriacensis, anno 992. creatus, non paulò post ab Archiepiscopatu fugatus, ad Ottonem III. Imperatorem, quondam discipulum suum, se conferens, ab eodem Rauennatibus prælatus est, uti paulò ante demonstrauius: deinde factus est Romanus Pontifex: vnde versus,

*Transit ab R, Gerbertus, ad R, fit Papa uigens R.*

id est, à Rhemensis Archiepiscopatu, transiens ad Rauennatensem, fit Romanus Pontifex. *Tritt. ut supra, Panuinus, & alij.*

*Rhegitani in Apulia.*

D. Rangerius, monachus S. Trinitatis Cauæ. *Tabule Cauenses.*

D. Constantinus de Lannoy, monachus S. Seuerini in ciuitate Neapolis, ex Episcopo de Vico, electus Rhegitanus, ante consecrationem obiit anno 1586.

*Rhotomagenses, in Normandia Gallie.*

22 S. Ansbertus, Gallus, monachus & Abbas Fontanellæ in Gallia, post Sanctum Audoënum ecclesiæ regimini præpositus anno 677. non plus quam annis quinque eidem præesse potuit; inuidorum perfidia

perfidia Pipino Duci delatus, ab eodem in exiliū actus, in Altomonte Hannoniæ cœnobio pacificè obdormiuit anno 695. exilij sui 14. die 5. Idus Februarij. *Tritte. lib. 4. c. 57. Ansgradus monachus in eius Vita apud Surium, Tomo 1. & alij.*

42 D. Hugo, Gallus, monachus Monasterii S. Dionysii extra Parisios creatus anno 942. sua inhonesta conuersatione, & mala uita, habitu potius, quam opere monachum se fuisse ostendit: præfuit annis 47. & obiit anno D. 989. *Demochares de sacrif. miss. Tomo 2. c. 20. & Belforescius in Cosmographia.*

45 S. Maurilius, siue Mauritius, monachus Monasterii Fiscanensis in Normandia, in ordinem redacto Malgerio Episcopo, Gulielmi bastardi Angliæ Regis Patruo, dignus inuētus est, qui ecclesiæ Dei præficeretur anno 1055. & tantum effecit sua sana doctrina, & sancta conuersatione, (spatio annorum 12. quibus sedem illam gubernauit, ut maculam quam Hugo suis prauis moribus monastico Ordini reliquisse uidebatur, ex toto diluerit. Migrauit ad Dominum miraculis clarus anno 1067. Idibus Septembris, & in ecclesia S. Mariæ Rothomagi sepultus est. *Tritte. lib. 4. c. 120. Continuator Bedæ lib. 3. cap. 19. & alij.*

47 D. Gulielmus, monachus & Abbas Sæcti Stephani Cadomi in Normandia, mediæ S. Maurilio anno 1079. succedens, laudabiliter præfuit annis 31. & sic boni Pastoris functus officio, obiit an. 1110. *Demochares, & Belforescius locis supra citatis. et Matth. Vuestm. ad annum 1079.*

49 D. Hugo, Anglus, monachus Monasterii Cluniacensis, & Abbas Radingensis in Anglia, creatus anno 1130. siue duobus annis ante, ut uult Demochares, præfuit landabiliter annis plus minus 36. Et anno 1154. corpus Sancti Firmati leuauit è terra. Migrauit anno D. 1166. *Matth. Vuestmon. ad ann. 1130. et Chron. Cluni. in hac uerba.* Hoc etiam Marte militabat Hugo monachus, & religiosus Cluniacensis, uir magnus inter magnos, qui & ipse pro sui dignitate, & meritis promoueri meruit ad Archipresulatum Rothomagensium; de quo extant epistolæ in 1. & 6. lib. epistolarum S. Petri Abbatis.

56 D. Odo Gallus, monachus & Abbas S. Dionysii extra Parisios, uir doctus, & eruditus, & in ecclesiæ negotiis rectè disponēdis aptissimus, creatus anno 1247. gaudium quod omnes de sua conceperāt promotione, morte sua repentina in tristitiam uertit, sequenti enim assumpti ministerii anno uitam cum morte commutauit. *Tritte. lib. 4. c. 106. Demochares, et Belforescius. ibid. et Matth. Vuestmo.*

R 2 D. Petrus

62 D. Petrus Rogerii Lemouicensis, Gallus, Monachus, & Abbas Fiscanensis, eo anno quo creatus est Senonensis Archiepiscopus, qui fuit 1338. assumptus est ad regimen Rothomagensis ecclesie, cum præcedenti factus fuisset S. R. E. Card. ab Benedicto Papa XII. tandem anno suæ administrationis quinto, Summus Pontifex renunciatus Clemens VI. appellari uoluit. *Belfor. ibid. & alij innumeri Rugorum, siue Ranorum, qui habitant in corde maris.*

1 D. Libutius, Monachus Monasterii s. Albani iuxta Moguntiam, petitione Helenæ Rugorum Reginae, quæ sub Romano Imperatore Constantinopolitano Constantinopoli baptizata fuerat, ob uitæ integritatem, & sapientiæ doctrinam Apostolica iussione primus Rugorum Archiepiscopus anno Domini 960. ab Adalago Episcopo consecratus, quibusdã occasionibus ab itinere suspensus, anno sequenti die 15. calendas Martii, migravit a sæculo, antequam munus sibi impositum exequi posset.

2 D. Adalbertus, Monachus cœnobii S. Maximini nõ longe a mœnibus ciuitatis Treuirensis, uir religione & eruditione uenerabilis, procurate Vuilhelmo Archiepiscopo, qui eius sanctitati inuidebat, ab Ottone. I. Imp. omnibus quibus indigebat copiis instructus, genti Rugorum honorificè post Libutiũ mittitur anno Domini 961. Sed cum in his, propter quæ missus fuerat, nihil proficeret, inaniterque fatigaretur, in patriam rediit anno 962. & nonnullis ex suis sociis in redeundo occisis, nix ipse euadere potuit. Reuersus autè ab Imp. honorificè susceptus est, & a Vuilhelmo Episcopo, ut facinus in le cõmissum sibi condonaret deprecatus. Tandè, Erkamberto Vuirzburgensis Monasterii Abbate defuncto, electione Monachorum, Imperatorisque voluntate, eidem successor datus anno 966. in eodem cœnobio uitæ reliquum in bonis operibus consumpsit, & non sine opinione sanctitatis decessit.

## A N N O T A T I O.

*Regino Abbas Prumiensis, Chronicorum lib. 2. ad annos citatos præfatorum duorum creationes diligenter annotatas reliquit: ideoque uidetur errasse Tritemius, de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 4. c. 107. & 114. qui Ruthenorum, pro Rugorum, Archiepiscopos fuisse dicit, & Libutium, quem ipse Hibatium nominat, multos ad Christi fidem in Russia conuertisse, cum ex Reginone constet Libutius in Rugiã non peruenerit morte præuenus.*

*Ruthenorum.*

S. B R V N O, Germanus Saxo, ex illustri Baronum de Queisfurt profa-

profapia genitus, monachus cœnobii Magdeburgensis, sub cura & magisterio Sancti Adelberti, qui postea primus eius ciuitatis Archiepiscopus factus est, uir religionis eximia, probatæque sanctitatis: amore Dei, & animarum lucrandarum zelo succensus, barbaris & procul existentibus populis, Russis uidelicet, quibus Archiepiscopus datus fuerat à Summo Pontifice, sementa fidei sparsit. Qui cum constantissimè nouis frugibus Dominicum locupletare agrum fatageret, & Christum assiduè ingenti ardore memoratis euangelizaret gentibus, tandem in Prussia ab quibusdam induratis, & furibundis fidei irrisoribus, manibus truncatis & pedibus, lingua insuper præcisa, ac erutis oculis, demum capitis amputatione ad palmam peruenit martyrii, anno Dom. 1008, die Id. Octobris.

## ANNOTATIO.

*Vt erratum est à Demochare de sacrif. missæ Tomo 2. c. 25. in nomine Archiepiscopatus, sic & grauius erratum est à Trittemio nostro, & Sixto Senensi in nomine monasterij, et patrie huius S. Bruni nostri. Non enim uult Demochares, Archiepiscopus fuit illorum Ruthenorum, qui sunt in Vasconia, hodieq; Rhodij uocantur; sed aliorum Ruthenorum, Lituanis, Polonis, & Prussis uicinarum, qui à Plinio, & Ptolomæo, Roxolani, à Strabone Ryxani, ab alijs uerò Neothericis presertim, nunc Russi, siue Rutheni appellantur. Hi bifariam diuiduntur; qui dicuntur Albi, uicini Lituaniæ ex nomine fluij Moscouij, Moscouitarum nomen retinent, ibiq; Archiepiscopalis sedes est Nogardia: Alij Rutheni, Rubri uocati, Orient aliores, ac Borysibenis proprios sunt. Nec ei patria fuit Italia, ut Trittem. de script. eccles. et Sixtus lib. 4. Biblioth. sanctæ reliquerunt, sed Saxo, ex nobilissima Quersfurtorum familia, quæ à Ducibus Saxonie originem traherat, ut relictissime prodiderunt F. Paulus Langius in chronico Citizenensi. & F. Petr. Gratepolius de Episco. Germania. Qui error & aliud absurdum magis peperit, ut dixerint Monachum Casinensem fuisse, scripsisseq; in Genesim commentaria, & tandem per martyrij gloriam ad cœlos, quæ omnia genere mortis excepto, non huic, sed S. Brunoni Casinensi Abbati tribuenda sunt. Cui enim legissent Trittem. Sixtusq; qui illi sequitur, Brunonis in Genesim commentaria, & quis ille esset Bruno ignoraret, ex nominis equiuocatione unum pro altero non rectè acceperunt, & hunc errorem suis cartis inseruerunt. Tolerandus quodammodo esset Sixtus si non dixisset eum martyro coronatum, cui constat Brunonem antea Signinensem Episcopum, & Italem fuisse, & insuper Monachum Casinensem. Corrigendi igitur sunt presati auctores, & quæ ab illis Brunoni huic martyri tribuuntur, Commentarij, in Genesim, patria, & cœnobij, Brunoni Casinensi restituenda, sed mortis genus huic nostro Brunoni dandum.*

## Archiepiscopatus de litera S.

## Salernitani, in Terra Laboris. Cap. XXXI.

**A**LPHANVS, Salernitanus, primum Monachus Casinensis, deinde postulatione Gisulfi Principis, Abbas Monasterii S. Benedicti Salerni, & postremò eiusdem ciuitatis primus Archiepiscopus (non autem Sipontinus, ut nò rectè annotauit Trittemius lib. 4. c. 110.) tanto scientiæ lumine, cum sanctitate coniuncto, præditus legitur, ut illius seculi hominibus pro miraculo fuerit. Creatus autem uidetur circa annu D. 1056. Opera eius, quæ posteris reliquit hæc sunt;

De vnione uerbi Dei & hominis, lib. 1.

De vnione corporis & animæ, lib. 1.

De quatuor humoribus corporis, lib. 1.

De passione S. Christinæ Virg. & martyr. lib. 1.

Epitaphiorum, Hymnorum, & Carminum, lib. 1.

Ex his uidi Casini MS. scanno 8. ad sinistram.

De S. Sabina Versus, & Hymnos tres.

De S. Mauro Hymnos duos, De S. Mattheo tres. De sancto Fortunato, & fociis, duos, De sancto Nicolao, unum.

Ad Attonem Episcopum Teatinum, uersus.

Ad Gisulfum Principem, uersus.

Epistolas septem ad diuersos, Carmine.

Orationem eiusdem, Metricam.

Epitaphia septem. Passionem 12. martyr. Beneuentanorum.

Hæc excusa est apud Aloysium Lipomanum Tom. 4. & Mosandri, Tomo 7. Surii die 1. Septembris. Citat & Petrus Diac. ca. 19. Hymnos de S. Christina. De S. Benedicto duos: Et alios in laudem Monachorum, & Monasterii. Horum nonnulli excusi sunt in tertio Tomo Poematum D. Prosperi Martinengii, Romæ, in 4. anno 1589. Obiit Salerni, ubi & sepultus est mēse Maio, & inter sanctos relatus.

**2** D. Alphanus, Salernitanus, monachus Monasterii sanctæ Trinitatis Cauæ, S. Leonis Abbatis discipulus, & deinde Salernitanus Archiepiscopus secundus, tam nomine, quàm officio, creatus circa annum Do. 1070. præfuit in omni sanctitate annis aliquot, & piis operibus plenus, quieuit.

## ANNOTATIO.

Putant nonnulli hunc eundem esse cum precedenti, at non ita esse, intelleximus Salerni dum illic essemus, ex catalogo Archiepiscoporum illius sedis, item & ex Tabulis Cauensibus ad nos transmissis; insuper & ex Privilegio eiusdem Alphani monasterio suo Cauensi concesso, in quo expressis verbis fatetur Leonem illius cœnobij Abbatem spirituales patrem suum fuisse, sic enim inquit:

Privilegium D. Alphani Episcopi, de liberatione Ecclesię S. Nicolai.

In nomine D. N. I. C. Anno ab incarnatione eius 1071. & 29. anno principatus D. Gisulphi, gloriosi Principis, mēse Februarii, nona Indict. Ego Alphanus gratia Dei Archiepiscopus Sanctę sedis huius Salerni Archiepiscopus, clarifico quoniā Leo, Religiosus Abbas Monasterii sanctę & indiuiduę Trinitatis, quod constructum est foris hac ciuitate, in loco ubi Metellianum dicitur, ac spiritualis Pater meus, &c.

D. Ligorius, monachus sanctę Trinitatis Cauę, Ecclesiam, quam regendam susceperat, aliquot annis strenuē gubernauit. *Tabula Cauenses MS.*

*Saltzburgenses in Bauaria.*

1 D. Ioannes Anglus, monachus Vvintschelensis in Anglia, discipulus sancti Bonifacii Moguntini Archiepiscopi, uir doctus & pius, Saltzburgensis Archiepiscopus primus, & generaliter omnium circumiacentium prouinciarum, à Gregorio Papa III. anno Do. 740. ordinatus; annis 14. in vinea Domini indefessus laborauit, & prædicationibus assiduis multos ad unitatem fidei Catholicę aggregauit. Moritur anno D. 754. *Tritt. lib. 4. c. 105.*

5 D. Anumilonius, Abbas cuiusdā monasterii in Germania, quod arbitror fuisse S. Petri, ex quo multi eius prædecessores assumpti sunt, quintus Archiepiscopus, ut Trittemio placet, siue secundus, ut scribit Demochares de sacrif. missę Tomo 2. c. 11. creatus anno 813. annis plus minus nouem suę Ecclesię præfuit: Obit anno 821. *Demochares loco citato.*

22 S. Thiemo, siue Diemo, Bauarus, nobilissimo Ducum Bauarię sanguine procreatus, monachus & Abbas S. Petri Saltzburgi, aliquamdiu latuit in Monasterio Hirfaugiensi, ob excommunicationē Henrici III. Imperatoris, donec turbationum fluctibus sedatis, ad regimen Ecclesię Saltzburgensis anno 1090. assumptus est. Postea cum iam decrepitis Hierosolymam profectus fuisset, à Turcis captus, & membris omnibus truncatus, uiso corde proprio spiritum

reddidit apud Corozaim, anno Christi 1102. Archiepiscopus sui undecimo. *Trittemius lib. 4. c. 123. Belforest. in Cosmogr. & Demochares.*  
 24 D. Eberhardus primus Comes de Hiltoltstein, monachus & Abbas Biburgensis, siue Addiburgensis, creatus anno 1147, in omni pietate, pauperum enim amator precipuus fuit, populum sibi commissum annis 17. rexit: & bonis operibus plenus in pace quieuit, anno 1164. *Belforestius in Cosmographia.*

*Senonenses in Gallia.*

28 D. Lampertus, siue Lambertus, uel Landebertus, Monachus monasterij Fontanelle, doctrina, & morum grauitate uenerabilis, populum sibi commissum laudabiliter rexit. Floruit anno Domini 700. *Trittemius lib. 4. c. 71.*

30 Sanctus Vulfrannus, siue Volframus, uel Vulphronius, Gallus, Vasco, patre Vualberto Comite, Monachus Fontanelle, ante episcopatum, postquam ad Senonensis ecclesie regimen assumptus est anno 696. in conuersione infidelium, maxime Frisonum, assiduit, & opus euangelicum per annos quinque infatigabiliter peregit, cuius predicationibus multi nobilium, & infirmorum abrenunciata idololatrie sorde, fidei fonte abluti sunt, inter quos Radbodi regis filius, qui adhuc in albis positus, mundus, ut creditur, transiit e mundo: Ipsum quoque Radbodum ad hoc usque petiit, ut baptizari expeteret. Sed positum pedem ad lauacrum, cum audisset plures suorum progenitorum in inferno quam in celo esse, retraxit, dicens se plures malle sequi, quam paucos. In maiori senectute positus, & pedum dolore frequenter uexatus, abdicato episcopatu, ad Monasterium suum redijt, ibique transiens coronam accepit aeternam, anno Domini 720. decimotertio cal. Aprilis. *Trittemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 4. c. 73. & alij.*

32 Sanctus Ebbo, uel Obbo, siue Albo, Gallus, monachus & Abbas Monasterij S. Petri Viui, Senonis, secundum seculi dignitatem nobilis, Guericci epi. cuius successor anno 735. fuit, nepos, uir sanctissime uite, & religionis eximie, multis in uita, & post mortem, que accidit anno 750. regiminis sui. 15. claruit miraculis. *Trittemius lib. 4. c. 75. Demochares de sacrif. missa. tomo 2. c. 17. Belforestius in catalogo Archiepiscoporum Senonensium in sua Cosmographia.*

47 D. Hieremias, monachus Gallus, creatus anno domini 819. cum aliquot annis supra gregem suum inuigilasset, obiit circa annum 830. *Demochares, & Belforestius, ibidem.*

48 Sanctus Aldricus, Gallus, monachus & Abbas monasterij Bethleem



Bethleem, quod de ferrietas, siue ferriarias dicitur in Gallia, Hieremias substitutus, sanctitate, ad miracula usque, claruit. Migravit a seculo anno 842. octavo Idus Iunij, & albo Sanctorum adscriptus est. *Idem auctores.*

50 D. Egilus, monachus & Abbas Monasterij S. Salvatoris de Prumia, in agro Treuitensi, creatus an. Domini 865, annis sexdecim gregem sibi concreditum uerbo & exemplo ad satietatem pauit, & bonis operationibus nomen sibi aeternum promeruit, anno 871. *Auctores qui supra.*

51 D. Angesilus, siue Ansegisus, Gallus, monachus, & Abbas Laubiensis in Hannonia, doctrina, inter omnes sui temporis, clarus, uir Episcopatu dignus, Egilo datur successor anno 871. A Iohanne, Papa VIII. ob peritiam rerum Ecclesiasticarum, & secularium, Primatum, Galliae, & Germaniae accepit anno 872. quae dignitas per manus tradita ad successores suos, in hodiernum usque diem, permeauit. Obijt anno 878. accepti beneficij octauo. *Trittemius lib. 4. c. 86. Demochares & Belforest.* Scripsit inter alia, ad utilitatem Eccl. Cathol. Statuta ecclesiastica Caroli, lib. 2.

Leges mundanas eiusdem, lib. 2.

Statuta ecclesiastica Ludouici, lib. 2.

Leges mundanas eiusdem, lib. 2.

Qui omnes excusi sunt Parisiis cum Benedicto Leuita, adiectis etiam nonnullis Caroli Calui Imper. & aliorum Regum, anno 1588. in 8.

52 D. Eurardus, monachus Gallus, Angesilum immediate sequutus, usque ad annum 887. per spatium nouem. plus minus annorum, Archiepiscopali munere functus, moriens sui desiderium omnibus dereliquit. *Demochares & Belforestius.*

56 D. Gulielmus, monachus S. Petri Viui, creatus anno 933. senario nondum in regimine expleto obiit, anno 938. *Præfati auctores.*

57 D. Gelanus, siue Gerlandus, monachus S. Germani Antisiodorensis, in locum Gulielmi positus, dignitatem & uitam amisit, anno 946. *Auctores nominati.*

58 D. Videmannus, seu Hildemannus, monachus S. Dionysii extra Parisios, amissum in Gelanno honorē, monachismo restituit, & laudabiliter eo usus est, annis 13. Migravit anno 959. *Idem auctores, & Trittem. item de hoc & eius prædecessore, in chronico Husaugie,*

85 D. Petrus Rogerius, Lemouicensis, Gallus, Monachus, & Abbas Fiscanensis, creatus anno Domini 1338. paulo post ad Rothomagensem transfijt Archiepiscopatum, tandemque in Papam Clementem

tem

rem VI. electus. *Predicti auctores omnes.*

94 D. Gulielmus de Nanton, Monachus, & Abbas S. Germani Antifiodorensis, Gallus, creatus anno Domini 1421. sedit annos plus minus vndecim, & anno 1432. moriens, in ecclesia sua sepultus est. *Demochares & Belforest. citati.*

*Siracusani, in Sicilia; nunc sunt Episcopi.*

29 Sanctus Maximianus, Romanus, Monachus, & Abbas S. Andreae Romæ tempore S. Gregorij Papæ primi, ecclesiam Siracusanâ verbo & exemplo mirabiliter gubernavit, & miraculorum gloria clarus migravit ad dominum anno 596. a morte numero & catalogo Sanctorum adscriptus, cuius festiuitas a fidelibus digno honore recolitur, quinto Idus Iunij. *Gregorius Papa dial. lib. 3. c. 36. Trittenius lib. 4. c. 228.* Scripsit nonnullas Epistolas, vt ex Registro diui Gregorij Papæ colligere licet, cuius ad eum extant plures epistolæ, scilicet, lib. 2. Indict. 10. epist. 4. 18. & 26. Indict. 11. epist. 12. 50. & 53. lib. 3. epist. 11. 12. 13. 14. 36. & 42.

*Strigonienses, in Hungaria.*

D. Sebastianus, Monachus, & Abbas Diui Martini, quod cœnobium Rex Stephanus, in monte Pannoniæ, magnifico sumptu sub regula Diui Benedicti, construxerat, uir singulari uita, & sapientia non mediocri præditus, qui & miro amore a Rege cõplectebatur, cuius fauõre & auctoritate eo vsque euectus, vt Strigoniensis primus Metropolita crearetur, circa annum Domini 999. Cæcitate postea percussus, suffraganeo vsus est Diuo Astrico Coleciensi episcopo, sed anno tertio pristinae sanitati restitutus, munus Pontificiû indefessus expleuit, plurimosque ad unitatem fidei, sua doctrina, & sanctitate conuertit. *Antonius Bonfinius rerum Vngaricarum decadis 2. lib. 1.*

*Sypontini, in Apulia.*

D. Gerardus, Monachus Monasterij Casinensis, ab Alexandro Papa II. ob morum grauitatem, & sapientiæ doctrinam, Archiepiscopus Sypontinus consecratus, dignum se Præsulatu ad finem usque ostendit. *Leo Ostiensis, lib. 3. c. 24.*

## Archiepiscopatus de litera T.

*Tharantasienses in Burgundia. Cap. XXXII.*

Omnis Edoardus, Philippi Pedemontium Principis filius, ex Monacho Benedictino, Abbate Secusiae, & Sedunensi Episcopo ac Bellicensi, Metropolitanæ Tharentasiensi Ecclesiæ præpositus, ab ea demum ad Cardinalatus dignitatem ascendere meruit. Obijt anno 1390. mense Februarii, Musterii sepultus. *Pingonius in Arbore Sabaudica, gradu 22.*

*Toletani, in Hispania.*

1 Sanctus Bernardus, Gallus, Agenensis, de oppido Saluiate, Monachus S. Aurentii Auxitani congregationis Cluniacensis; deinde Abbas Sanctorum Facundi & Primitiui in Hispania: Toletum Ciuitate, de manibus Maurorum, ab Alphonso VI. Rege Castellæ & Legionis, recuperata, eodem petente, primus Archiepiscopus Toletanus, totiusque Hispaniæ Primas, ab Urbano Papa II. & Monacho, creatus; consecrationem accepit anno Domini 1095. die, decimoquinto calendæ Ianuarii, Rege, Regina, ac vniuerso Populo præsentibus, & electionem eius approbantibus. Sedit in Pontificatu annos 44. quo temporis spatio rem Ecclesiasticam mirabiliter auxit, populum sibi creditum sua doctrina in fide confirmauit, exemplo suo multos adiuam veritatis reduxit, & tãdem bonis operibus plenus, & miraculis coruscus, in Christo obdormiuit anno Domini 1139. quarto nonas Aprilis, inter numerum Sanctorum relatus. *Rodericus Toletanus, de rebus Hispaniæ, lib. 7. c. 4. & lib. 6. c. 24. 25. & 27.*

D. Ferdinandus Couaruuius Abbas, ordinis Sancti Benedicti, Sanctio a Mauris occiso anno 1275. eidem in Archiepiscopatu succedit, præfuitque annis sex; sed postea a Summo Pontifice amotus, Gonsaluo locum cesserit. *Io. Mariana de reb. Hisp. lib. 14. c. 1.*

*Tolosani in Gallia.*

Sanctus Siluinus, Gallus, Tarnanensis, Monachus cœnobii Diui Bertini in pago Audomarensi, & deinde Archiepiscopus Tolosanus, uir admirandæ sanctitatis: obiit anno Domini 715. in Monasterio Alciacensi, quod S. Siluini uocatur, die 17. Februarii; cuius corpus quiescit in S. Bertino. *Molanus in indiculo.*

Sanctus Erem-

Sanctus Erembertus, uel Herebertus, Gallus, Monachus, & Abbas Monasterii Fontanellæ, & Archiepiscopus Tolosanus; uir doctrina, & conuersatione ualde honorabilis, cuius sanctitas multorum miraculorum testimonio noscitur approbatâ, a morte inter sanctos referri meruit. Obiit die trigesimo Aprilis. *Tritt. lib. 4. c. 229.*

D. Durandus de Bredon, Gallus, Monachus Monasterii Cluniacensis, deinde Abbas Molyacensis, & ad extremum Archiepiscopus Tolosanus, sua doctrina egregie uineam Domini expurgauit, & in conuersatione sua, populis suis, religionis exempla monstrauit. *Chronicon Cluniac. MS. & Trittemius, lib. 4. c. 247.*

*Tranenses, in Apulia.*

D. Cosmus de Melioratis, Ursinus Romanus, Monachus, & Abbas cœnobii S. Mariæ de Farfa, creatus Archiepiscopus, & S. R. E. Card. a Sixto Papa III. anno 1480. sequenti diem obiit, undecimo calendas Decembris, in suo Monasterio sepultus. *Franciscus Sanseuinus lib. 1. Illustr. uir. Familia Ursina, & Panuin. in epitome Pont. Rom.*

*Treuerenses in Germania.*

Sanctus Nicetus, siue Nicetius, Monachus, & Abbas Sancti Maximini Treuerensis, Archiepiscopus creatus, officium suum strenue, ac diligenter executus est, in tantum ut ipsi Regi Clotario, terrori esset; a quo tandem in exilium actus, postmodum a Sigeberto Rege reuocatus, cum gloria & honore suæ sedi restitutus est. Migravit a sæculo anno Domini circiter 570. uel paulo post, & in Monasterio suo S. Maximini sepultus est, die Calendarum Octobris, cuius sepulchrum diuinis miraculis illustratur. *Gregorius Turon. de uita pat. c. 17. Petrus Cratepolius de episcopis Germania, & alij.*

56 Sanctus Bafinus, Austrasius, Gallus, Clodulphi Ducis Austrasiæ filius, Monachus, & Abbas S. Maximini, Treueris, Archiepiscopus factus, nobilitatem generis, fide & bonis moribus exornans, omnibus prodesse, & nemini nocere studuit; & tandem miraculorum gloria illustratus, uolauit in cœlū, die quarto nonas Martii, Floruit anno Domini 640. *Trittemius lib. 4. c. 70. & alij.*

57 Sanctus Luthuinus, siue Luduinus, uel Loutuinus, Austrasius, Gallus, Geruini Lotrechii Ducis filius, Clodulphi Austrasiæ Ducis ex Gunza filia, & S. Bafini ex sorore, nepos, monachus, & Abbas Monasterii Mediolacensis, quod ipse propriis sumptibus in confinibus Austrasiæ, quæ nunc Lotharingia, super Saroam flumiū, in diœcesi Treuerensi, construxerat, in eo quæ uitam postmodum duxerat monasticam, Auunculo suo immediatè succedens, sua sapientia

ctissima conuersatione, & religiosa uita, multos dispersos greges ad caulas reuocauit. Obiit tertio calendis Octobris, et albo Sanctorum adscriptus est. Claruit anno Domini 670. uel circa. *Trittemius, lib. 4. c. 72. & alij.*

59 Sanctus Hildulphus, siue Hidulphus, Monachus, Archiepiscopus, fauore Pipini Fraciae Regis, creatus, inter multa bona quae operatus est, Monasteriorum aedificationi operam dedit: & in primis coenobium S. Maximini, iam uerultate penè collapsum ex integro restaurauit, & tantum reddituum reliquit, ut sufficeret centum monachorum alimentacioni. Tria itidem alia monasteria in saltu Vosagi construxit, in quorum uno, Episcopali cura relicta, Abbas effectus, in eodem ad mortem usque miraculis claruit. Obiit quinto Idus Iulij, & in Monasterio suo sepultus est. Vixit anno Domini 750. *Trittemius lib. 4. c. 74. & Cratepolius, & alij.*

60 D. Viomadus, monachus, & Abbas S. Maximini Treueris, Archiepiscopalem dignitatem sua prouidentia, exornare studuit, & multa ad eam rem pertinentia, a Pipino & Carolo Regibus, quibus erat percarus impetrauit. Floruit eorum temporibus & uiuebat adhuc anno Domini 808. *Trittemius lib. 4. c. 77.*

61 D. Richboldus, monachus, & Abbas monasterii S. Dionysii Mediolacensis, Viomado surrogatus, in ecclesiastica gubernatione strenuè admodum se gessit: Floruitque ut ex ratione temporum appareret anno Domini 812. *Trittemius lib. 4. c. 79.*

62 D. Vuasso, monachus & Abbas S. Dionysii Mediolacensis, ut Richboldo in regimine Abbatiae successerat, ita & Archiepiscopatu succedere meruit, circa annum Domini, ut temporis ratio probat, 820. uel paulo post. *Trittemius lib. 4. c. 80.*

65 Beatus Hamularius fortunatus, Gallus, monachus Luxouienfis in Burgundia, & S. R. E. Cardinalis creatus anno 830. postmodum Vocuando praefule mortuo anno 835. Archiepiscopus renūciatus, fuit in ea potestate annis plus minus. 16. Vir fuit, doctissimus, & ad regimen Ecclesiae aptus & idoneus. Obiit non sine opinione sanctitatis anno Domini 851. *Trittemius lib. 4. c. 82. Belforest. & alij.* De nominis eius uaria pronunciatione, lectio neque legitima, uide Hittorpium in prolegomenis ad scriptores de diuinis officiis.

66 D. Hetti, siue Hittus, monachus, & Abbas Monasterii S. Dionysii Mediolacensis, creatus anno Domini 851. quem Trittemius mortis eius computat, praefuit Ecclesiae annis 37. Vir deuotus & pius cum esset, diuina reuelatione admonitus, ossa S. Castoris de Carden,

den, transfuit in Confluentiam, ubi adhuc requiescunt. Obit bonis operibus cumulatus anno domini 884. & in Monasterio S. Mathiæ extra Treuerim sepultus est. *Tritemius lib. 4. c. 83.*

67 D. Bertolphus, monachus & Abbas S. dionysii Mediolacensis, Archiepiscopali dignitate ornatus, in locum Hetri, Ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis acerrimus defensor extitit, & anno 895. regiminis sui undecimo diem obiit. *Tritemius lib. 4. c. 90.*

68 D. Rabodus, siue Rathotus, monachus ipse & Abbas Monasterii Sancti dionysii de Metheloch, seu Mediolacensis, ecclesiæ Treurenensi anno 895. prælatus, sua potentia, & virtute Ecclesiam suam multis bonis temporalibus nobiliter ditauit. Suo iussu Regino Prumiensis Abbas, duos libros decretorum edidit, quos, de Christiana religione prænotatos, eidem dedicauit. Obit circa annum domini 900. *Tritemius lib. 4. c. 94.*

*Turonenses, in Gallia.*

D. HILDEBERTVS, Gallus, monachus cœnobii Cluniacensis, & S. Hugonis Abbatis discipulus, ex Episcopo Cœnomanense, creatur Archiepiscopus Turonensis circa annum domini 1106. Vir fuit illustris, & deuotissimus, & poeta sui temporis non cõtēpnendus. Scripsit eleganti metro ualde pulchram, & uilem expositionem,

Super toto missæ officio, lib. 1. Hic excusus est Veneriis in 8. anno 1572. in speculo missæ, & Romæ cum aliis scriptoribus de officii diuinis in folio.

De suo exilio, lib. 1. Nuper eram locuples.

De miseria huius uitæ, lib. 1.

Epistolarum, Hymnorum, Orationum, & Epitaphiorum, li. 1.

De vita S. Hugonis Abbatis Cluniacensis magistri sui, lib. 1. qui est Cluniaci. MS.

D. SYMON de Maille, Gallus, monachus, & Abbas de Loroux, creatus anno domini 1560. ut refert *Belforest. in Cosmographia, cuius tempore adhuc uiuebat.*

*Tyrienses in Syria.*

1 D. GVLIELMVS, Anglus, monachus, & Prior Monasterii Sacri Sepulchri Hierosolymis, creatus est primus Tyri Archiepiscopus, circa annum domini 1130. Obit autem anno 1135. regiminis sui. *Gul. Tyrius lib. 13. c. 23. & lib. 14. c. 11.*

2 D. FVLCHERIVS, Aquitanus, Gallus, ex canonico regulari, monachus & Abbas Monasterii Cellæ nouæ, deinde monachus S. Sepulchri, postmodum Gulielmo substitutus, annis 12. illam prouinciam

ciam administravit, a qua ad Hierosolymitanam transiens, tandem obiit anno 1158: *Tyrinus lib. 1. c. 11. & lib. 16. c. 17.*

Archiepiscopatus de littera V.

Viennenses in Gallia. Cap. XXXIII.

**S**ANCTUS Cadeoldus, alias Cadoldus, uel Caldeolus, siue Landalenus, monachus, & Abbas Monasterii Grimaniensis in ciuitate Vienna, in omni sanctitate plebem sibi commissam gubernauit, multorumque pater cenobiorum fuit, & concilio Cabilonensi prouinciali, anno 658. celebrato interfuit, cui & subscripsit. Vixit tempore Clodouei secundi, Regis Francie. Obiit decimonono calendas Februarii. *Auctor uita S. Clari Abbatis, apud Surium die primo Ianuarij.*

D. GVIDO, Burgundus, Gallus, Gulielmi Burgundie Comitis filius, monachus Monasterii de Falleri in Gallia, in officio sibi commisso, ita se laudabiliter gessit, ut Gelasio Papae II. in monasterio Cluniacensi defuncto, dignus fuerit succedere, anno domini 1119. *Hieronymus Plata de bono status religiosi lib. 2. c. 28. & alij.*

De quibusdam Archiepiscopis, qui Archiepiscopatu relicto ordinem Diui Benedicti Nigrorum ingressi sunt. Cap. XXXIIII.

**ARCHIEPISCOPVS** quidam Consentius, a Rogero Siciliae Comite Archiepiscopatu deiectus, & monachus Casinensis effectus, non longe post Paschale Papa II. & Abbate Casinensi permittentibus habitum reiecit. *Chron. Cas. lib. 4. c. 51.*

S. AMATVS, Gallus, XXII. Senonensis, Archiepiscopus anno regiminis sui 13. Christi 685. ab Ebroino Magistro Equitum in exilium pulsus, ad S. Maurontum confugiens habitum sanctae religionis in cenobio Broylo de manibus eius suscepit, a quo & fratribus Abbas datus, in sanctitate diem clausit anno 690. die 13. Septembris. *Auctor uita eius apud Surium tomo 5.*

S. GISLENVS, Atheniensis Graecus, monachus Baslianus, & Athe-

Atheniensis Archiepiscopus, amore contemplationis diuinæ peregrè profectus, in Belgium venit, ubi spacioſo loco ad construendū Monasterium a Dagoberto Rege impetrato, ibidem relictis Episcopatus habentis cœnobium in honorem Diui Petri Apostoli, Cella nuncupatum, sub regula S. P. Benedicti construxit, & Monachus diem clausit die 9. Octobris, Vixit circa annum Domini 640. *Vita eius, & Molanus in indiculo, & alij.*

S. GVDVVALVS, Brito, & Archiepiscopus ibidem, administratione relicta, monachus & Abbas Menoti factus, Pater fuit 188. Monachorum, anno domini circiter 590. Obijt die 6. Iunii. *Surius tomo. 3. & Molanus in indiculo.*

D. HVGO Archiepiscopus Turonensis, infirmitate graui detentus, habitum Religionis in Monasterio Cluniacensi a S. Petro Abbate susceptus, renitente populo Turonensi cui erat utilis & carus, vt uideri est lib. 10. c. 11. epistolarum ipsius Petri Abbatis. *Chron. Clun. MS.*

D. TRVSTINVS, siue Thurstanus Eboracensis Archiepiscopus, cum pro salute patriæ, & dignitate Episcopali tuenda, multa incommoda perpessus, & sæpe etiam in periculo vitæ fuisset, ad quietis tandem portum confugiens, religioni se mancipauit in monasterio Pontis fracti anno 1146. *Neubrigensis. lib. 1. c. 14.*

*Nonnulli Archiepiscopi, qui ex monachis Metropolitanis facti, iterum dignitate abdicata, ad Monasterium redierunt.*

*Cap. XXXV.*

- D. **B**OSA, Archiepiscopus Eboracensis, uide ibid.  
 S. Ceadda, Archiepiscopus Eboracensis, uide ibid.  
 S. Colmannus, Archiepiscopus Lindisfarnensis, uide ibid.  
 S. Hildulphus, Archiepiscopus Treuirensis, uide ibid.  
 S. Vulfrannus, Archiepiscopus Senonensis, uide ibid.



De Episcopis Ordinis S. Benedicti Nigrorum,  
 qui,  
*Constituti sunt in officio proprio Sacerdotum ad holocausta  
 & pacifica, ut ministrarent, & confiterentur,  
 canerentque in portis castrorum Domini.*

2. Paral. 31. Cap. XXXVI.

**F**ADEM Methodo, qua Archiepiscopus Ordinis nostri Monastici Nigrorum descripsimus, eademque breuitate & sinceritate, paucos, quos ex multis inuenimus, eiusdem Ordinis nostri Episcopos, qui quartum Spiritualium ad dexteram S. P. N. Benedicti depictorum locum obtinent, describemus. Horum numerus, a nonnullis putatur fuisse quindecies mille, ab alijs, ut a Petro Bugiano, alii nulle superadduntur; nos vero, auctorum probatae fidei sententiam sequentes, sunt autem illi Tritemius, Sabellicus, Genebrardus, praecipui, & alii recentiorum nonnulli, quater mille, & aliquot plures fuisse tenemus, ne mendacii nota conuincamur. Qui numerus, ut euenire solet, si forsitan aliquibus incredibilis uideatur, quod scilicet in Catalogis Ecclesiarum, tot Monachi ad Episcopatus assumpti minime reperiantur: hos, non ex defectu Ordinis, sed quorundam sciorum inscitia & negligentia (ne dicam inuidia) ob inolitum cucullae odium praetermissos fuisse apertissime cognoscent, si historias ueterum, animo candido, & ab omni passione alieno legerint. Et, ut reliquas omittam, in exemplum nobis sit Traiectensis Ecclesia, quae septem (nisi forte sint plures, qui me fugerunt) ex Ordine Benedictino Praesules habuisse fertur, quorum tamen, nec ab Hadriano Barlando, nec ab eius successore Gerardo Nouiomagensi, in catalogis illius Ecclesiae Episcoporum, uix vnus quidem Monachus nominatur. Illud idem in alijs Ecclesijs factitatum ambigemus? Non ergo mirum si tot Ecclesiae Praesules, sacri S. P. Benedicti Ordo habuit, qui iam mille & amplius annis gloriosissime in Ecclesia floruit. Feruente enim claustralium sanctimonia, & doctrina radiante, passim Ecclesiarum Antistites à cœnobijs, non tam fundatorum deuotione, quam Clericorum sincera affectione & electione id postulante, eligebantur.

S Exige-

Exigebat illud rarissimus Monachorum in mundo conspectus, ut, tanquam seruis Dei altissimi, quibus Civitas carcer erat, & Cella Eremitis que paradisus, ab omnibus summa reuerentia, & honor, illis exhiberetur, & ad cultus Diuini augmentum & profectum, fideliumque animarum conuersionem, super candelabrum Ecclesie collocarentur. Facti sunt igitur Monachi gentium Pastores, & Episcopi, patresque illarum nationum Sancti, quas ad baptismi gratiam adduxere: potissimum temporibus antiquis, quibus non tot passim fuerunt clerici in lege Diuina eruditi, qui messem soli sufficerent metere Dominicam: nec tot Ordines Claustralium in Ecclesia erant, sed duo tantum, Sancti scilicet Basilii, ac is in Oriente, & noster in Occidente, Diui Benedicti, qui per sexcentos & amplius annos, donec Ordines Mendicantium excitarentur, in uinea Domini strenue laborans, fructu inestimabile protulit, uti in toto presenti tractatu aperte demonstramus. Quapropter Ecclesis, quæ eiusmodi Religiosos meruere habere Pastores, congratulandum est, non indignandum, quod dicimus propter nonnullos, quos penes Monastica vilescit auctoritas; quasi in glorium & ignominiosum fuerit per mundi contemptum in Angelica puritate, sub Benedictina cucullata ueste, in cœnobio altissimo militasse; ignorantes, quod in plenaria mundi abrenunciatione, & proprii arbitrii abdicatione, perfectissima Christi consistat imitatio, quodque humilitate perueniatur ad regnum, simplicitate penetretur cælum. Merito igitur in hoc mundo exaltari meruerunt, qui in eodem pro Christi amore, omnia sua sponte & uoluntarie reliquerunt. Sed de his satis. Auctores à nobis in sequentibus citati, uti & in præcedentibus tractatibus de Summis Pontificibus, Cardinalibus, & Archiepiscopis, Monachismi Episcoporum nostrorum testes & probatores sunt; adducimus tamen aliquoties & alios, qui de annis, quibus in Episcopatu præfuerunt, tantum pertractant, ac de Monachatu nihil, quos facile erit cognoscere, primis nanque nudè & simpliciter prolatis, secundis particula illa, *De annis Episcopatus tantum*, uel huiusmodi tenoris, a nobis additur, ut omnis scrupulus tollatur. De numeris ipsis Episcopis præfixis, eadem intelliguntur, quæ in prologo ad Archiepiscopos dicta sunt: Reliqua, si quæ omnia sapiens & prudens Lector, ut sua diligentia suppleat rogo, & ut hunc nostrum laborem, qualiscunque is sit, ea intentione legat quæ scriptus est ex animo supplico: quæ si consequutus fuero, ad alia progrediendi, causa non deerit, & illa emendandi, quæ ex alio-

rum sententia ignoranter fortasse posuero, ampla mihi dabitur materia.

## Episcopatus incipientes à litera A.

*Aberdonenses in Scotia, sub Archiepiscopo Sancti  
Andrea. Cap. XXXVII.*



OMNVS RODVLPHVS, Scotus, monachus, & Abbas Monasterii Aberbrothæi, uir prudentia insignis, & sanctitate admirabilis, qui ita utramque & religiosi, & Episcopi uiam in omni postea uita tuebatur, ut dubites planè, fueritne diligentior Episcopus, an arctior religiosus: tenuiori enim ueste Episcopus, quam Abbas: duriori parsimonia diues, quam pauper: arctiori regula magistratus, quam priuatus semper uixit. Vnde ipsis etiam Regibus carus, Ecclesiam suam multis, eorum munificentia, beneficiis, & diuitiis ampliauit. Floruit anno Domini 1200. *Joannes Lesleus de reb. gestis Scotorum, lib. 6. in Vuilhelmo Rege.*

*Abrincenses, siue Abriacenses, vel Arboricenses, in Gallia, sub  
Archiepiscopo Rothomagensi.*

4 S. P A T E R N Y S, Brito, Gallus, monachus Enixionensis, & Abbas Scisciensis, ecclesia Dei in omni sanctitate rectè administrata, plenus dierum, & miraculis in uita & morte clarus, ecclestia petiit, circa annum Domini 880. ætatis suæ anno 70. regiminis. 13. die 16. calendæ Maii. *Auctor uitæ eius apud Surium tomo 2.*

*Agenenses, in Gallia, sub Archiepiscopo Tolosano.*

D. G V L I E L M V S, de Pontoife, monachus, & Prior Charitatis, Abbasque 24. Cluniacensis, deinde Episcopus Agenensis, creatus anno 1258. præfuit annis quinque, obiit anno 1263. die 15. calendæ Ianuarii, & in monasterio S. Martini de Campis Parisiis sepultus est. *Chronicon Cluniacense, MS.*

*Agrigentini in Sicilia, sub Panormitano Archiepiscopo.*

D. A N G E R I V S, Sículus, monachus, & Abbas Catanensis in Sicilia, ex Episcopo primum Catanensi, ad Agrigentinam sedem translatus anno Domini 1099, in omni pietate uitam traduxit. *F. Thomas Fazellus, de reb. siculis, lib. 10. decadis 2. cap. unico.*

*Aiatenses in Tuscia, sub Pisano Archiepiscopo.*

D. ANDREAS, Hispanus, monachus, Ordinis S. Benedicti, ex Episcopo Ciuitatensi, Aiacensis, siue Aiatensis Præful constitutus, sua doctrina, & morum grauitate, ad Cardinalatum ascendere meruit. *Trittemius, lib. 4. cap. 43.*

*Albigenses, Albienses, siue Albianenses, in Gallia, sub Archiepiscopo Bituricensi.*

S. SALVIVS, Gallus, Iudex primum, deinde monachus, postea Abbas, & postremo Episcopus, inter cæteras uirtutes, etiam prophetiæ spiritu claruit. Obiit anno Domini 587. die quarto Idus Septembris. *Gregorius Turon. in hist. Franc. lib. 7. cap. 1.*

S. THEODEFRIDVS, siue ut Trittemio placet Tendefredus, monachus Luxouienensis, & Abbas Monasterii S. Petri Corbeia in Gallia, doctrina, & religione generis sui claritatem, non modicum illustrauit, & sanctitate clarus migravit in cælum die 26. Ianuarii. Floruit sub Dagoberto & Clodoueo. II. Regibus Franciæ. *Trittemius, lib. 4. cap. 209. Mosander tomo 7. in vita S. Batildis.*

*Aldemburgenses in Vuagria, qui post Lübecenses, sub Bremensi Archiepiscopo.*

10 D. EIZO, Germanus, monachus, decimus Aldemburgensis Episcopus ab Alberto Archiepiscopo creatus anno Dom. 1058. præ fuit laudabiliter annis plus minus octo, suo tempore sedes Aldemburgensis, quæ latissimè se extendebat, in tres Episcopatus, à prædicto Alberto Bremensi Archiepiscopo & Apostolicæ sedis in regnis Aquilonaribus Legato, scissâ est: scilicet in Magnipolensem, quæ nunc Suerinensis uocatur, cui præfectus est S. Ioannes Scotus, monachus in Racesburgensem, quam habuit quidam Aristo; & in Aldemburgensem, quæ hodie Lübecensis est, quam rexit hic noster Eizo; quo anno 1065. defuncto, Aldemburgensis Episcopatus uacauit per annos 84. usque ad annum 1149. *Crantzius metrop. lib. 4. cap. 39. Albertus Stadenfis in chronico.*

11 S. VICELINVS, Saxo, Germanus, monachus, & Abbas monasterii Segebergensis, deinde Abbas cœnobii Falderæ in ciuitate Cuzalina, postmodum anno uacantis sedis 84. qui erat à natiuitate Domini 1149. & Apostolatus sui ad Vandalos tricesimus, Ecclesiæ Aldemburgensi Episcopus datus, quod prius faciendum uerbis docuerat, operibus demonstrauit; obiit anno 1154. regiminis sui. 6. Prædie Idus Decembris. *Albertus in chron. Crantzius metrop. lib. 6. cap. 13. & alij.*

*Althen-*

*Alethenfes, qui & San Macloniani, in Britannia minori.*  
*sub Dolensi Archiepifcopo.*

S. MACLOVIYS, qui & Machutes, Brito, monachus Monasterij Benchorensis in Britannia, ac Sancti Brandani Abbatis discipulus, meritis crescentibus factus est Episcopus Alethenfis, & populum sibi creditum, quoad uixit, in omni sanctitate gubernauit: de cuius admirandis rebus gestis multa extant passim volumina. Floruit anno 560. Obijtque die 17. calendas Decembris. *Robertus cœnalis de re gallica, lib. 2. Tritemius lib. 4. cap. 133. qui Episcopum eum Hyberniæ appellat, & alij permulti.*

*Ambianenses, in Gallia, sub Rhemensi Archiepifcopo.*

34 S. GODEFRIDVS, Gallus, monachus, & Abbas Monasterij S. Mariæ Nouingenti, creatus anno Domini 1107. præ fuit ouibus suis in omni sanctitate, annis vñdecim, & miraculis clarus, obiit anno 1118. ætatis suæ. 50. sexto Idus Nouembris. *Nicolaus monachus in eius uita apud Surium tomo 6.*

51 D. IOANNES de Grangia, monachus ordinis S. Benedicti, creatus & consecratus circa annum Domini 1370. Decretorū Doctor, & in rebus agendis exercitatissimus, ob singulares animi doctes a Gregorio Papa XI. inter purpuratos anno 1375. connumeratus, obiit post annum Domini 1400. *Panvinus in epit. Pont. Rom.*

*Anagnini in Campania, Sub Patrimonio S. Petri.*

D. STEPHANVS, Romanus, monachus Monasterij de Brandalo, & deinde Episcopus Anagninus à Formoso Papa factus, postmodum Bonifacio VI. Pontifici Romano succedens, Stephanus, VII. dictus VI. appellatus est, anno 898. *Illefcas lib. 4. cap. 45. & alij.*

*Andegauenses in Gallia, Sub Turonensi Archiepifcopo.*

S. ALBINVS, Gallus, Brito, monachus, & Abbas Monasterij Cincillacensis in Francia, sanctitatis eximie uir, qua mediante ad Pontificatum assumptus, annis 25. ecclesiam sibi commissam strenuè gubernauit, & miraculis pollens in pace quieuit, circa annum 570. die primo Martij. *Tritem. lib. 4. c. 181. & alij.*

D. IOANNES Godefridus Balues, Gallus, monachus, & Abbas S. Dionysii Parisiensis, & deinde Episcopus Andegauensis, postmodum S. R. E. Card. 1465. renunciatus: obiit Romæ 1491. *Belforesius in Cosmographia.*

D. GVLLIELMVS de Estouteuilla, Normandus, Gallus, DD. Doctor, monachus & Prior S. Martini de Campis Parisiis, ex Episcopo Marinensi, Episcopus Andegauensis, postea Biterensis, & tan-

dem. S.R.E. Card. pronuntiatus anno 1439. Obiit Romæ 1482.  
*Panvinus in epitome.*

*Anicienses in Gallia, olim sub Archiepiscopo Bitwicensi;  
nunc sunt exempti.*

D. IOANNES de Borbonio monachus, & Abbas Cluniacensis quadragesimus secundus, ad quam assumptus est anno Dom. 1434, post Episcopus Aniciensis creatus anno . . . . . Varia fortuna, ob continuos belli motus Ludouici vndecimi Regis, & Caroli Burgundiae Ducis, ecclesiae suae praefuit; quo tamen anno ex hoc mundo migraverit, Chronicon Cluniacense, a quo haec accepimus, non exprimit.

*Antisiodorenses in Gallia, sub Senonensi Archiepiscopo.*

29 D. QUINTILIANVS, monachus, & Abbas cuiusdam Monasterii in Gallia, ord. S. Benedicti, creatus est Episcopus tempore Pipini senioris, Austrasiae Ducis, circa annum Domini 700. paulo ante uel post: & moriens sepultus est in ecclesia S. Germani Episcopi, Antisiodori. *Demochares de sacrif. missæ tomo 2. cap. 19. & Franciscus Belforestius in descriptione ciuitatis Antisiodorensis in sua cosmographia.*

37 D. ABBO, monachus, & Abbas in Gallia, Fratri suo Heribaldo in episcopatu successit, anno Domini 872. & duobus annis, decemque mensibus in regimine foeliciter peractis, obiit die tertio nonas Decembris, in ecclesia S. Germani, una cum fratre sepultus. *Demochares, & Belforestius, ibidem.*

39 D. VVALO, siue Vuala, Francus, Monachus Corbeiae Gallicae, & frater Domni Ansegisili Archiepiscopi Senonensis, Episcopus renunciatus anno 888. sedit annos. 7. & dies 48. Obiit anno Domini 895. & in Monasterio Saxiaco sepultus est. *Ioannes Tritem. in chronico Hirsaugie.*

43 D. BETTO, siue Bethus, Burgundus, Gallus, monachus Monasterii S. Columbæ Senonis, fuit in episcopatu annis 2. mensibus. 11. & diebus 14. Creatus enim anno Domini 929. die decimo Aprilis, migravit anno 932. die sexto calendas Martii, & in cripta ecclesiae S. Germani sepultus est. *Demochares, & Belforest. locis citatis.*

44 D. GVALDRICVS, siue Gildericus, Antisiodorensis, Gallus, monachus S. Germani, creatus in locum Bettonis, anno 932. cum annis 15. & dieb. 24. prouinciam sibi commissam administrasset, obiit anno 947. die 11. cal. Maii. & sepultus est in ecclesia S. Germani. *Tritem. in chron. Hirsaugie. in Rudolpho Abbate.*

46 D. RICHARDVS, Antisiodorensis, Gallus, Monachus, & ipse  
S. Ger-

S. Germani in ciuitate Antisiodorensi, creatur Episcopus anno 976. præ fuit annis. 9. mense 1. diebus 2. obiitque anno 985. die 17. calendas Iunii, cum suis antecessoribus in ecclesia Sancti Germani sepultus. *Demochares, & Belforest. ut supra.*

54 D. HUGO, Monachus, & Abbas S. Germani, Gallus de Montoacuto, territorio Cluniacensi, creatus anno 1115. laudabiliter præ fuit annis. 21. Fuit carne Nepos Sancti Hugonis Cluniacensis Abbatis; Obiit autem anno 1136. die 4. Idus Augusti, & in capitulo ecclesie S. Germani sepultus est. *Tritemius lib. 4. cap. 299. Demochares, & Belforest. qui supra.*

55 D. HUGO, alter, prædecessoris compatriota, monachus & Abbas Pontigniacensis, statim a morte alterius Hugonis electus, sedit annos 15. & in Monasterio suo Pontignaco, in quo & sepultus est, diem obiit anno 1151. die 6. Idus Octobris. *Demochares, & Belforest. sepe citati.*

*Antisiodorenses incerti.*

D. REMIGIUS, monachus Antisiodorensis, Sancti Germani, scilicet, uir suo tempore doctissimus, & Sancti Odonis Cluniacensis Abbatis magister, ob singularem doctrinam ad Pontificatum electus est. Floruit anno Domini 890. *Tritemius lib. 4. c. 198. & Belforest. lib. 2. Annalium Francie, cap. 58.*

D. HARMVNDVS, monachus, & Abbas Pontigniacensis, Episcopus electus, ante mortuus est quam consecrari posset. Claruit anno Domini 1080. *Tritemius lib. 4. cap. 269.*

ANNOTATIO.

*Hi duo citantur à Tritemio, ut uidere est, necnon, & Prior, Remigius, scilicet, a pluribus fidedignis Historicis Episcopus Antisiodorensis agnoscitur, attamen in catalogis Episcoporum illius ecclesie, apud Democharem non reperiuntur; & ea ratione hic à nobis separatim appositi sunt.*

*Aquinenses in Campania, siue Aquinates, exempti.*

D. MARTINVS, Florentinus, Tuscus, monachus Monasterii Casinensis, post depositionem Angeli Episcopi, Aquinensis Ecclesie moderator electus à Nicolao Papa II. anno 1060. & ab eodem consecratus, mirum dictu, quantum uerbo & exemplo ouibus sibi commissis profuerit: & eruditione & sanctitate clarus, ad Dominum migravit. *Leo Ostiensis in chron. Cas. lib. 3. cap. 14. Tritemius lib. 4. cap. 262.*

D. RAINALDVS, monachus & ipse Casinensis, aliquot annis eidem Ecclesie præ fuit: Obiit die 9. Februarij. *Ex cal. MS. Mōtis Casini.*

*Aretini in Tuscia, sub Patrimonio Petri.*

MICHAEL, monachus Monasterii Sanctæ Crucis de Anellana, Congregationis Columbarum, Episcopus Aretinus. *Aug. Floripar. 2. lib. 5. cap. 16.*

*Argentineses, in Germania, sub Moguntino Archiepiscopo.*

1 S. AMANDVS, Aquitanus, Gallus, Serani Ducis, & Amantie filius, monachus primum S. Honorati Lerini, deinde Ogyæ insulæ, post Bituricensis, demum à Dagoberto Rege, ex Traiecto, cui præerat Episcopus, euocatus, Argentinesi ecclesiæ primus constituitur Episcopus anno Domini 633. quam in omni sanctitate gubernauit usque ad annum 640. quo anno infidelium furori cædendum existimans, ad episcopatum suum Traiectensem, rediit, cui cum tribus annis aliis præfuisset, eo item abdicato, ad Monasterium Elnonense confugit, in quo miraculorum gloria clatus migravit, anno 661. octa uo Idus Februarii, ibidemque sepultus. *Petrus Cratepolius de episcopis Germaniæ, & alij.*

2 S. ARBOGASTVS, Hibernus, siue ut aliis placet Aquitanus, monachus, & Brēmīta in nemore Heilige forst, in Alsacia in loco ubi nunc Haganoa sita est, S. Amādo successor datus anno 646. præfuit in omni sanctitate annis plus minus duodecim. Obiit anno 658. die 12. calendas Augusti; in colle S. Michaelis, ubi nunc est Monasterium S. Arbogasti, sepultus. *Cratepolius ibidem: & Demochares de sacris missæ, tomo 2. cap. 35.*

4 S. FLORENTIVS, Scotus, monachus, & Abbas Monasterii Haselachii, mediatè S. Arbogasto succedens, anno 663. spatio annorum duodecim, Monasterium amplissimum ad amnem Bruschiū, monachis, & maximè Scotis, ædificauit; Sanctum Arbogastum miraculis clarum de terra leuauit; & non minori, quam Arbogastus, sanctitate clarens, in Domino obdormiuit anno 675. die septimo Idus Nouembris: in Monasterio suo Scotorum, quod nunc S. Thomæ, intra muros Urbis, uocatur, sepultus. *Ioannes Leslaus de gest. Scot. lib. 4. Cratepolius, & Demochares, qui supra.*

23 D. ETHO, uel Otho, monachus, & Abbas primum Vallis S. Georgii: deinde Augiensis; creatus est Episcopus anno 765. præfuit annis, plus minus octo, obiitque anno Christi 773. sepultus in cœnobio à se renouato Etenheimmūster. *Demochares, & Contractus in chronico, sed errare uidetur in computatione, creatum enim dicit anno 734. quod stare non potest si numeri Democharis recte sunt appositi.*



25 D. REMIGIUS, siue Benignus, monachus, & Abbas Vallis S. Georgii, electus & consecratus anno 783. sedit annos 20. & cœnobium Sanctimonialium Eschouium dictum cōstruxit, in quod multas Sanctorum reliquias honorificè transtulit. Migravit à sæculo anno Domini 803. *Demochares.*

26 D. RATHO, monachus, & Abbas Vallis S. Georgii, Remigio substitutus, cum annis octo præfuisset, & corpus S. Florentii episcopi ad Haselachium, siue Haselonium, ubi vitam duxerat monasticā, transtulisset, obiit anno Domini 812. *Demochares.*

43 D. ALBVVICVS, siue Aldouichus, monachus, & Abbas diuitis Augiæ, creatus episcopus anno Domini 1000. præfuit annis 9. obiitque anno 1009. *Contractus in chron. Demochares uero creatum dicit anno 997. sed is est annus promotionis eius ad Abbatiam, ut annotat Contractus, non autem ad Episcopatum.*

70 D. LAMBERTVS, nobilis a Buren, Alfata, Gulielmi equitis Auarati filius, monachus primum Neouuilerensis, deinde Gengenbacensis Abbas, a Carolo III. Imperatore, assensu Romani Pontificis, ex Episcopo Spirense, creatur Argentinenfis anno 1371. qua dignitate functus annis 4. ad Bambergensem Ecclesiam transtulit, cui præfuit annis 23. Obiit anno 1398. *Trittemius lib. 4. cap. 251. Demochares, ubi supra.*

*Aruernenses in Gallia, sub Bituricensi Archiepiscopo.*

27 S. GALLVS, monachus, & Abbas Chrononenfis, antequam Aruernis constitueretur Episcopus, à Treuerensibus electus, sibi dari à Theodorico Rege postulabatur, sed rege id pernegante, quod eum alibi destinatum diceret, ab eodem factus est Aruernorū Præsul, cum adhuc esset Diaconus; quibus cum tanta humilitate præfuit, ut ab omnibus amaretur. Vigesimo septimo regiminis sui anno, ætatis autem 65. miraculis & sanctitate clarus decessit, ipsis Calendis Iulii. Floruit anno Domini 560. & amplius. *Trittemius lib. 3. cap. 24. & alij.*

39 S. PRÆBECTVS, Gallus, monachus & Abbas Candidinensis in Aruernia, Episcopus creatus, suis semper uerbo & exemplo studuit prodesse, tandem à Proceribus eiusdem Urbis, pro Christo contumeliosè habitus, constanti animo martyrii coronam percepit anno 670. die octauo calendæ Februarii. *Auctor uitæ eius apud Surium tomo 1. & alij.*

*Asaphenses, siue S. Asaph, in Anglia, sub Cantuariensi Archiepiscopo.*

S. ASAPH, siue Asaphus, Scotus, monachus, & Abbas Monasterii

S. Ken-

S. Kentigerni Glasgoensis Episcopi, cuius uitâ descripsit, & deinde illius loci, qui ex eius nomine denominationem Sancti Asaph accepit, primus Episcopus, creatus circa annû Domini 580. cum multos ad uiam redûxisset fanitatis, clarus miraculis migravit ad Dominum calendis Maii. *Chorog. brit. fol. 548.* Scripsit.

De uita S. Kentigerni Episcopi, lib. 1.

De ordinatione suæ Ecclesiæ, lib. 1.

*Astorgenses in Hispania, sub Bracarensi Archiepiscopo:*

S. GENNADIUS, Hispanus, monachus Monasterii de Argeo, deinde Abbas S. Petri de Montibus, ob uitæ probitatem, & sapientiæ meritum, Episcopus creatus, ita se in officio gessit, ut post mortem, albo Sanctorum adscribi meruerit. Obiit anno Domini 916. ætatis. 70. die 25. mensis Maii. *Ambrosius de morales in hist. Hispan. lib. 15. cap. 45.*

*Attrebatenses in Belgio, primo sub Remensi; nunc sub Cameracensi Archiepiscopo.*

3 D. ALOUISIVS, monachus & Abbas Monasterii . . . . . creatus Attrebatensis Episcopus proprius tertius (ante enim erant Cameracenses & Attrebatenses simul) anno Domini 1130. sedit in ea sede annos. 18. & tandem apud Philippolim cōtra Turcos obiit, anno 1148. *Demochares de sacrif. missæ, tomo 2. cap. 15. Robertus de Monte ad annum. 1130.*

4 D. GODESCALCVS, monachus & Abbas de Monte S. Martini, post annum tertium uacantis sedis, in locum Alouisi Episcopus Attrebatensis anno 1151. creatus, præfuit annis plus minus septem. Et nescio quam ob causam Episcopatum deposuit anno 1157. *Robertus de Monte, in chron. Meyerus, lib. 5.*

D. DEODATVS, de Canilhaco, Gallus, Antisiodorensis, monachus Sancti Flori, & eiusdem etiam ciuitatis Episcopus, ex illa, ad hanc uocatus sedem, postmodû S. R. E. Card. factus est anno 1343. *Demochares tomo 2. cap. 25. de sacrif. missæ.*

D. IOANNES, Lofredi, Gallus, Luxouienfis, monachus Monasterii Cluniacensis, creatus Episcopus circa annum Domini 1450. paulo ante, uel post: ob singularem doctrinam, fuit enim sacræ Theologiæ, & Decretorum Doctor, in numerum Purpuratorû annumerari meruit à Pio Papa II. anno 1461. Obiit anno 1473. die tertio Idus decembris. *Tritemius lib. 4. cap. 36.*

D. MATTHÆVS Mouillart, Attrebas, ex uico Sancti Martini, monachus, & Abbas cœnobii Sancti Gisleni, iuxta Montes Hannoniæ,

nia, quod S. Petri Cella vocatur, ordinis S. Benedicti, Congregationis Bursfeldensis, Sacrae Theologiae Doctor, Louanij promotus; Statuum Belgicorum tempore Ferdinandi Ducis de Alua, ad regem Philippum, in causa solutionis Denarii decimi, in Hispaniam Legatus; mortuo Domino Francisco Richardoto Episcopo, uiro nostrae aetatis doctissimo, omnium Canonicorum uotis, ob praecelaras animi doctes, electus, non prius electioni de se factae assentire uoluit (quamuis amicorum suorum, & summorum etiam uiuorum, precibus rogatus) eo usque solutio pensionis aliquot centenariorum Coronatorum, quae quotannis Illustrissimo Card. Granuellano, à praedecessoribus suis solui consueuerat, ab Episcopatu penitus remoueretur, sedesque Attrebatensis suae pristinae libertati, & immunitati redderetur. Vir enim deuotus, & pius cum esset, sese cum aliquo conscientiae scrupulo ab Abbacia sua, qua sola contentus erat, separari non sinebat. Factus igitur uoti, & animi sui compos, consecrationem tandem accepit anno Domini (si rectè recordor) millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, qui erat secundus uacantis sedis. Quo in uita genere, quanta pro Catholicae fidei defensione, ab impijs, & haereticis sustinuerit facilius est cogitare, quam dicere: Ab ijs enim summis iniurijs affectus, & tandem etiam in exilium actus, patientissimè, & animo uirili, pro Christi amore, aduersa omnia sustinuit: donec, gratia Dei mediante, reuocatus, ad sedem suam reuersus est, quam usque in hodiernum diem (ut credo, nihil enim adhuc de sua morte ad me perlatum) summa prudentia, moderatur. In huius autem uiri praestantissimi laudibus, libentius immoror, quod ex eius sacris manibus anno Domini 1579. die 14. Martij, Sabbato quatuor temporum quadragesimae, in ecclesia Virginis Deiparae ciuitatis Attrebatensis, sacratum Presbyteratus ordinem suscipere, quamuis indignus, meruerim. Deus Opt. Max. hoc Benedictini ordinis decus, ad laudem & gloriam nominis sui, incoluè nobis diu conseruare dignetur.

*Audomarense in Artesia Flandria, sub Archiepiscopo Cameracensi.*

1 D. GERARDVS Hamericourtius, Leodiensis, monachus, & Abbas Monasterii S. Bertini in ciuitate S. Audomari, ord. S. Ben. congregationis Cluniacensis; Morino, siue Taruanna, ciuitate à Carolo V. Imperatore destructa, & Episcopatu Morinensi trifariam diuiso, primus Sancti Audomari, siue Audomarense, Episcopus creatus est, à Iulio Papa III. anno 1550. sic petente Philippo II. Hispaniarum Rege, qui tredecim Episcopatus nouos, consensu Summi Pontificis.

in Belgio crevit, antequam ex eo discederet. Præ fuit autem summa cum prudentia & laude Episcopatus, & Monasterio simul, usque ad annum (si fallor) millesimum quingentesimum septuagesimum septimum, & moriens in Monasterio suo sepultus est. *Michael Eysingerus Austrius, in Leone Belgico.*

*Auersani in Campania exempti.*

D. G V I T M U N D V S, siue Guimundus, Normandis, Italus, monachus & Eremita cœnobij S. Andreae, quod nunc S. Crucis titulum gerit, de Auellana, Congregationis Columbæ, & deinde ob summam & singularem eruditionem & doctrinam, Auersanus Episcopus, circa annum Domini 1060. floruit, & eruditionis suæ clara monimenta reliquit, videlicet, ad Rogerium monachum contra errores Berengarij Turonensis.

De corpore & sanguine Domini, lib. 3.

De S. Trinitate, Christi humanitate, Corporis que, ac

Sanguinis Domini veritate, Confessionem: quæ excusa est cum tribus libris prædictis in tomo. 4. Bibliothecæ SS. Patrum margarini de la Bigne, Parisijs anno 1576. in fol. item, & Colonie cum Lanfranco, Algero, & alijs: & alibi aliquoties.

ANNOTATIO.

*Tritemius lib. 2. cap. 80. & lib. 4. cap. 230. de vir. ill. Ord. S. Ben. ac lib. de script. eccles. alijsque qui ab eo acceperunt, decepti ut arbitror, & quiuocatione nominum, Normandi, & S. Crucis, putarunt Monachum monasterij de Cruce S. Leufredi in Normandia Gallie fuisse: Italem tamen Normandum, ac Monachum illius monasterij, quod postea S. Crucis de Auellana titulum gessit, fuisse, ex historijs tenemus: confirmantque Bugianus colloquio 4. hist. monast. & Augustinus Florentinus, parte. 2. hist. Camald. lib. 5. cap. 15. qui in duobus tamen emendandi sunt, primum, quod Sigismundus uocabulo corrupto, ab eis uocetur; alterum, quod Archiepiscopus Antuerpiæ fuisse scribitur. Hoc autem posterius ex duobus natum suspicor, scilicet, quod Archiepiscopus Auersanus dicatur a Tritemio libro de script. eccl. in quo corrigendus uidetur, cum postmodum ipse in libris de vir. ill. Ord. S. Ben. citatis palinodiam cecinerit; deinde quod dictio illa Auersa, a Bugiano, & Augustino, non intellecta, occasione dederit Antuerpianam illam Brabantis, que uulgariter Auersa dicitur, suspicandi, pro Auersa ciuitate Campanie, que nunquam Archiepiscopali dignitate coheserata legitur. Et Episcopum Antuerpiæ non fuisse ex hoc liquet, quod Antuerpia a prima sua origine nunquam Episcopum proprium habuerit usque ad annum Domini 1550. quo, creatus est primus il-*

lius

lius civitatis Episcopus, Philippus Niger sic petente Philippo. II. potentissimo Hispaniarum Rege, qui cum antequam inire posset diem obisset, successorem habuit Franciscum Sonnium Episcopum Buscoducensem primum, virum doctissimum, ut eius opera produnt.

Augustus Vindelicorum in Suetia, sub Moguntino Archiepiscopo.

9. S. VICTORIVS, siue Victorpus, monachus, & Abbas Elefantensis coenobii, creatus est Episcopus anno Domini 716. praefuit annis 16. & sanctitate clarus obiit anno 732. die sexto Idus Aprilis.

Petrus Cratepolius de Episcopis Germania: & Demochares de sacrificiis, tome 2. cap. 35.

10. S. SYMBERTIVS, siue Simpertus, vel Symprechtus, Auberii Austrasiae Ducis filius, & Caroli Magni Imp. ex Symphotiana fore nepos, monachus & Abbas Murbacensis Monasterii, ad episcopatum euectus est anno 779. & cum annis 36. Remp. ecclesiasticam in omni sanctitate rexisset, migravit anno 809. & in Sanctorum numerum relatus est. Solennitas eius tertio Idus Octobris recolitur.

Cratepolius, & Demochares, ut supra.

15. S. NEODONARIUS, siue Nycarius, monachus & Abbas claustrii Vitenburrani in Suetia, siue Sanctus, creatus est Episcopus anno 866. praefuitque annis quatuor tantum, & anno 869. sanctitate & miraculis fulgens, migravit in caelum. Demochares loco citato, & Belforestius, in Cosmographia.

18. S. VUIDGARIVS, alias Vuidogerus, monachus ipse & Abbas Vitenburranus, creatur anno Dom. 888. sua predicatione Heluetios ad fidem adduxit, ideoque eorum Apostolus uocari meruit. Decessit anno 903. regiminis sui. 15. Demochares ibidem.

19. S. ADALBERVS, Comes à Dillingen, monachus & Abbas Elfangensis, creatus Episcopus anno 903. in locum Vuidgarii, & sex ante mortem annis coadjutorem sibi sumpsit Hildinum, uitae integritate, ac doctrinae praestantia insignem virum, & cum ecclesiam suam sanctè gubernasset annis. 17. obiit anno Domini 921. apud S. Afram honorificè sepultus. . . . Demochares eodem loco.

21. S. VLRIVS, siue Vdalticus, uel Hudalticus, Hugobaldi Comitis Chiburgensis ac Dillingensis, & Gerbirgæ Comitissæ Veringensis filius, monachus Monasterii S. Galli, in Heluetiis, renunciatus est Episcopus anno Domini 923. siue uno amplius, ut vult Contractus, fuit in ea potestate annis 50. Obiitque miraculis & sanctitate clarus anno 973. ætatis suæ 83. & à S. Vuolfgango Ratisbonensi Episcopo digno honore in templo S. Afræ, quod postea ab eius nomi-

nomi-

nomine S. Vlrici appellatum est, reconditus, die quarto nonas Iulii. Tritemius lib. 4. c. 222. & Cratopolus.

## ANNOTATIO.

In monumentis orthodoxographorum Patrum excusis Basileæ in folio, & in Bibliotheca Philosophorum historica, aliisque in locis habetur Epistola quædam scripta ad Nicolaum I. Papam, contra cælibatum Sacerdotum, quæ ab Hæreticis, huius nostri S. Vdalrici esse perhibetur, quod quam a veritate sit alienum, a ter. pore quo floruerunt & obierunt elicitur. Sanctus enim Vdalricus, Contracto, Demochare, Abbate Vispergense, aliisque testibus, creatus est Episcopus anno Domini 923. vel 924. obiitque anno 973. ætatis suæ 83. & Nicolaus Papa I. Onufrio Pannino, & alijs referentibus, obiit anno 867. annis videlicet 23. antequam S. Vdalricus nasceretur, & 56. vel 57. antequam in Episcopum consecraretur; non igitur potuit Nicolaus I. Pape scripsisse, cum nondum natus esset, & iam natus Papa Nicolaus inter uiuos esse desisset. Hæc breuiter notari annotare, ne forsitan incautus Lector, sanctitatis S. Vdalrici titulo allectus, dubia, pro certis recipiat, discatque ab huiusmodi Hæreticorum imposturis, quialiquando speciosam sanctitatis omnium uestem induunt, ut facilius in Dominicum ouile irruere possint, cauere.

25 S. GEBHARDVS, S. Vlrici Capellanus, monachus & Abbas Elfangensis in Sueuia, creatur Episcopus, anno Domini 996, & post sex annos, quibus regimini præ fuit, Episcopatu, & uita defunctus est, anno 1002. ipsis Nonis Iulii, & in ecclesia S. Mariæ, iuxta prædecessorem suum sepultus est. Tritemius lib. 4. cap. 237. & Demochares.

## S C H I S M A.

32 D. EKARDVS, monachus & Abbas diuitis Augiæ, eligitur à Guelphone Duce, qui partes Gregorij Pape VII. contra Henricum III. Imp. tuebatur, & Vuigboldoni Episcopo, contra Sigefridum Episcopum, qui ab Episcopatu a Gregorio VII. remotus fuerat, substitutus, ante obiit, quam Augustam Ciuitatem intrare posset. Demochares.

33 Domnus. N. monachus & Abbas Campidonensis, Ekardo mortuo, ab eodem Duce Episcopus creatus, contra eundem Sigefridum Schismaticum, morte repentina præuentus, cōsecrationis munus non habuit. Floruerunt hi duo anno Domini 1080. Demochares loco citato.

35 D. HARDOVICVS, uel Hardouicus, nobilis heros a Lirhein, Sueuus, monachus, & Prior monasterij S. Vlrici, Augustanus

mus Episcopus, 35. siue si duos præfatos annumerare uelimus, 37. creatus anno 1167. præfuit annis. 17. Obijt anno 1184. die. 25. Ianuarij, & in templo cathedrali D. Virginis, honorifice sepultus est. *Demochares, ut supra.*

S. C. H. I. S. U. M. A. P. P. U. S.

52 D. FRIDERICVS, nobilis a Grafeaeglt, Monachus, & Abbas cuiusdam monasterij in Hungaria, a Bonifacio Papa I X. petitione Sigismundi Imperatoris, contra Anselmum Episcopum, creatus, anno 1413. contendit cum eodem de Episcopatu annis nouem, tandem utroque ad sua remisso anno 1422. Augustanis a summo Pontifice datur Episcopus Petrus Schauenbergius, qui postea ad Cardinalatum ascendit. *Demochares supra citatus.*

*Augustodunenses siue Heduenfes in Gallia, sub Lugudunen-*

*si Archiepiscopo.*

27 S. RACHNACARIUS, monachus Monasterij Luxouienfis in Burgundia, postquam aliquot annis Ecclesie Augustodunensis præfuisse, ad Basiliensem sedem translatus, sanctè obiit. Claruit anno Domini 660. *Jonas in uita S. Eustasij Abbatis, apud Surium tomo 2.*

28. S. LEODEGARIUS, Monachus, & Abbas Sancti Maxentij, in ciuitate Pictauiensi, Augustodunensis creatus Episcopus, multa aduersa ab Ebroino tyranno passus, eius etiam iussu martyrij postea coronam accepit anno Domini 685. die sexto Nonas Octobris. *Trittemius lib. 4. cap. 173.*

*Auinionenses in Gallia, sub Arelatenfi Archiepiscopo.*

D. ANGLICVS, uel Angelus, siue Angelicus, Grimoaldi filius, Urbani Pape V. Frater, monachus Monasterij S. Rufi propè Valentiam, Episcopus Auinionensis creatus, in numerum purpuratorum postea, anno 1366. assumptus, Obijt Auinione anno 1387. die decimo sexto calendas Aprilis. *Panuinus in epitome Pontif. Rom.*

*Aurelianenses in Gallia, sub Senonensi Archiepiscopo.*

33 S. EVCHERIVS, monachus Monasterij Gemeticensis in Gallia, post multas persecutiones, etiam in exilium à Carolo Martello missus, sexto relegationis sue anno in Monasterio S. Trudonis miraculis clarus obiit, qui erat à Natiuitate Christi annus 727. & dies uicesimus Februarii. *Tritt. lib. 4. cap. 186. & alij.*

37 D. DEOTINVS, monachus & Abbas Floriacensis, creatus circa annum Domini 790. aliquot annis præfuit. *Belforesius in Cosmographia.*

38. Sanctus.

1380. S. THEODVLRHVVS, monachus ipse & Abbas Sancti Benedicti Floriacensis, uir Sanctus & doctus, de quo in ramis mentionem antipriorem fecimus, pluribus in Episcopatu tribulationū procellis agitarus, patientia, & fortitudine, intumescentes fluctus confregit, & sanctitate clarus quiescit in Domino. Floruit anno Domini 840. *Tritemius lib. 4. cap. 197. & alij.*

X Aurienses in Portugallia, sub Bracarensi Archiepiscopo.

S. ISAVRVS, siue Ansurus, Hispanus, monachus in Hispania, deinde Episcopus Auriensis, siue Orensis, uir pius, & deuotus extitit: & tandem miraculis, & sanctitate clarus obiit anno Domini 966. die 26. Ianuarii. *Ambrosius morales lib. 16. c. 3. bist. Hispanie.*

Aystetenses, siue Aychstadiani, uel Aureatenses in Suenia, sub Moguntino Archiepiscopo.

I S. VVILLIBALDVS, Sueuus, Richardi Sueuorū Regis filius, monachus primum Vvaldheimensis, deinde Casinensis, à Sancto Bonifacio Archiepiscopo Moguntino, cuius erat discipulus, & nepos, ob matrem Bonnam S. Bonifacii sororē, primus Aystetensis Episcopus creatus, an. Christi 745. ætatis suæ 41. præfuit, an. 36. Obiit autem an. 781. ætatis 77. nonis Iulii: & in summo tēplo, quod ipse construxerat, sepultus est. Scripsit, Vitā Sancti Bonifacii Moguntini Archiepiscopi, magistri sui, quæ utrum extet ignoratur. Vitam item sororis suæ sanctę Vualburgis Abbatissæ. *Tritemius lib. 4. ca. 185. & alij.* Canonizatus est, consentiente Leone Papa VII. Megingosi episcopi Aystetensis diligentia, in cuius memoriam perpetuam suspendit in medio Basilicæ Cathedralis cupream, & pulcherrimē deauratam coronam, cum tali inscriptione:

*Hanc Vvillibaldo pharam construxerat almo,*

*Presul deuotus Mengosus nomine dictus;*

*Qui pius hunc sanctis precibus coniungit eundem,*

*Turmis Angelicis cælesti nomine sanctis.*

*Hoc Pater, & Natus, necnon & Spiritus almus,*

*Efficiat firmum, fixum, solidumq; per æuum.*

24 D. CONRADVS, heros Bauarus, monachus & Abbas Vvildeshergenensis, creatus ab Eugenio Papa III. anno 1153. sedit annos. 18. Obiit anno 1171. & sepultus est in Basilica S. Augustini, quam à fundamentis erexerat. *Demochares tomo 2. cap. 35.*



## Episcopatus de littera B.

## Cap. XXXVIII.

*Baiocenses in Normandia, sub Rothomagensi Archiepiscopi.*

10 **A**NCTVS VIGOR, Attrebas, Belga, monachus Monasterii S. Vedasti in ciuitate Attrebatensi, Episcopus creatus ad gentium conuersionem, officium sibi impositum strenuè impleuit, & tam uerbo, quam exèplo, multos ab iniquitate, ad viam veritatis perduxit. Obiit die Calendarum Nouembris; Floruitq; circa annum Dom. 560. *Tritt. lib. 4. cap. 131. & alij.*

*Balnenses, in Italia.*

D. TRANSVNDVS, Oderisij, Marsotum Comitis filius, monachus Monasterii Casinensis, & Abbas primum Tremitensis, deinde S. Clementis; procurante Domno Hildebrando, qui postea Gregorius Papa VII. appellatus est, factus est episcopus Balnensis, circa annum Domini 1066. Vir fuit egregius, prudentia summa, & doctrinæ laude clarus: cuius etiam opera, in maximis & arduis negotijs Desiderius Casinensis Abbas usus est. *Leo Ostiens. lib. 3. cap. 25. Chron. Casinensis.*

*Bambergenes in Germania, sub Moguntino Archiepiscopo.*

8 S. OTTO, monachus Monasterii S. Michaelis in monte Monachorum iuxta Bambergam, uir doctus, & zelator animarum præcipuus, Pomeranis euangelium prædicans, eos ad fidem Christi cōuertit, unde & Apostolus Pomeranorum vocatus est. Creatus est anno Domini 1102. & cum oues sibi creditas annis plus minus 37. uerbo, & exemplo pauiser, sanctitate, & gloria miraculorum gloriosus migravit ad Dominum anno 1139. die sexto nonas Iulii. *Trittemius lib. 4. cap. 258. & alij.*

6 D. Hermannus, monachus cœnobij S. Felicitatis in Sunarzach in diocesi Herbipolensi, uir religione præcipuus, episcopus renunciatus, boni pastoris exemplum omnibus exhibere curauit. Floruit anno Domini 1070. *Trittemius lib. 4. cap. 256.*

D. Lambertus, à Buren, monachus Neouitlerësis, & Abbas Gengenbacensis, ex episcopo Argentinësi, creatus est Bambergensis episcopus

T scopus

episcopus à Carolo III. Imp. anno 1375. & præfuit eidem ecclesie annis. 23. usque ad annum Domini 1398. quo mortuus est. *Demo-chares, de sacrif. missæ, tomo 2. cap. 35.*

*Basileenses, in Heluetia, sub Bisuntino Archiepiscopo.*

S. RACHNACARIUS, monachus Luxouienfis, ex episcopo Augustodunensi, ad hanc sedem promotus, sanctitate & miraculis in episcopatu floruit. Vixit anno Domini 660. *Vita S. Eustasij apud Surium tomo 2.*

D. Hatto, monachus & Abbas Monasterii diuitis Augiæ, creatus est episcopus anno Domini 806. Vir fuit doctissimus, & in rebus agendis exercitissimus; legatione functus est ad Michaelem Imp. Constantinopolitanum, eò à Carolo magno Imper. directus, ibique constitutus, librum, Hodæporicum prænotatû, scripsit. Tandem reuersus, & uitam priuatam adoptans, episcopatu & Abbatiæ celsit, anno Domini 822. regiminis sui 16. & ad Monasterium suum rediit, ubi orationibus & scripturarum lectioni operam dans obiit anno 836. resignationis suæ 14. Scripsit autem ultra opus prænotatum, & Visiones S. Vuettini monachi, prosa. *Hermannus contra-ctus in chronico, tam ueteri, quam recentiori.*

D. HANNO, monachus & Abbas Luneburgensis, episcopus creatus, maxima apud Principes huius sæculi auctoritate fuit, & impri-mis Lothario II. Imperatori carus, cuius legatus fuit in negotio depositionis Domini Rainaldi Celimentani Casinensis Abbatis. Floruit anno Domini 1140. *Chronicon Casinense lib. 4. cap. 120. & 121.*

*Bathonienses in Anglia, nunc Vuellenses, sub Cantuariensi Archiepiscopo.*

9 D. SICARUS, Anglus, monachus, & Abbas Reuerèdissimus, Chineualdo Episcopo ad patres adposito, eius loco creatus est anno Domini 985. & moriens anno 997. regiminis sui. 12. locam Aelfuino reliquit. *Matthæus Vuestm. ad annum 985.*

17 D. Sauanaricus, Anglus, monachus & Abbas Glasconiensis, Godfrido in Episcopatu succedit anno Domini 1192. & sequenti, cathedra Glasconiam translata, Glasconiensis Episcopus dici, & uocari uoluit, sed cum eo titulus hic. ad tempus extinctus est. Migravit à sæculo anno Christi 1205. administrationis suæ anno 13. die sexto Idus Augusti. *Chorographia Britannia, fol. 164. & Matthæus ad an. 1192. & 1205.*

23 D. Magister Gulielmus de Marchia, monachus & Scaccarius monasteriensis, Regisque Thesaurarius, Roberto Burnel substitutus

rus anno 1292. aliquot annis laudabiliter præfuit. *Mattheus Vuestmonast. ad an. 1292.*

*Bellicenses in Gallia, sub Bisuntino Archiepiscopo.*

D. EDOARDVS, Philippi Pedemontium Principis filius, ex Abbate Seculæ, & Episcopo Sedunensi, Bellicensis factus, ad altiora natus Metropolita postmodum Tharentasiensis, & Cardinalis fieri meruit. *Pingonius in Arbore Sabaudica. gradu 22.*

*Biterenses, siue Biterenses, in Gallia, sub Narbonensi Archiepiscopo.*

D. GVLIELMVS de Estouteuilla, Gallus, Normandus, DD. Doctor, monachus & Prior Monasterii S. Martini de Campis Parisiis, ex episcopo Andegauensi Biterensis Præsul renunciatus, postmodum etiam Rothomagensis Archiepiscopus, & exinde S. R. E. Cardinalis pronunciatu est anno 1439. *Panvinus in epitome Pont. Rom.*

*Beluacenses in Gallia, sub Rhemensi Archiepiscopo.*

28 S. ADALMANNVS, siue Hildemannus, monachus Corbeiensis Monasterii in Francia, ob morum integritatem, & uitæ sanctitatem, non solum episcopus meruit renunciari, verumetiam a morte catalogo sanctorum adscribi. Floruit anno . . . . *Trittemius lib. 4. cap. 227.*

32 D. Odo, monachus & Abbas Corbeia Gallicæ, uir suo tempore facundissimus, cum multis legationibus, tam Ecclesiasticis, quam secularibus, functus fuisset, in quibus magnam gloriam & laudem promeruit: in vtraque uita clarus migravit ad Christum. Floruit anno Domini 870. *Trittemius. lib. 4. cap. 210. Nicolaus Papa 1. epist. 24.*

*Bolonienses in Gallia, sub Archiepiscopo Remensi.*

D. PHILIPPVS della Camera, Gallus, monachus & Abbas Corbeiensis in Gallia, Ducis Albanie frater, suis meritis ad Episcopatum promotus, iisdem etiam mediantibus puniceum Gærum promeruit, à Paulo Papa III. anno 1542. Obiit Romæ die 9. calend. Martij anno 1550. ibidem ad S. Trinitatem in Pincijs sepultus. *Panvinus in epitome Pont. Rom.*

*Bononienses, in flaminia, sub Archiepiscopo Rauennate; nuuc sunt Archiepiscopi.*

59 D. BARTHOLOMAEVS Raimondus, ciuis Bononiensis, monachus, & Abbas Monasterii Sancti Felicis, Episcopus Bononiensis in locum Cosmi Meliorati, creatus anno Domini 1392. die 12. calend. Septembris, paulo post ipsis calendis Decembris consecrationis munus accepit: præfuit laudabiliter annis ferè 14. Obiit anno 1406.

T 2 die

die 18. calendas Iulij. *Carolus Sigonius de episcopis Bon. lib. 3.*

61 D. Ioannes, Bononiensis, monachus & Abbas Monasterii S. & Proculi, Antonio Corrario, q̄ Bartholomæo successerat, surrogatus anno Domini 1412. die octavo Idus Nouembris, sexto Idus eiusdem mensis solenniter consecratus est: Adfuit Concilio Constantiensi, anno 1414. & sequenti quorundam æmulatione abdicare coactus, paulo post anno, scilicet 1417. quarto nonas Ianuarij ex uita decessit. *Idem Sigonius lib. 3.*

63 D. Bartholomæus Zambeccarius, Caroli filius, monachus & Abbas Sancti Bartoli Ferrariæ, à populo contra Nicolaum Albergatum in schismate anno 1429. Episcopus electus, episcopalia munia exercuit per annum; sequenti enim renunciare coactus, Abbatiam suam S. Bartoli, tum amissam, Summi Pontificis Romani fauore, à Marchione recepit, in qua postmodum migravit è uita. *Idem Sigonius lib. 4.*

*Brandeburgenses in Germania, sub Magdeburgensi Archiepiscopo.*

D. LAMPERTVS, monachus & Abbas Ilseburgensis, uir in ecclesiasticis & monasticis disciplinis exercitatissimus, cum officium sibi commissum, & munus episcopale, diligenter impleret, quorundam æmulorum suorum coniuratione è medio sublatus, regnum cælestis, ut pie creditur, cum palma martyrii intrare promeruit. *Tritemius lib. 4. cap. 235.*

D. Folchadus, Germanus, monachus, & Præpositus Monasterii Altahensis, uir tanto officio dignus, ob singulares animi dotes creatur episcopus Brandeburgensis, anno Domini circiter 990. uel circa. *Auctor uita S. Gothardi Episcopi cap. 44. tomo 7. Suriij 4. Maij.*

*Bremenses in Saxonia, sub Magdeburgensi; post Archiepiscopalis sedes.*

1 S. VVILLEHADVS, siue Vuilhardus, monachus Monasterii S. Vuli librordi Epternacensis, à Carolo Magno Imperatore anno 788. primus Bremensis Ecclesiæ ordinatus episcopus, in magna sanctitate populum suum rexit annos 2. menses 3. dies 26. Obiit autem senex & plenus dierum in Frisia anno 790. die sexto Idus Nouembris, & Bremam relatus in ecclesia S. Petri sepulturam accepit. *Tritemius lib. 3. cap. 195. & alij permulti.*

*Brixienfes in Italia, sub Mediolanensi Archiepiscopo.*

23 S. PATERIVS, Romanus, monachus & discipulus S. Gregorij Papæ I. ob singularem eruditionem Brixienfis episcopus creatus, de ta-

de talento sibi credito fructum centesimum reportans, doctrina, & sanctitate clarus, inter album Sanctorum relatus est. Floruit anno 600. Eius festiuitas nono calendas Martii digno honore recolitur.

*Ipse de se in prologo excerptionum suarum.*

Scriptit S. Gregorio Magistro suo hortante tres libros expositionum ipsius S. Gregorii in obscuriora tam ueteris, quam noui testamenti loca, duos uidelicet de testimoniis ueteris testamenti, & unum de testimoniis noui; hos nuncupauit,

Testimoniorum, lib. 3.

Excusi sunt aliquoties, & nouissimè operibus S. Gregorii, Romæ anno 1590. in folio impressis inserti sunt.

*Brixinenses in Bauaria, sub Saltzburgensi Archiepiscopo.*

D. LAMPERTVS, à Buren monachus Neouurlerensis, & Abbas Genbacensis, à Romano Pontifice episcopus ordinatus, anno 1350. uel circiter, in officio fuit usque ad annum 1363. quo anno iussu Urbani Papæ V. hac sede relicta, ad Spirensis cathedram se transtulit.

*Demochares de sacrif. missæ, tomo 2. cap. 35.*

*Burgenses in Hispania, sub Toletano Archiepiscopo: nunc exempti.*

D. RAMIRVS, Hispanus, Arago Sanctii Aragoniæ Regis filius, monachus primum S. Pontii de Tomeriis in territorio Narbonensi, deinde SS. Facundi & Primitiui Abbas: postea Burgensis episcopus; mox Pompelonensis. exinde Rotæ & Barbastri; ad extremum fratribus defunctis Aragoniæ Rex & Sacerdos, uti produnt ueteres tabulæ mense Octobri data, ubi se Regem & Sacerdotem nominat, in omni uita sua irreprehensibilem se exhibuit. Vixit in hac dignitate anno 1100. *Ioan. Mariana lib. 10. cap. 2. & 15.*

## Episcopatus de littera C.

### Cap. XXXIX.

*Cesar Augustani in Hispania, nulli subiecti; nunc sunt Archiepiscopi.*

**S.** **I**OANNES, Hispanus, S. Braulii episcopi, & in regimine successoris frater, monachus primum deinde Abbas illius cœnobii in Hispania, quod à S. Aemiliano eius discipulo, hodie, Monasterium S. Aemiliani uocatur, episcopus renunciatus, non minus monastici rigoris obseruator fuit, quam episcopalis muneris, & tandem doctrinæ laude, &

T 3 miracu-

miraculorum gloria, sanctitatisque opinione clarus, migravit in cœlum, circa annum Domini 640. paulo ante uel post; cuius uita conscripta est ab eius fratre & successore S. Braulio, simplici quidem, sed ueraci stylo. *S. Ildephonsus de uir. illustribus, cap. 6. & Ambrosius de morales in hist. Hispania lib. 12. cap. 18. qui eius res gestas fusè satis prosequitur.*

*Caietani in Campania exempti.*

D. RAINALDVS, monachus Monasterii Casinensis, episcopus ordinatur ab Urbano Papa II. circa annum Domini 1090. *Petrus in li. 4. chron. Casinensis. cap. 7.*

D. Richardus, monachus Monasterii Casinensis, consecratur à Paschale Papa II. circiter annum Domini 1117. *Idem. Petrus lib. 4. cap. 59.*

*Calcedonenses in Grecia, sub Constantinopolitano Patriarcha.*

D. MARTINVS Cupperus, Mechliniensis, Belga, Carmelitane primus uinæ cultor, deinde Benedictinæ uindemiator egregius, Abbasque Monasterii Crispiniensis, inter Montes Hannonia, & Valencenas, uir doctus, & uenerandi aspectus, & Archiepiscopi Cameracensis suffraganeus, ætate iam grauis obiit anno Domini 1571. & in cœnobio suo sepultus est. *F. Petrus Lucius Belga in bibliotheca Carmelitana.*

*Cameracenses & Attrebatenses simul, in Belgio, sub Rhenensi Archiepiscopo.*

25 D. Inguelramus, siue Enguerranus, monachus Corbeie Gallicæ, in episcopum promotus, floruit anno 1010. uel circa. *Demochares de sacrif. missæ tomo 2. cap. 15.*

26 D. Autbertus, huius nominis secundus, monachus Monasterii Attrebatensis (ut arbitror) S. Vedasti, Inguelramo surrogatus est. Fundator fuit Canoniorum Sancti Autberti Cameraci. Vixit anno 1015. *Demochares ibidem.*

*Cameracenses solum, sub Remensi: nunc sunt Archiepiscopi.*

36 3. D. ODO, siue Otto, monachus & Abbas Monasterii S. Martini Tornacensis, uir doctus & eruditus, multa ingenii sui monimenta posteris reliquit. Primus fuit qui Canonem Missæ commentarijs illustrarit, Obiit anno Domini 1113. *Demochares ibidem. & Trithemius lib. 2. cap. 118. & alij.* Scripsit non contemnendæ lectionis opuscula, de quibus extant præcipuè,

Sermones, & Homiliæ ad fratres, lib. 1.

De Incarnatione Domini ad Vuilbodonem monachum, dialogo-

Iogorum, lib. 1.

De villico iniquitatis, lib. 1.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

In Canonem Missæ, expositio elegantissima, quæ aliquoties excusa, nouissimè in tom. 4. Bibliothecæ SS. Patrum, Margarini de la Bigne, relata est, sub nomine Oddonis Abbat. Cluniacensis, in quo correctione indigere videtur Margarinus. Odo nanque Cluniacensis Abbas de Corpore & Sanguine Domini, nihil aliud composuisse fertur, præter duodecim versus hexametros: nec ab ijs, qui de scriptoribus Ecclesiasticis scripserunt, tale quid in eius lucubrationibus ei tribuitur, sed Odoni episcopo Cameracensi. Versus uero illi Odonis Cluniacensis in bibliotheca nostra S. Benedicti Mantuani per me in quodam ueteri exemplari MS. reperti, ne pereant, hic apponuntur.

*D. Odonis Abbatis de Sacramento corporis & sanguinis Domini, Versus.*

Conuiuas epuli mundos Deus esse superni,

Vt docet & seruis Dominus vestigia lauit.

Muneribus uariis, & pluribus inde reiectis

Fruentum & uinum, cunctis hoc protulit unum.

Hoc sacrat, hoc nimium quod fit breue, quod nimis altum,

Tam modicum sumptum tam facile, atque paratum;

Tam sublime tamen quod totam habeat deitatem.

Sufficit hoc solum mundi purgare piaculum.

Hinc placet hoc munus, quod fit de pluribus unum,

Corpus hinc capiti, caput inde cohæret, & illi;

Hoc genus, hoc unum placet, hoc durabit, in æuum.

Hoc facile est, nitidum, simplex, deitate que plenum.

*Canadenses in Morania, sub Colocensi Archiepiscopo.*

S. GERARDVS de Secretis, Patricius Venetus, monachus Monasterii Beel in Hungaria, ob singularem pietatem episcopus ordinatus, toto regiminis sui tempore, continua uerbi Dei prædicatione multos ab iniquitate, ad pietatem adduxit: sed tandem ab impijs tentus, capitis obruncatione coronam martyrii promeruit anno 1042. die octauo calendæ Octobris. *Tritemius lib. 4. cap. 234. Bonfinius decadis. 2. rerum Hungariæ lib. 1. & 2. & alij.*

*Candidæ Casæ in Scotia, sub Sancti Andreæ Archiepiscopo, siue Massæ Candidæ seu Candidæ casæ, in Anglia, sub Archiepiscopo Eboracensi.*

1 D. Trinuinus, siue Trunuinus, Anglus, monachus Streneshalensis,

T 4

halensis,

halcensis, à Theodoro Archiepiscopo Cantuariensi, anno 678. creatus, & consecratus est episcopus Pictonum, siue Candidæ Casæ, in ciuitate Vuiterna; qui cum aliquot annis, exemplo prius, verbo deinde, uiam salutis suis ouibus demonstrasset, amore solitudinis Prælaturam relinquens, ad Monasterium suum reuersus est, in quo, non sine opinione sanctitatis, migravit ad Dominum. *Trittemius lib. 4. cap. 167.*

4 S. Pethuinus, qui ab aliis uocatur Plechelmus, siue Pechtelmus, monachus Maildubiurbensis, siue Malmesburienfis in Anglia, anno 763. Episcopus renunciatus, annis tredecim in omni sanctitate præfuit, & miraculis clarus in pace quieuit anno 778. Idibus Iulii. Quiescit in Oudenzeel in Flandria. *Trittemius lib. 4. cap. 176. & Matthæus Vuestm. ad annos citatos, de amborum creatione & morte solum: dissentiunt tamen præfatus Trittemius, & Molanus in indiculo de tempore, quo claruisse hic fertur.*

*Carcaſsonenses, in Gallia, sub Narbonensi Archiepiscopo.*

D. GVLIELMVS Loy de Podio, Gallus, monachus Monasterii Cluniacensis, siue ut aliis placet, S. Flori, deinde eiusdem ciuitatis episcopus, decimus, postmodum sede Florensi relicta Carcaſsonensis Prælaturam assumens, ab eadem ad extremum Cardinalatus apicem ascendere meruit sub Gregorio Papa XI. anno 1375. *Demochares tomo 2. cap. 25. de sacrif. missæ: Belforestius, & alii.*

*Carleolenses in Anglia, sub Archiepiscopo Eboracensi.*

I D. AETHELVLFVS, monachus, & Prior, Monasterii S. Oswaldi, à Rege Angliæ Henrico, cuius erat Confessor, creati in illis est Carleoli primus episcopus ann. à Christo nato 1132. Et eo mortuo uidetur sedes illa uacasse usque ad annum 1230. quo Vualterus Mauclerc episcopus ordinatus est. *Matthæus Vuestmon. ad annum 1132.*

*Carnotenses in Gallia, sub Senonensi Archiepiscopo.*

65 D. P E T R V S, monachus & Abbas cœnobii S. Remigii, Rhemis, creatus anno 1180. præfuit annis septem. Obiit anno 1187. *Demochares tomo 2. cap. 18. & Francisc. Belforestius in sua Cosmographia, qui aliquantulum dissentit in ordine Episcoporum.*

82 D. Simon le Maire, monachus & Abbas Maioris Monasterii, ex episcopo Dolense, creatus est Carnotensis anno 1357. anno Episcopatus sui tertio, Christi 1360. diem obiit. *Demochares & Belforestius.*

84 D. Gulielmus de Conaco, siue Chenaco, Gallus, monachus & Abbas



Abbas Monasterii S. Florentii de Sanimurio, creatus anno 1368. præfuit usque ad annum 1371. quo relatus est in purpuratorum numerum à Gregorio Papa XI. *Belforestius ibidem.*

87 D. Ioannes Faber, siue le Feute, Belga Duacensis, monachus Monasterii S. Vedasti Attrebat, DD. Doctor, creatus anno Christi 1379. sedit annos 12. obiitque anno 1392. *Belforestius loco citato. Casinenses, sunt exempti, in Samnio.*

1 D. RAIMUNDVS, Campaniæ, Maritimæque, rector generalis & Comes, deinde monachus Monasterii Casinensis, anno 1323. à Ioanne Papa XXII. factus est primus episcopus S. Germani, siue Casinensis, Abbatiali dignitate in Episcopalem, transmutata: quo in honore fuit annis 15. obiitque anno Domini 1337. die septimo calendis Augusti, Casini sepultus.

8 D. Angelus de Pasta, monachus Casinensis, & octauus Episcopus, creatus anno 1358. sedit annos quatuor; obiitque anno 1361. die tertio idus Aprilis, & sepultus est in Monasterio Montis Casini.

*Horum duorum mentionem facit D. Placidus Romanus Monachus Casinensis, in historia sua Casinensi MS. que asseruatur Casini in Camera R.P. Abbatis.*

*Catalaunenses in Gallia, sub Archiepiscopo Rhemensi.*

D. ACHARIUS, monachus Monasterii Luxouiensis, episcopus electus, quod ore prædicabat, opere prius studebat implere, ne forte, aliis prædicans ipse reprobis efficeretur. Oibus igitur suis in timore Dei præfuit, & non sine opinione sanctitatis in pace quieuit. *Tritemius lib. 4. cap. 241.*

D. Godefridus, monachus & Abbas S. Germani de Pratis, Parisijs, creatus Episcopus, monastica vitæ semper memor, regularem disciplinam ad finem usque indefessè obseruare studuit. Floruit anno . . . . . *Belforestius in catalogo Abbatum S. Germani, in sua Cosmographia.*

*Catanenses in Sicilia, sub Metropolitano Montis Regalis.*

D. Angerius, Siculus Catanensis, monachus & Abbas S. Agathe Catanæ, ab Urbano Papa II. anno 1092. Ecclesiæ Catanensi præpositus, annis plus minus octo, ita laudabiliter præfuit, ut ab eodem postea anno 1099. in Episcopum Agrigentinum meruerit sublimari. *Fazellus de reb. Sic. lib. 20. dec. 2 cap. unico.*

*Cathanesienses in Scotia, sub Archiepiscopo Sancti Andree.*

D. Adam, Scotus, monachus & Abbas Malrosensis, deinde Episcopus Cathanesiensis in Scotia, à quibusdam incolis, subditis suis,  
noctu

noctu grauius primus vulneratus, deinde in culinam attractus, una cum alio monacho, qui ante eum occisus fuerat, & domo tota combustus est, anno Domini 1222. Hi diligenter conquisiti grauisimo supplicio fuerunt affecti. *Historia rerum Scotticarum lib. 7.*

*Cephaludenses in Sicilia, sub Messanenſi Archiepiscopo.*

D. F. RODERICVS de Vadillo Hispanus, monachus Congregationis Vallisoletanæ, factus episcopus, ob sapientiæ suæ meritum, plebem sibi commissam verbo & exemplo incessanter paut: obiit ab hinc decennio, uel paulo ante. *Iliescas lib. 4. cap. 26.*

*Cestrenses in Anglia, sub Archiepiscopo Cantuariensi.*

3 D. VVALTERVS, monachus, & Prior Dorobernenſis, Rogerio Episcopo successor datus est anno 1146. & præfuit, si recte annorum ratio posita est, usque ad annum 1187. *Matthæus Vuestmon. ad annum 1146.*

8 D. VVALTERVS de Grai, monachus & Prior Dorobernenſis, & Cancellarius Regis, creatus est anno 1210. & quinque annis in regimine uix completis, obiit. *Matthæus ad an. 1212*

*Churenſes, siue Curienses in Germania, sub Moguntino Archiepiscopo.*

32 D. HARTMANNVS, siue Artemannus, Churæ natus, Baro de plana terra, monachus Monasterii Einsidlenſis, deinde Abbas Fabarianus, episcopus Churenſis, creatus, aliquot annis laudabiliter ecclesiam suam rexit. Obit anno Domini 1039. *Demochares de sacrificiis tomo 2. cap. 35. & Belforestius, in Cosmographia sua, in catalogo Episcoporum Churenſium.*

34 D. Henricus, monachus Diuitis Augiæ, electus anno 1070. præfuit octo annis; & ad fuit concilio Moguntino; obiit anno 1078. *fidem auctores.*

35 D. Eberhardus, monachus & Abbas Campidonensis, Nordemberto episcopo in Monasterium detruso; & Heriberto ab Imp. Henrico III. de sede deturbato, eligitur Churenſis Corepiscopus potius, quam episcopus, anno 1085. & fuit in ea potestate, usque ad annum 1104. per annos, uidelicet plus minus. 19. Eo enim anno Odalrico episcopo creato, resignare coactus est. *Demochares.*

42 D. Vlricus, siue Vdalricus, Baro à Degerfelden supra Clingenonium, in comitatu Badensi, monachus & Abbas Monasterii S. Galli, cui præfuit annis. 33. creatus est episcopus anno 1174. & cū per octo annos episcopatum rexisset, eundem anno 1181. resignauit, retenta Abbatie suæ possessione. Cogebatur enim ab Alexandro

dro Papa III. qui in Synodo Romæ habita decreuerat; ne quis duas Prælaturas simul haberet, & si quis talis inueniretur, vna sola contentus, alteram resignaret. Tandem senio confectus, etiam Abbatie regimine se abdicauit anno 1199. & plenus dierum in pace quieuit. *Demochares, & Belforestius.*

49 D. Rodolphus, Baro à Gutingen, monachus & Abbas S. Galli, creatus anno Domini 1215. moritur Romæ anno 1226. regiminis sui vndecimo, & in ecclesia Lateranenfi sepultus est. *Auctores præfati.*

51 D. Vltricus, siue Vdaltricus, Comes Chiburgius, Hermanni Frater, monachus Einsildensis in Heluetia, electus episcopus anno 1233. quatuor annis in Pontificatu iuxta completis obiit anno 1237. Fundauit hic anno 1230. antequam episcopus crearetur Montem Sanctum, iuxta Vitudurum. *Auctores citati.*

60 D. Hermannus, Baro ab Elscenach & Arbona, monachus Einsildensis primum, deinde Abbas Fabarianus, creatus episcopus circa annum Domini 1314. præfuit usque ad annum 1327. *Demochares & Belforestius qui supra.*

*Ciuitates, uel Miluerburgenses, in Misnia, sub Magdeburgensi Archiepiscopo.*

1 S. HVGGO, monachus ordinis Sancti Benedicti, uir apud Deum magni, & excellentis meriti, diuina ordinatione primus Ecclesie Ciuitatis creatus episcopus, ordinatus est ab Adelberto primo Magdeburgensi Archiepiscopo anno Domini 968. & sanctitate clarus obdormiuit, anno Christi 980. regiminis sui anno 12. *D. Paulus Langius monachus Spanheimensis in chronico Ciuitatis: & Petrus Cratop. de episcopis Germanie.*

*Ciuitates, in Tuscia, sub Petri Patrimon. siue in Hispania, sub Compostellano Archiepiscopo.*

D. ANDREAS, Hispanus, monachus ordinis S. Benedicti, ex episcopo Megarense, ad Ciuitatem ecclesiam regendam promotus; ab ea deinde ad Aiatensem transijt, & demum S. R. E. Cardinalis Pœnitentiarius renunciatus est. *Trittemius lib. 4. cap. 43.*

*Claromontani in Gallis sub Archiepiscopo Bituricensi.*

D. Iacobus de Ambasia, Gallus monachus, & Abbas Monasterii SS. Petri & Pauli Cluniacensis, & post episcopus Claromontanus in Aruernia, uir doctus & tanto officio dignus: claruit anno Domini 1507. *Iudocus Clithoneus in epistola ad eundem, præfixa libello de clau-*

*clau-*

clauſtro animæ Gulielmi epiſcopi Pariſienſis.

*Cænomanenſes in Gallia, ſub Archiepiſcopo Turonenſi.*

30 D. VVLGRINVS, monachus Gallus ordinis S. Benedicti, creatus Episcopos anno Domini 1070. ſedit in Episcopatu annos 8. meſes 9. & dies 11. Obiit anno 1079. *Democh. de ſacr. miſſa, tomo 2. c. 23. & Belforeſtius in catalogo epiſcoporum Cænomanenſium Coſmographie ſuæ.*

33 D. Hildebertus, Gallus monachus Cluniaceniſis cœnobii, electus eſt Episcopos anno Domini 1106. & cum annis 29. & meſibus 6. laudabiliter præſuiſſet, ad Eccleſiam Turonenſem tranſijt, in qua doctrina, & deuotione clarus obiit. *Chron. Cluniaceniſe MS.*

*Compoſtellani in Hiſpania, nulli ſubditi; nunc verò Archiepiſcopi.*

8 S. RODOSINDVS, Hiſpanus, Guterrij Comitum, & Aldare filius, monachus monaſterij Cellæ nouæ, quod ipſe proprijs ſumptibus ædificari curarat anno 938. deinde Episcopos Dumienſis, poſt Mondoneti, poſtremo Irienſis ſiue Cōpoſtellanus, in locum Siſnãdi tertij circa annum 964. renunciatus; cum annis tribus eccleſiam illam ſanctiſſimè rexiffet; ab eodem Siſnando deturbatus, ad monaſterium ſuum reuerſus eſt anno 967. in quo primum vitæ monaſticæ cultor exiſtens, poſtmodum Sancto Franquilæ Abbati in regimine ſucceſſit, & tandem miraculis clarus obdormiuit in Domino, anno 977. die Calendarum Martij; & anno 1136. in numerum ſanctorum ab Iacinto Cardinale, Alexandro P. P. III. iubente relatus eſt. *Vaſeus in Chron. Morales lib. 15. c. 29. & lib. 16. c. 16. 30. & 36. & Ioannes Mariana in Annal. Hiſpaniæ, lib. 8. c. 8.* Nonnulla ſcripſiſſe fertur, inter quæ extat Teſtamentum eius, quod adfertur à Morale locis citatis.

10 S. Petrus Monſorius, Hiſpanus, monachus, & Abbas monaſterij quod Ante altaria vocatur, vir ſpectatæ virtutis, & tãtæ ſanctitatis, tamque religioſis ornatus moribus, vt Veremundus Rex eius virtutibus commotus, Compoſtellanæ Eccleſiæ, cui hic Petrus præerat, reſtitui iuſſerit, quæcumque iniuria ſuperiorum temporum erant ablata. Electus eſt, ut vult Mariana, anno Domini 981. in locum Pelagij Velasquij, qui ob impares mores ab Episcopatu pulſus fuerat. Quantum federis non liquet. Obiit doctrina, & ſanctitate clarus, quarto Idus ſeptembris. *Vaſeus in Chron. ad ann. 963. Ioannes Mariana in Annal. Hiſp. lib. 8. cap. 8. & alii.*

D. Petrus alter Hiſpanus, monachus & Abbas Carduiceniſis, ſiue Sancti Petri de Cardena, à Ricardo Abbate S. Victoris Marſiliæ Apo-

Apostolicę sedis legato, & S.R.E. Cardinale, Compóstellę Episcopus factus, pro quodam Pelagio, qui ab eodem Ricardo remotus fuerat, pauco tempore præfuit: litigantibus enim de Episcopatu præfatis Petro & Pelagio, ambobus remotis, tertius constituitur Dalmachius Cluniacensis monachus ab Urbano Papa II. anno Dom. 1096. adiuncta eidem Archiep̄ali dignitate, qua tunc usque Compóstella caruerat. *Joannes Mariana in Annal. Hispania, lib. 10. c. 6.*

*Constantienses, siue Vindonissenses, sub Moguntino Archiep̄scopo.*

11 S. IOANNES, Scotus, discipulus S. Galli Abbatis, primum monachus in Scotia, deinde in Monasterio Sangallensi, electus est episcopus Constantiensis vñdecimus, anno Domini 650. & cum per aliquot annos in magna sanctitate præfuisset, migravit ad Dominum. *Belforestius in Cosmographia. Ant. Demochares de sacrif. missæ, tomo 2. cap. 35.*

19 D. Ernfridus, siue Anefridus, monachus & Abbas diuitis Augiæ, in lacu Veneto, creatus anno 736. præfuit annis 10. Obiit anno 746. *Demochares, locis citatis, & Hermannus Contractus in Chronico.*

20 D. Sidonius, seu Sidonius, monachus & Abbas diuitis Augiæ quintus, Ernfrido surrogatus, præfuit annis 13. Hic Monasterium S. Galli ambiens, iniquis principibus, in damnatione S. Othmari Abbatis consensit. Obiit anno Domini 759. ante altare S. Galli profluuium uentris. *Auctores citati.*

21 D. Ioannes, monachus diuitis Augiæ, Sidonio repentina morte erepto, episcopatu, & vtrique Abbatie S. Galli, scilicet, & Augiæ diuitis, præfuit. Vir fuit eruditione & doctrina clarus, & ecclesiasticarum rerum promotor præcipuus. Fuit in regimine annis 21. moriensque anno 781. sepultus est in ecclesia Augiensi, in sacello Diuo Chiliano dicato. *Præfati auctores, & Tritemius, lib. 4. cap. 238.*

23 D. Vvolfolon, monachus Monasterii S. Galli in Heluetia, Eginonis Episcopi prædecessoris sui carne nepos, creatus anno Domini 813. præfuit annis 18. obiit anno 831. *Demochares loco citato.*

28 D. Salomon, monachus, & Abbas S. Galli, & Ludouici II. Imp. Sacellanus, creatus est Episcopus anno 891. præfuit annis 29. obiit anno 919. & in ecclesia Cathedrali Constantiensis sepultus est. *Belforestius, & Demochares.*

29 D. Notingus, monachus S. Galli, in locum Salomonis electus, præfuit annis plus minus 14. obiitque anno 934. in ecclesia Constantiensi

stantiensis sepultus. *Auctores præfati.*

30 S. Conradus, siue Cunradus, Henrici Comitis Altorfensis filius monachus Monasterii S. Galli, siue diuitis Augiæ, Noringo immediate succedens, in omni sanctitate populum sibi commissum gubernauit annos 41. Quo temporis spatio, totus in templorum constructione, uel reparatione fuit. Ter sepulchrum Domini uisitauit: & tandem laboris sui præmium accepit à Domino anno 975. die sexto calendæ Decembris, ad cuius sepulchrum diuinitus olim multa fiebant miracula.

32 S. Gebehardus, siue Eberhardus, Vthonis Comitis Brigantini filius, monachus Sangallensis, siue Augiæ diuitis, anno Domini 979. electus, ecclesiam rexit an. 16. Hic inter cætera pietatis officia quæ operatus est, Monasterium Petershusij S. Gregorii instituti Benedictini propriis sumptibus extruxit, in quo & sepultus est, anno Domini 995. die sexto calendæ Septembris.

ANNOTATIO.

*Horum duorum, & alterius qui sequetur, Virici uidelicet episcopi. 44. monachismus quidem apertis uerbis non explicatur; fuisse tamen Monachos colligere licet ex uerbis Francisci Belforestij, qui in descriptione ciuitatis Constantiensis, sic loquitur.*

*Numerantur autem 83. Episcopi, quos habuit Vindonissa, ac deinde Constantia usque ad tempora nostra, quorum bona pars fuerunt monachi cœnobij S. Galli, & diuitis Augiæ. Anno Dom. 935. S. Conradus Comes Altorfensis factus est Episcopus Constantiensis, contulit que Episcopati omne suum patrimonium. Secundus post ipsum (de grege monachorum scilicet) fuit Gebhardus Comes Brigantinus, ex matris utero casus, qui fundauit Monasterium Benedictinum, in Petershusio, & collegium Canoniorum in Zurzachio. Longe postea fuit alius Episcopus (monachus uidelicet ut ego interpretor) nomine Ulricus Comes à Dillingen, & Kiburg, qui construxit ac dotauit de suo patrimonio, Monasterium Cruzzlingen. Obiit anno 1127. Hæc Belforestius.*

33 D. Lambertus, monachus Monasterii S. Gregorii de Petershusio, S. Gebehardo ad patres adposito, factus est Episcopus anno 996. unanimi omnium uoce electus, & cum annis 13. laudabiliter præfuisse, obiit anno 1009. *Demochares loco citato.*

36 D. Vuarmannus, Comes Dillingensis, & Chiburgius, monachus diuitis Augiæ, creatus anno 1026. præfuit annis. 8. uitæ & honori ualedixit, anno 1034. Constantiæ sepultus. *Demochares ibidè. Scripsit uitâ S. Pirminij Abb. primi fundatoris Monasterii Angiæsis,*

D. Ge-

42 D. Gebhardus, siue Gerhardus, Dux Zeringensis, & monachus Monasterij S. Aurelij Hirsaugiæ, in diœcesi Spirensi, creatus anno 1084. & undecimo calend. Ianuarij ab Ottone Ostiensi Episcopo consecratus, Constantiensis Episcopus, præfuit primum non sine difficultate, annis decem: deinde sede sua pulsus, ab ea exulauit annis tredecim; quam postea auxilio Abbatis Petershusani recepit anno 1107. eamque pacifice rexit annis undecim: Obiit anno Christi 1118. assumpti episcopatus 35. *Demochares ut supra. Tritemius lib. 4. cap. 245. & Bertholdus Constantiensis in appendice ad Contractum ad annum 1084.*

## S C H I S M A.

43 D. ARNVLPHVS, Comes Sancti Montis, Sueuus monachus S. Galli, Gerharo, in exilium relegato, intruditur vi per Abbatem suum Vlricon, huius nominis tertium, Carinthiæ Ducis filium, anno 1094. & præfuit in schismate annis. 13. Sed ipso Gerharo sedi suæ restituto, abdicare compulsus, ad cœnobium suum reuersus est anno 1107. *Demochares, ut supra.*

44 D. Vlricon, Comes Dillingensis & Chiburgensis, monachus S. Galli, siue diuitis Augiæ, Gerharo anno 1118. in pace defuncto, in eius locum substitutus, & à Gelasio Papa II. confirmatus, consecrationem accepit ab Archiepiscopo Mediolanensi. Postmodum, à Calisto Papa II. procurauit in album Sanctorum referri S. Cunradum Episcopum, anno 1120. cum iam ille 144. annis quieuisset sub terra. Obiit tandem anno 1127. regiminis sui 10. Constantiæ in cathedrali sepultus. *Ex coniectura uerborum Belforesii supra citatorum.*

45 D. Vlricon, Baro de Castillis, monachus Monasterii S. Blasij in Silua Hercynia, vnanimi Canonicorum consensu dignus pronunciatu qui Vlricon succederet, præfuit annis undecim; sed curæ pastoralis pertæsus, honori & episcopatu cessit libere, & ad suum Monasterium rediit anno 1138. *Demochares, loco sepe citato.*

50 D. Dietheluuus, Baro de Vuylsemburg, monachus & Abbas Augiensis, creatus anno 1191. præfuit annis 12. obiit anno 1204. *Demochares.*

64 D. Henricus, huius nominis tertius, Baro à Brandis, monachus & Abbas Enilsildensis; corruptione creatus, consecratus est, anno 1356. die 15. Maii. præfuit annis 26. omnibus ingratus & inuisus, obiit anno 1383. apud Chingenouum die 22. Nouembris, Constantiæ in cathedrali sepultus. *Demochares.*

## S C H I S M A.

65 D. MANGOLDVS, Baro à Brandis, superioris Henrici nepos, monachus & Abbas diuitis Augiæ, anno 1384. die 27. Ianuarii à nouem Canonicis electus, & ab Adolpho Archiepiscopo Moguntino confirmatus, præfuit in schismate contra Nicolaum à Rylemburg à Summo Pontifice approbatum, anno uno, & diebus 8. Obiit anno 1385. die tertio Februarii. *Demochares, ut supra.*

## ANNOTATIO.

*In computatione annorum tam creationis, quam mortis, huius sedis Episcoporum, diuersa à diuersis adferuntur sententiæ: Aliter enim Demochares, quam Belforestius, nec his duobus Hermannus Contractus in chronico, in omnibus consentit. Nos opinionibus omnium rite consideratis, Hermannum quidem, qui illis temporibus uixit, præferendum duximus, ita tamen ut ab eius quoque sententia libenter discessimus, cum aliorum opiniones probabiliores nobis uiderentur. Et si aliquando, id quod rarius, nec unum, nec alium sequimur, hoc ex aliorum historicorum fide ignorum, ut sunt Bertholdus Constantiensis, Trittenius, & alij, opinione factum est: qui ut plurimum præfentes cum fuisse uideantur actionibus à se enarratis, eorum relationibus adherendum iudicauimus. Si quid tamen male positum fuerit, Lector diligens suppleat.*

*Constantienses in Normandia, sub Rothomagensi Archiepiscopo:*

70 D. RENATVS de la Bresche, monachus ordinis S. Benedicti, septuagesimus Constantiensis Episcopus creatus circa annum Domini 1518. obiit anno 1530.

71 D. Philippus de Cofse, monachus eiusdem ordinis, in locum Renati positus, aliquot annis laudabiliter præfuit. *De his duobus agit Demochares de sacrif. Missæ to. 2. c. 20. & Frac. Belfor. in cosmographia sua.*

*Cordubenses in Hispania, sub Compostellano Archiepiscopo, siue sub Vlixponensi.*

D. Agapetus, melius Agapius ex milite prophano, monachus, de inde, Episcopus Cordubensis, reuelatione diuina inuenit corpus S. Zoili martyris Cordubensis, anno 618. quod solenni pompa, comitante clero ac populo, transtulit in ecclesiam S. Felicis. Vir fuit simplex, interfuitque concilio Hispalensi secundo. *Io. Vases in chronico.*

*Cuuerenses, siue Conuernienses in Hibernia, sub Armacano Archiepiscopo.*

D. ADAM, monachus & Abbas monasterij Vuardoniensis, Episcopus Cuuerensis, anno Domini 1244. in monasterio suo Vuardon. diem extremum clausit. *Mattheus Vuestm. ad annum 1244.*

Episco-



## Episcopatus de litera D.

## Cap. XL.

*Dommocenses, siue Orientalium Anglorum, sub Eboracensi Archiepiscopo.*

D. 4 **B**OSA, monachus Sreneshalcensis in Anglia, circa annum Domini 670. Episcopus creatus, interfuit Concilio Anglicano à Sancto Theodoro Archiepiscopo Cantuariensi congregato, & anno 673. celebrato: anno autem sequenti cum graui detineretur infirmitate ab administratione suspensus, Accam habuit successorem. Deinde anno 678. cum Sanctus Vuilfridus iam secundò sede sua Eboracensi pulsus fuisset à Rege, Bosa eius locum tenuit annis aliquot, a qua iterum semotus, in pace non longe post uitam finiuit. *Tritt. lib. 4. cap. 64. Mathæus Vuestm. ad an. 673. & 678. & alibi.*

5 S. Acca, monachus in Anglia, cum S. Bosa, eius in regulari disciplina præceptor, ab administratione segregatus fuisset, & episcopatus in duas sedes diuisus, quarum unam apud Helmham præoccupauit Beduinus, ipse apud Dommoc sedem posuit, quam tenuit annis fere 33. usque ad annum 711. illo enim anno, ad Hagulstadensem ecclesiam transiens, eandem annis 25. laudabiliter rexit, & miraculorum gloria clarus, postquam multos, in Frisia maximè, sua prædicatione ad Christum conuertisset, in Domino anno 736. obdormiuit. *Mathæus Vuestm. Beda lib. 5. cap. 21. & sequentibus,*

*Dorcestrenses, simul, & Vuintonienses in Anglia, sub Cantuariensi Archiepiscopo.*

1 S. ANCTVS Birinus, Italus, Romanus, monachus etiam Romanus, anno D. 635. ab Honorio summo Romano Pontifice, in Angliam missus, & Occidentalium Saxonum Episcopus constitutus, per Asterium Genensem Episcopus consecratus est. Illo autè ibi Euangelium prædicante, Rex eiusdem prouinciæ Chinigilsus, cum omni gente sua credens baptizatus est. A quo ciuitate Dorcestria donatus, sedem Episcopalem ibidem firmavit, & constructis longè lateque ecclesijs, diuini cultus propagines ad fructum in eis perducere laborauit; vnde & eorum Apostolus dici, & vocari meruit; sanctitatis etiam opinione ad miracula usque eo tempore clarens, à Poeta satis vetusto

V qui

qui eius uitâ carmine descripsit, hoc epigramate meruit honorari.  
 Dignior attolli quam sit Tirynthius heros,  
 Quam sit Alexander Macedo, Tirynthius hostes  
 Vicit, Alexander mundum, Birinus utrunque.  
 Nec tantum uicit mundum Birinus & hostem,  
 Sed sese bello vincens, & uictus eodem.

Obijt anno Domini 650. Apostolatus sui. 16. tertio Nonas Decēbr.  
*Beda lib. 3. cap. 7. & Tritemius lib. 4. cap. 140. & alij.*

2. D. Aegelbertus, siue Egilbertus, Agilbertus, Agilberchtus, seu Agilbrechtus, monachus in Gallia, Sancto Birino surrogatus, præ fuit annis decem, uir non minus religione, quam scientia clarus, tandem Regem Chincualchium, & regnum Angliæ relinquens, & in Galliam secedens, Episcopatum Parisiensem regendum suscepit anno Domini 661. *Tritemius lib. 4. c. 142.*

3. D. Vimo, siue Vuina, monachus Britannus, abdicante Aegelberto Episcopus constitutus, anno prælatus sui sexto, Christi Domini 666. à Chincualchio rege de sede sua pulsus; à Rege Merciorum Vulfhero episcopatum Londontensem accepit, ibidemque in pace quieuit anno Domini 674. *Tritemius lib. 4. c. 144.*

4. D. Eleutherius, siue Leutherius, monachus Parisiensis, Vimone sede sua deturbato, Anglorum Occidentalium Episcopus consecratus est à Theodoro Archiepiscopo Cantuariense anno 666. præ fuit laudabiliter annis plus minus. 14. Obijt, ut ex historijs colligere licet anno 680. *Tritemius lib. 4. c. 145.*

5. S. Heddi, monachus Sreneshalensis in Anglia, quod alio nomine monasterium S. Hildæ nominatur, uir & sanctitate uitæ, & sapientiæ doctrina insignis, Eleutherio successor datus, ecclesiam suâ verbo & exemplo strenue gubernauit, annis plus minus. 24. Obijt anno Christi 704. & in loco quo defunctus est, ob meritum Sanctitatis eius multa sunt patrata miracula. Nam homines prouinciæ illius, puluerem inde ablatum in aquam mittere solebant propter languentes, cuius gustu, & asperione, multi se sanitatem recepisse gaudebant. Hoc defuncto, episcopatus in duas partes scissus est, quarum una id est, Vuintoniensis, data est Danieli quidam; altera, scilicet, Scireburnensis, collata est S. Aldelmo. De his ergo sedibus suo loco. *Tritemius lib. 4. c. 164. & Mattheus Vuestm. ad ann. 680. ex quo item annorum rationem hic digessimus.*

*Dorcestrenses in Anglia, sub Cantuariensi Archiepiscopo.*

6. D. ACILA, Anglus, monachus Monasterii Hildæ, siue Sreneshalensis,

ensis, deinde episcopus Doricestrensis creatus, in omni pietate gregem suum gubernauit. Floruit anno Domini 600. & quod excurrit. *Demochares, tomo 3. cap. 5.*

*Dumienses in Hispania, qui postea Bracarense Archiepiscopi.*

1. S. MARTINVS, monachus, & Abbas Monasterii Dumiensis, primusque illius loci etiam Episcopus, sua predicatione Sueuos ab Arianismo ad unitatem fidei redaxit. Vixit anno 570. & sanctitate clarus migravit, die 13. calend. Aprilis. *Tritemius lib. 2. cap. 13. Ambrosius de moralib. in hist. Hisp. lib. 11. cap. 62. & alii.*

*Dunenses in Hibernia, sub Archiepiscopo Armacano.*

S. MALACHIAS, Hibernus, monachus Bencorensis, & Archiepiscopus Ardinacensis, cum aliquot annis sedi illi praefuisset, humilitatis causa Archiepiscopatu abdicauit anno circiter Domini 1137. & Dunensi sede contentus in ea ad finem usque uitae permansit. Obiit anno 1148. die 2. Nouembris. *S. Bernardus in eius uita.*

Ad eum extant epistolae S. Bernardi tres, uidelicet, 315. 316. & 317. Scripsisse fertur & ipse nonnulla opuscula, de quibus nihil haecenus uidi, praeter quamdam prophetiam de Summis Pontificibus, quae quia breuis est, & nondum quod sciam excusa, & à multis desiderata, hic à me apposita est.

*Prophetia S. Malachiae Archiepiscopi, de Summis Pontificibus.*

Ex castro Tiberis. Caelestinus. ij. Typhernas.  
 Inimicus expulsus. Lucius. ij. De familia Caccianemica.  
 Ex magnitudine motus. Engenius. iij. Patria Etruscus oppido  
 Montis magni.  
 Abbas Suburranus. Anastasius. iij. De familia Suburra.  
 De rure albo. Adrianus. iij. Vilis natus in oppido San-  
 cti Albani.  
 Ex retro carcere. Victor. iij. Fuit Cardinalis S. Nicolai  
 in carcere Tulliano.  
 Via Transiberina. Callistus. iij. Guido Crementis Cardina-  
 lis S. Mariae Transiberim.  
 De Pannonia Thusciae. Paschalis. iij. Antipapa. Hungarus natio-  
 ne, Episcopus Card. Tusculanus.  
 Ex anfore custode. Alexander. iij. De familia Paparona.  
 Lux in ostio. Lucius. iij. Lucensis Card. Ostiensis.  
 Sus in cribro. Urbanus. iij. Mediolanensis, familia cri-  
 bella, quae suem pro armis gerit.  
 Ensis Laurentii. Gregorius. viij. Card. S. Laurentii in Luci-  
 na, cu-

- na, cuius insignia enses falcati.
- De Schola exiet. Clemens. iij. Romanus, domo Scholari.
- De rure bouensi. Cælestinus. iij. Familia Bouensi.
- Comes Signatus. Innocentius. iij. Familia Comitum Signia.
- Canonicus de latere. Honorius. iij. Familia Sabella, Canonicus S. Ioannis Lateranensis.
- Auis Ostiensis. Gregorius. ix. Familia Comitum Signia Episcopus Card. Ostiensis.
- Leo Sabinus. Cælestinus. iij. Mediolanensis, cuius insignia Leo, Episcopus Card. Sabinus.
- Comes Laurentius, Innocentius iij. domo flisca, Comes Lauania, Cardinalis S. Laurentii in Lucina.
- Signum Ostiense. Alexander. iij. De comitibus Signia, Episcopus Card. Ostiensis.
- Hierusalem Campanie. Urbanus. iiii. Gallus, Trecentis in Campania, Patriarcha Hierusalem.
- Draco depressus. Clemens. iiii. cuius insignia Aquila vnguibus Draconem tenens.
- Anguinus uir. Gregorius. x. Mediolanensis, Familia vicecomitum, quæ anguæ pro insigni gerit.
- Concionator Gallus. Innocentius. v. Gallus, ordinis Prædicatorum.
- Bonus Comes. Adrianus. v. Ottobonus familia flisca ex Comitibus Lauania.
- Piscator Thuscus. Ioannes. xxi. antea Ioannes Petrus Episcopus Card. Tusculanus.
- Rosa composita. Nicolaus. iij. Familia Vrsina, quæ rosam in insigni gerit, dictus compositus.
- Ex teloneo liliacei Martini. Martinus. iiii. cuius insignia lilia, canonicus, & thesaurarius S. Martini Turonen.
- Ex rosa leonina. Honorius. iiii. Familia Sabella insignia rosa à leonibus gestata.
- Picus inter escas. Nicolaus. iiii. Picenus patria Esculanus.
- Ex eremo celsus. Cælestinus v. Vocatus Petrus de Morrone Eremita.
- Ex undarū bñdictione. Bonifacius. viii. Vocatus prius Benedictus, Caetanus, cuius insignia undæ.
- Concionator patereus. Benedictus xi. qui uocabatur Frater Nicolaus, ordinis Prædicatorum.

De

- De fessis aquitanicis. Clemens V. natione aquitanus, cuius insignia fessæ erant.
- De sutore osseo. Ioannes XXII. Gallus, familia Ossa, Sutoris filius.
- Coruus schismaticus. Nicolaus V. qui uocabatur F. Petrus de corbario, contra Ioannem XXII. Antipapa Minorita.
- Frigidus Abbas. Benedictus XII. Abbas Monasterii fontis frigidi.
- De rosa Attrebatensi. Clemens VI. Episcopus Attrebatensis, cuius insignia Rosa.
- De môtibus Pâmachii. Innocentius VI. Cardinalis SS. Ioannis & Pauli. T. Panmachii, cuius insignia sex montes erant.
- Gallus Vicecomes. Urbanus V. nuncius Apostolicus ad Vicecomites Mediolanenses.
- Nouus de uirgine forti. Gregorius XI. qui uocabatur Petrus Belfortis, Cardinalis S. Mariæ nouæ.
- De cruce Apostolica. Clemens VII. qui fuit Presbyter Cardinalis SS. XII. Apostolorum, cuius insignia Crux.
- Luna Cosmedina. Benedictus XIII. antea Petrus de Luna, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin.
- Schisma Barchinoniû. Clemens VIII. Antipapa, qui fuit Canonicus Barchinonensis.
- De inferno prægnâti. Urbanus VI. Neapolitanus Pregnanus, natus in loco qui dicitur Infernus.
- Cubus de mixtione. Bonifacius IX. familia tomacella à Genua Liguriæ orta, cuius insignia Cubi.
- De meliote sydere. Innocentius VII. uocatus Cosmatus de melioratis Sulmonensis, cuius insignia sydus.
- Nauta de Pontenigro. Gregorius XII. Venetus, commendatarius ecclesiæ Nigropontis.
- Flagellum solis. Alexander V. Græcus Archiepiscopus Mediolanensis, insignia Sol.
- Ceruus Sirenæ. Ioannes XXIII. Diaconus Cardinalis S. Eustachii, qui cum ceruo depingitur, Bononiæ legatus, Neapolitanus.
- Corona ueli aurei. Martinus V. familia colonna, Diaconus Cardinalis S. Georgii ad uelum aureum.

- Lupa Cœlestina. Eugenius. III. Venetus, canonicus antea regularis Cœlestinus, & Episcopus Senensis.
- Amator Crucis. Felix. V. qui uocabatur Amadaeus Dux Sabaudia, insignia Crux.
- De modicitate Luna. Nicolaus. V. Lunensis de Sarzana, humilibus parentibus natus.
- Bos pascens. Callistus. III. Hispanus, cuius insignia Bos pascens.
- De Capra & Albergo. Pius. II. Senensis, qui fuit à Secretis Cardinalibus Capranico & Albergato.
- De Ceruo & Leone. Paulus. II. Venetus, qui fuit Commendatarius ecclesiæ Ceruensis, & Cardinalis tituli S. Marci.
- Piscator minorita. Sixtus. III. Piscatoris filius, Franciscanus.
- Præcurfor Sicilia. Innocentius VIII. qui uocabatur Ioânes Baptistâ, & uixit in curia Alfonso regis Sicilia.
- Bos Albanus in portu. Alexander VI. Episcopus Cardinalis Albanus & Portuenfis, cuius insignia Bos.
- De paruo homine. Pius. III. Senensis, familia piccolominea.
- Fructus Iouis iuuabit. Iulius. II. Ligur, eius insignia Quercus, Iouis arbor.
- De craticula Politiana. Leo. X. filius Laurentii medicei, & scholaris Angeli Politiani.
- Leo Florentius. Adrian. VI. Florêtii filius, eius insignia Leo.
- Flos pilei ægri. Clemens. VII. Florentinus de domo medica, eius insignia pila, & lilia.
- Hiacinthus medicorû. Paulus. III. Farnesius, qui lilia pro insignibus gestat, & Card. fuit. SS. Cosme, & Damiani.
- De corona montana. Iulius. III. antea uocatus Ioannes Maria de monte.
- Erumentum floccidum. Marcellus. II. cuius insignia ceruus & frumentum, ideo floccidum, quod pauco tempore uixit in papatu.
- De fide Petri. Paulus. III. antea uocatus Ioannes Petrus Caraffa.
- Esculapii pharmacum. Pius. III. antea dictus Io. Angelus Medices.
- Angelus nemorosus. Pius. V. Michael uocatus, natus in oppido Boschi.
- Medium corpus pilarû. Gregorius XIII. cuius insignia medium Dra-

co, Cardinalis creatus à Pio. III. qui pi-  
 la in armis gestabat.  
 Axis in medietate signi. Sixtus. V. qui axem in medio Leonis in ar-  
 mis gestat.  
 De rore cœli. Urbanus. VII. qui fuit Archiepiscopus Ros-  
 fanensis in Calabria, ubi mîna colligitur.  
 Ex antiquitate Urbis. Gregorius. XIII.  
 Piacuitas in bello. Innocentius. IX.  
 Crux Romulea. Clemens. VIII.  
 Vndosus uir. Pastor & nauis.  
 Gens peruersa. Animal rurale. Flos florum.  
 In tribulatione pacis. Rosa Umbriæ. De medietate lunæ.  
 Lilium & rosa. Vrsus uelox. De labore solis.  
 Iucunditas crucis. Peregrin<sup>9</sup> apostolic<sup>9</sup>. Gloria oliuæ.  
 Montium custos. Aquila rapax. In psecutione. extre-  
 Sydus odorum. Canis & coluber. ma S.R.E. sedebit.  
 De flumine magno. Vir religiosus. Petrus Romanus, qui  
 Bellua insatiabilis. De balneis Ethruriæ. pascet oves in mul-  
 Pœnitentia gloriosa. Crux de cruce. tis tribulationibus:  
 Rastrum in porta. Lumen in cœlo. quibus transactis ci-  
 Flores circumdati. Ignis ardens. uitas septicollis di-  
 De bona religione. Religio depopulata. ruetur, & Iudex tre-  
 Miles in bello. Fides intrepida. mēdus iudicabit po-  
 Columna excelsa. Pastor angelicus. pulum suum. Finis.  
 Quæ ad Pontifices adiecta, non sunt ipsius Malachiæ, sed R.P.F.  
 Alphonsi Giaconis, Ord. Prædicatorū, huius Prophetiæ interpretis.

Episcopatus de littera E.

Cap. XLI.

*Elienses in Anglia, sub Cantuariensi Archiepiscopo.*

D. 8 **I** OANNES, Anglus, monachus, & Abbas Mona-  
 sterii de fontibus in Anglia, uir simplex & iu-  
 stus, ac recedēs à malo, Episcopus in locum Eus-  
 tachi creatus & consecratus, anno 1220. die  
 8. Mensis Martii, in Dominica Letare; & cum  
 annis quinque optimè præsuisset, obiit anno  
 1225. Mense Junio. *Matthæus Vuestm. ad annos citatos.*  
 10 Beatus Hugo, Anglus, monachus & Abbas cœnobii S. Edmun-  
 V 4 di, me-

di, mediate Ioanni succedens, creatus est, Galfrido de Burgo Episcopo defuncto, anno 1228, sed non nisi anno sequenti die 4. Idus Iunii, ab Henrico de Sanford Episcopo Roffensi, consecrationis munus accepit. Præfuit autem utrique Ecclesiæ in omni sanctitate annis 40. Monasterio, uidelicet annis 14. deinde Episcopatu annis 26. & omni uirtutum genere decoratus obiit anno 1254. die quinto Idus Augusti, & in ecclesia sua Eliensi sepultus est. *Matthæus Vuestm. ad annos 1228. & 1254.*

13 D.H. Prior, & monachus Monasterii Eliensis, anno 1298. a maiori parte capituli electus, & ab Archiepiscopo Cantuariensi confirmatus est: sed cum à nonnullis aliis Ioannes de Langtona Regis Cellarius, creatus fuisset, causa coram Summo Pontifice agitata, & examinata; motus Papa de improbitate partium, Episcopum Noruicensem ad ecclesiam Eliensem transtulit, & hunc Priorem Eliensem in Prælatum Noruicensem consecrauit. *Matthæus anno 1298.*

15 D.H. Prior, & monachus Eliensis, à Capitulo anno 1301. electus, sed ab Archiepiscopo Cantuariensi reprobatus, ad sedem Apostolicam profectus est: quo cum peruenisset, & ordine suæ ordinationis discusso, electio eius confirmata & approbata est. In Angliam igitur reuersus, Episcopus consecratus, & aliquot annis digne conuersatus, obiit. *Matthæus Vuestm. ad annum 1301.*

D. Simon de Langham, Anglus, monachus & Abbas Vuestmonasteriensis, anno 1361. Episcopus Eliensis creatus, paulo post anno 1366. ad Ecclesiam Cantuariensem translatus, biennio uix elapso excrecentibus meritis ab Urbano PP. V. in collegium Cardinalium ascitus, anno 1376. diem obiit, undecimo cal. Augusti. *Thomas Vualsingham in historia breui ad annos præfatos.*

*Erfordenses in Germania, sub Moguntino Archiepiscopo.*

1 S. ADELARIVS, Anglus, monachus Monasterii Muschellæ in Anglia, & S. Bonifacii Archiepiscopi discipulus, ab eodem primus & ultimus Erfordensis in Thuringia Episcopus consecratus, post multos in euāgelica messe perpeßos labores, una cum magistro suo, & aliis pluribus monachis, in Frisia martyrii coronam accepit, anno 755. die quinto Iunii: postmodum ad sedem suam translatus duodecimo calendas Maii. *Trittemius, lib. 4. cap. 183. & Petrus Crætopolius de Episcopis Germaniæ.*

*Eugubini in Ducatu Spoletano.*

S. Rodolphus monachus Monasterii S. Andreae, quod post S. Cræci s titulum gessit, congregationis Columbæ, & Sancti Petri Damiani



ni discipulus, ob eximiam sanctitatem Eugubinus episcopus factus, miraculis clatus obiit, die 26. Iunii. Floruit anno Domini 1070.

*S. Petrus Damianus in eius uita, tomo 7. Surij.*

D. MARCVS, monachus Monasterii S. Crucis de Auellana, Congregationis Columbæ, & Episcopus Eugubinus.

D. Ioannes de Laude, eiusdem Monasterii monachus, necnon & eiusdem quoque ciuitatis Episcopus. *Augustinus Flor. in hist. Camald. parte 2. lib. 5. cap. 16.*

## Episcopatus de littera F.

## Cap. XLII.

*Fanenses in Marchia Anconitana in Patrimonio Petri.*



IOANNES Baptista Bertuzulus, Cæsenas, monachus, & Prior S. Mariæ de Monte, Congregationis Casinensis, alias S. Iustinae de Padua, ob morum grauitatem & sapientiæ doctrinam Episcopus Fani renūciatus, munus suum strenuè obiit. Obiit his nostris temporibus. *D. Angelus à Carpenedulo eiusdem canobij Decanus, in quadam epistola ad me transmissa.*

*Firmani, in Marchia Anconitana.*

D. PHILIPPVS, monachus S. Crucis de Auellana, Congregationis Columbæ, Episcopus Firmanus. *Aug. Flor. part. 2. lib. 5. c. 16.*

*Florenses, siue Sancti Flori in Aruernia, sub Bituricensi Archiepiscopo.*

2 D. HENRICVS Fialtreus, monachus Cluniacensis, & Procurator in curia Romana, deinde illius Monasterii Abbas 29. creatus anno 1308. quod rexit annis undecim, translatus ad sedem S. Flori anno 1319. præfuit Episcopatu annis. 10. Obiit autem die 4. calendas Februarii, in ecclesia S. Flori sepultus, anno 1330.

*Chron. Cluniacense, & Demochares de sacrif. missæ, tomo 2. cap. 25. & Franc. Belforest. in Cosm. sua, in descriptione Aruernia.*

3 D. Archimbaldus, monachus Monasterii S. Flori, in Episcopu eiusdem ciuitatis assumptus est anno 1330. Hic instituit collegium Beatæ Mariæ in S. Floro. Obiit circa annum Domini 1340.

4 D. Deodatus de Canilhaco, monachus S. Flori, natione Antisiodorensis, Episcopus S. Flori, deinde Attrebatensis, postremo. S. R. E. Presbyter Card. anno 1343. renunciatus; obiit Auinione 1373. sepultus ibidem apud Franciscanos.

D. Pe-

- 5 D. Petrus de Stagno, seu Stanno, Gallus, monachus S. Flori, & Episcopus, postea Archiepiscopus Bituricensis creatus anno 1366. demum purpuratorum numero associatus est anno 1370. Obiit 1377. Romæ.
- 9 D. Hugo de Manhaco, seu Iugnaco, monachus S. Flori, & Episcopus, translatus est postmodum ad Ecclesiam Lemouicensem.
- 10 D. Gerardus Loy de Podio, Gallus, monachus Monasterii Cluniacensis, deinde Abbas Maioris Monasterii, & Episcopus S. Flori, post Carcassonenfis, ad ultimum S. R. E. Cardinalis à Gregorio Papa XI. anno 1375. renunciatus; Obiit Auinione anno 1383.
- 11 D. Bertrandus de Cadoena, monachus S. Flori, & Episcopus, ad ecclesiam Vtensem postmodum transit.
- 12 D. Iacobus Lupi, monachus S. Flori, & Episcopus.
- 13 D. Petrus de Lentoing, monachus S. Flori, & Episcopus.

## A N N O T A T I O.

*De his omnibus, eorumque monachismo, incipiendo ab Archimbaldo, tractant Demochares & Belforestius, locis supracitatis, & quod omittitur à Demochare, scilicet nomen Monasterij sue professionis, suppletur à Belforestio. Tempus tamen quo unusquisque eorum creatus est, ab ijsdè non explicatur.*

*Frisingenses in Bavaria, sub Saltzburgensi Archiepiscopo.*

1 S. CORBINIANVS Francus, monachus, & postea Eremiticæ vitæ cultor, in Germania, à S. Gregorio Papa II. Episcopus ad prædicandum Dei verbum ordinatus in agricultura Dominicæ strenuè insudavit, & postquam multos verbo & exemplo Christo acquisivisset, miraculis gloriosus obdormiuit in Domino, anno 751. Episcopatus sui 20. sexto Idus Septembris. *Otho Frisingensis in Chron. lib. 5. cap. 24.*

2 D. Herebertus, siue Erimbertus, monachus, & discipulus S. Bonifacii Episcopi, & S. Corbiniani frater, & successor, necnon virtutum eius imitator præcipuus, præfuit ecclesiæ suæ annis. 28. & bonis operibus plenus migravit è vita, anno Domini 780. *Trittemius lib. 4. cap. 221. Belforestius, & alij.*

*Frislarienses in Thuringia.*

1 S. ALBVINVS Hybernus, & monachus in Huéli monasterio insulæ Hybernæ, cū multos gentiliū ad Christi fidem, cuius causa in Germaniam deuenerat, sua prædicatione conuertisset, à Romano Pontifice primus Frislariensis Episcopus in oppido Burbach, ordinatus, verbum Dei ad finem usque vitæ seminare non desijt. Tandem

dem miraculis clarus in pace quieuit septimo cal. Nouembris, & Thuringorum Apostolus appellatus est. *Tritt. lib. 4. cap. 190. & alij. Fulginates, in Ducatu Spoletano, sub Patrimonio Petri.*

D. BENEDICTVS, monachus S. Crucis de Auellana, Congregationis Colūbe, & Episcopus Fulginensis. *Aug. Flor. par. 2. lib. 2. c. 16.*

D. ISIDORVS Clarius, Brixienfis, monachus monasterij S. Ioānis Euangelistæ Parmæ, & Abbas S. Mariæ Cesenæ, congregationis Casinensis, aliās S. Iustinæ de Padua, ordinis Diui Benedicti, uir & morum integritate, & scripturarum intelligentia, necnon linguarum peritia, clarissimus, qui Concilio etiam Tridentino summa cū sua laude adfuit, in omni uita sua dignum se Episcopatu ostendit: & cum magna apud suos sanctitatis opinione, præmium laborum suorum percepturus, migravit ad Dominum, & in Ecclesia Cathedrali Fulginæ sepultus, à Ciuibus suis sequenti Epitaphio est condecoratus.

*Isidorus Clarius, Brixienfis, Fulgineæ iam VII. annis Episcopus, uita & moribus integerrimus, exemplo & uerbis admirabilis, doctrina clariss. Christiana, Græcâq, Hebraica, Latina: mira in pauperes charitate ignitus, Annum sue ætatis circiter LX. agens: acutissima correptus febre, patientissime, placideq; obdormiuit, ac XL. post mortem horis, ob assiduam populi deosulationem, maximis cum lachrymis eiusdem, non feruens certè, prohi mirum, sed redolens, hic situs est, die XXVIIII. Maij. M. D. LV.*

De operibus eius, quibus nomen suum æternitati consecrauit, hæc uidi:

In sermonem Domini in monte habitum, secundum Matthæum orationes 69, excusas Venetijs anno 1546. 1565, 1566. & 1567. in 4.

In euangelium Lucæ; orationes 54, excusas ibidem 1565. in 4.

Orationum, extraordinariarum, tomos. 2. impresos Venetijs 1567. in 4. & 1577.

De Iustificacione hominis, & de Gloria, Orationes duas habitas in Concilio Tridentino, editas Venetijs 1548. in 8. & Louanii cum alijs in eodem concilio habitis in folio.

De modo diuitijs adhibendo homini Christiano, Orationem: excusam Mediolani 1540. in 4.

Translationem uulgatę editionis noui testamenti, impressam Venetijs 1541. in 8. in qua tamen ex sententia Catholicorum Patrum,

trum,

trum S. Conc. Trid. multa animaduersione digna reperta sunt.  
In caput. I X. epistolæ Diui Pauli ad Romanos, ad Chrylſtomū  
noſtræ Congregationis Præſidem, orationes duas: quarum præ  
fatio ſic incipit: Eſſi perſuaſum mihi ſemper fuit.

Oratio prima ſic, Qui locus iamdiu.

Oratio ſecunda hoc modo, Quamquam ego oratione heſterna.  
Sunt MS. apud D. Archangelum Fantoni, monachum S. Nicolai  
de Littore Venetiis.

In caput XV. primæ epistolæ D. Pauli ad Corinthios libros tres  
compoſuiſſe ipſe Iſidorus fatetur in præfata oratione ſecun  
da, at ubi reperiantur nescio.

In Cantica canticorū lib. 1. qui excuſus eſt Venetiis apud Zilettū.  
*Fundani in Campania, exempti.*

D. BENEDICTVS, monachus Caſinenſis monaſterii, & Eccle  
ſiæ Fundenſis Episcopus, floruit anno Domini 1100. *Petrus Dia.  
in chron. Cas. lib. 4. c. 55.*

D. Pius, patria Neapolitanus, ex antiqua Lotteriorum familia,  
monachus monaſterii Caſinenſis, & Prior S. Seuerini in ciuitate  
Neapolis: uir religione & bonitate perſpicuus, anno aſſumptæ reli  
gionis 25. à Papa Gregorio XIII. Episcopus fundanus creatus,  
ſumma uigilantia gregem ſuū cuſtodiuit: Obijt Caſini anno 1592.

D. *Placidus Romanus monachus Caſinas in ſupplemento MS. uir  
illum inſtrum montis Caſini, ad Petrum Diaconum, quod apud me eſt.*

### Episcopatus de litera G.

#### Cap. XLIII.

*Galiopolitani, in Apulia, ſub Idruntino Archiepiſcopo.*

D. **S**ABINVS, monachus monaſterii Sancti Andree  
Romæ, deinde Episcopus Galiopolitanus, reli  
gione, doctrina, & eruditione præcipuus, & tan  
to officio dignus, uerbo & exemplo ſe uerum  
paſtorem eſſe oſtendit. *Tritemius lib. 4. c. 263.*

*Gebennenses in Gallia, ſub Kiennensi Archiepiſcopo.*

D. FRANCISCVS, Gallus, monachus Ordinis S. Benedicti,  
Episcopus creatus uidetur, anno Domini circiter 1430. adfuit enim  
concilio Baſileenſi iam episcopus anno 1432. ut conſtat ſeſſione. 5.  
& 38. in quo Concilio poſtea anno 1440. factus eſt S. R. E. Presbi  
ter

ter Cardinalis à Felice V. Antipapa. *Tritemius lib. 4. c. 38.*

D. PHILIBERTVS de Rys, monachus & Abbas monasterii S. Claudii in Burgundia, ultimus Catholicorum in Gebenna Episcopus, post multas tandem iniurias, etiam ab hæreticis se de sua pulsus est, circa annum Domini 1550. & in exilio vitam finiuit. *Demochares de sacrif. misse tomo. 2. cap. 3.*

*Gerundenses in Hispania, sub Tarraconensi Archiepiscopo.*

S. IOANNES, Gothus, Hispanus, monachus & Abbas Vallis claræ, vir undecunque doctissimus, zeloque catholicæ fidei accensus, pro cuius defensione multas ab Arianis passus est iniurias, Episcopus creatus oues suas exemplo præcessit, & miraculis clarus corpus terræ, animam Deo reddidit, anno 635. die sexto mensis Maii, et colligere licet, dicit enim Morales obiisse post mensem Aprilem. *Ambrosius Moral. lib. 12. c. 18. & 21. Tritemius lib. 4. c. 159.*

Scriptit non contemnenda opuscula, uidelicet,

Exhortatorium ad monachos, lib. 1.

Paralipomenon Hispania, lib. 10. qui excusi sunt cum aliis reum Hispanicarum scriptoribus, Francofurti anno 1579. in fol.

S. NONNIVS, siue Nonnicus, Hispanus, & monachus in Hispania, Ioannis in Episcopatu, & sanctitate successor, multa & præclara uirtutum monimenta posteris dereliquit, & sic exigentibus meritorum suorum prærogatiuis, in numerum sanctorum referri meruit. *S. Ildephonsus de uir, ill. c. 10. Morales lib. 12. c. 21. Vasens in chronico, & alij.*

D. Benedictus de Tocco monachus Hispanus, ex Episcopo Vicenti, factus Gerundensis, sedem illam adhuc moderatur. *Gonsalvus Illescas, lib. 5. cap. 15. hist. Pontif.*

*Gotthorum in Italia.*

D. IORNANDES siue Iordanus, Gothus, Italus, Monachus, & Episcopus Gotthorum, uir in diuinis scripturis studiosus, & in secularibus litteris cõpetenter eruditus, scripsit inter alia, Historiarum lib. 2.

In quorum primo, qui intitulatur de regnorum ac temporum, successione, gesta Romanorum recenset: In secundo uero, de origine actisque Getarum siue Gotthorum usque ad finem regni ipsorum agit. Excusi sunt Basileæ cum Zosimo & aliis in folio. Historia uero Getica excusa est Augustæ Vindelicorum, cum Paulo Diacono, anno 1515. & Parisiis, cum libris uariorum Cassiodori anno 1583. in 4. sub nomine Iordani Episcopi Rauennatis, mendosè tamen, cum nunquam Episcopus Rauennæ fuerit ut apud Rubenum uidere est. Flo-

ruit

rui tempore. S. P. Benedicti anno 540. *Tritt. de script. ecclesiasticis. Gratianopolitani in Gallia, sub Viennensi Archiepiscopo.*

S. HUGO, Hispanus, Valentinus, primum Canonicus, deinde monachus Cluniacensis, & Abbas Caslefiensis: postremo episcopus creatus anno 1080. præfuit in omni sanctitate annis 52. Ad hunc uenit S. Bruno Cartulensium fundator, a quo mirifice adiutus fuit; qui in tantum ordinem dilexit, ut etiam sub Episcopis indumentis, habitu Cartulianorum uestitus referatur. Obiit miraculis clarus anno Domini 1132. ætatis. 80. Calendis Aprilis. *Vincentius in Speculo, lib. 27. cap. 8. & 12.*

## Episcopatus de littera H.

### Cap. XLIIII.

*Hagulstadenfes in Northumbria, sub Lindisfarnensi Archiepiscopo.*

**H** ATTA, Anglus, monachus & Abbas Monasterij Mailrosensis, & Sancti Cuthberti Episcopi in Monastica disciplina Magister, cum an. 668. S. Vuilfridus Episcopus de sede sua Eboracensi iam secundò à Rege Egfrido pulsus fuisset, & Episcopatus ille in tres fuisset partes discissus

Eboracensem, uidelicet, quã habuit Bosa monachus; Lindisfarnensem, quam Eadhedus obtinuit, & Hagulstadensem, factus est huius partis Episcopus, proprius primus; quem Episcopatum sanctè administravit per annos decem usque ad annum 678. Eo enim anno, Iuda Lindisfarnensi Episcopo erepso, ad illam Ecclesiam transiens, Tumberto Hagulstadensem commendauit. Sed eodem à regimine amoto anno 683. Eatta, sic petente S. Cuthberto, qui in locum Tumberi electus fuerat, ad primam sedem suam rediit, & Lindisfarnensem S. Cuthberto regendam dereliquit. Reuersus igitur plebem sibi commissam, uerbo non minus, quam exemplo, erat enim utriusque paginæ prædicator egregius, mirabiliter instruxit, & sanctitate, miraculorumque gloria clarus, migravit in pace anno 686. *Beda lib. 4. cap. 28. Mattheus Kuestm. ad annos citatos. & Trittemius de un. ill. ord. S. Ben. lib. 4. cap. 169.*

3 S. Ioannes Anglus, monachus Streneshalcensis Monasterij S. Hilda in Anglia, Eattæ in episcopatu succedens, anno 686. ab eo postmodum meritis prodeutibus, anno 692. siue ut alij volunt, & quorum

rum

rum opinioni libentius subscribo, anno 711. ad Eboracensem sedē transfijt, S. Vuilfrido ab hac luce subtracto : præfuit autem Hagulfta denſi eccleſiæ annis plus minus. 25. Eboraceni uero decem, obiit enim anno 721. iſtis Nonis Maii. *Beda lib. 5. a. c. 2. ad 6. Mattheus locis citatis, & Tritemius lib. 4. cap. 68. & 170.*

4 S. Acca, Anglus, monachus, & diſcipulus à prima ætate, ut refert Beda, Sanctiſſimi & Deo dilecti Boſæ monachi & Epi Eboraceniſis, deinde S. Vuilfridi magni Epiſcopi conuictor, S. Ioanne ad Eccleſiam Eboraceniſem tranſeunte, Hagulftadenſi, ex Dommoceniſe eccleſia, cuius erat epiſcopus, præficitur, anno 711. quam cum annis plus minus 23. ſanctiſſimè gubernaret ab epiſcopatu pulſus eſt quorundam malignantium inuidia anno 734. & duobus annis poſt anno 736. præmium laborum ſuorum percepit. *Beda lib. 5. ca. 21. & ſequentibus, & Mattheus ad annos citatos.* Vacauit ſedes eo fugato annos duos. Quædam ſcripſiſſe fertur, ſed de illis nihil hætenus uidi, nec legi.

*Halberſtadenſes in Germania, ſub Moguntino Archiepiſcopo.*

2 S. TIAGRINVS, ſiue Nagrius, monachus Corbeïæ Saxoniçæ & Abbas cuiuſdam cœnobii in Germania, creatus eſt ſecundus Halberſtadenſis epiſcopus, in demortui S. Hildigrini locum, anno 827. præfuit annis. 14. ac obiit anno 841. *Tritemius lib. 4. cap. 194. qui corrigendus eſt in annorum computatione. Crantzius metrop. Saxon. lib. 1. c. 26. & Demochares de ſacrif. miſſæ tomo 2. c. 36.*

3 Beatus Haymo, Germanus, monachus Monafterii Fuldenſis, deinde Abbas Herfeldenſis tertius, uir ſui temporis doctiſſimus, creatus eſt anno 841. præfuit annis 13. & ſanctitatis opiñione clarus migravit anno 853. *Tritemius lib. 4. cap. 195. Crantzius ib. c. 33. & Demochares.*

6 D. Sigilmundus, monachus S. Autelii Hirſaugiæ, creatur anno 896. præfuit annis. 30. obiit anno 926. *Demochares ibidem.*

10 D. Brandagus, ſiue Brando, monachus & Abbas Fuldenſis, electus eſt anno 1023. ſedit annos. 13. obiit anno 1036. *Tritemius lib. 4. cap. 218.*

14 D. Herrandus, qui & Stephanus, monachus, & Abbas Ilſemburgenſis, creatus anno 1104. præfuit annis. 3. obiit anno 1107. & ſepultus eſt in Reinsburch honorificè. *Tritemius lib. 4. cap. 244.* Scripſit in perſona Ludouici Comitis elegantiſſimam, & utilem epiſtolam ad Vualtramum Epiſcopum Niemburgenſis eccleſiæ defendentem Henricum Imp. eccleſiæ rebellem.

Defen-

Defensorium Papæ, lib. 1. Sicut bonus homo, de bono.  
Epistolatum ad diuersos, lib. 1. & alia nonnulla.

*Hamburgenses in Saxonia, sub Magdeburgensi: deinde  
Archiepiscopi:*

2 S. ANSGARIVS, monachus Corbeia, Gallicæ, post mortem Heridagi primi Hamburgensis episcopi, creatus est secundus Pastor anno 833. & ecclesiæ suæ præfuit sanctissimè annis. 13. usque ad annum 845. quo anno à Sergio Papa Bremensi ecclesiæ præpositus est, uti notauimus in Archiepiscopis Bremensibus. *Albertus Abbas Stadenfis in chronico, & alij.*

*Herbipolenses in Francia Orientali, sub Moguntino Archiepiscopo.*

1 S. Chilianus, Scotus, siue ut aliis placet Hybernus, illiusque provincie Regis filius, monachus insule Huenfis in Hybernia, zelo prædicandi uerbum Dei succensus, in Germaniam cum aliquot celo monachis adueniens, Vurtzburgenses siue Herbipolenses, eorumque Ducem Gosbertum ad Christi fidem adduxit, & illius populi ac ciuitatis primus Episcopus, & Apostolus uocatus, per martyrii palmam ad cælos euolauit anno 685. die 8. Idus Iulii. *Tritemius, lib. 4. cap. 172. & alij infiniti.*

2 S. Burchardus, Anglus, monachus Muschelle in Anglia, & S. Bonifacii episcopi discipulus, anno à morte S. Chilianii episcopi 66. qui erat à Christo nato 751. factus est secundus ab eo, siue ut alij numerant, primus, Herbipolensis episcopus, & Dux, & consecrari meruit à S. Zacharia Romano Pontifice: præfuit quam optime ecclesiæ suæ annis. 40. Vno autem ante mortem anno iam decrepitu Pontificatum resignans in Monasterium Hohenburgense secedens, reliquum uitæ in obseruantia Monastica peregit, ibidemque miraculis clarus in pace quieuit anno Domini 791. die secundo Februarii; festiuitas tamen eius pridie idus Octobris plenius recolitur. *Tritemius lib. 4. c. 184. & alij.*

3 D. Maingutus, siue Megingandus, comes Rotemburgius ad Tubarum, monachus Frislariensis & Abbas Neuustadii, siue Nouæ ciuitatis ad Mœnum, magistro suo S. Burchardo successor datus, cum per tres annos expertus esset aulam, & monasterium plurimum differre, in claustrum suum reuersus anno 794. resignatione prius facta episcopatus sui in præsentia S. Vuilibaldi episcopi Aystetensis, sequenti mortuus, & ibidem honorificè sepultus est. *Demochares de sacrificiis tomo 2. cap. 35. & Belforestius in Cosmographia sua.*

9 D. Godeboldus, vulgò, Gosuualdus, Mainguti ex sorore nepos, mona-



monachus & Abbas inferioris Althachii, apud Bauaros, creatus est anno 841. die prima mensis Aprilis, & strenuè satis præfuit ann. 11. obiit in uigilia Sancti Mathæi Apostoli anno 851. siue 854. *Demochares, & Belforestius.*

12. D. Dietho, siue Theodo, uel Thiedo, monachus Monasterii Neostadii creatus est anno 908. præfuit annis plus minus 24. & interfuit Concilio apud Confluentiam congregato. Obiit anno 932. die 15. Nouembris. *Demochares, & Belforestius.*

13. D. Burchardus, huius nominis secundus, monachus & Abbas Hersfeldensis in territorio Moguntinensi, post Diethonem, ex diligenti Abbate, diligentior factus Episcopus, rexit ecclesiam suam, annis octo, & uitæ innocentia morumq; sanctitate clarus, mortuus est anno 941. die uigesimo quinto Martii. *Demochares, & Belforest. & Monachus Herueldensis in Chronico.*

17. D. Bernuuardus, Richardi à Rotemburgo supra Tuberum filius, qui & Bernardus uocatur, monachus Monasterii noui S. Andree, creatus est unanimi omnium cōsensu anno 990. & administrationis suæ anno 6. Christi 995. die 20. Septēbris, cum legatus Othonis Imperatoris ad Constantinopolitanum Imperatorem, ut filiam suam illi desponsari peteret proficisceretur, febre pestilenti correptus, in Achaia obiit: a qua translatus sepultus est honorificè in ecclesia S. Chilianii noua, a se & fatre suo condita. *Democ. loco citato.*

20. D. Adelbero, siue Adalbero, Comes a Laymburg, ex patre Arnoldo, matre uero Regilla Baronissa a Vucinsperg, monachus Ordinis S. Benedicti, cœnobii Lambacensis, electus à toto Canonicorum collegio anno 1045. præfuit annis 40. Fecit ex S. Stephani canonicorum cœtu, cœnobium Ordinis D. Benedicti, uocatis ad id triginta Monachis. Renouauit & collapsum Monasterium Sebuuatzachianum, à Carolo Magno prius fundatū. Senectute iā grauis officio cessit anno Domini 1084. & anno 1090. obiit, honorificè sepultus in cœnobio à se constructo. *Paulus Langius in Chron. Citizenfi.*

*Herefordenses in Anglia, sub Cantuariensi Archiepiscopo.*

13. D. GILBERTVS Folioth, monachus & Abbas Glouerniensis, in locum Roberti creatus est Episcopus anno 1146. quam sedem cū tenuisset annis plus minus septendecim, ab ea postmodum translatus est, ad Cathedram Londoniensem anno Domini 1163. *Mathæus ad annum 1146.*

*Hildeshemenses, in Germania, sub Moguntino Archiepiscopo.*

4. S. ALFRIDVS, siue Alefridus, monachus S. Viti Corbeie

X Saxo-

Saxonica, patria Colonienſis, ac nobiliſſimo genere natus, uir doctri-  
na, & ſanctitate emicans; creatus eſt quartus Hildeshemenſis  
Episcopus anno 847. Hic conſtruxit tria cœnobia, Eſenſe, & Allue-  
denſe, uirginum, & Selgenſtadenſe uirorum, ſub regula S. Benedi-  
cti; necnon & Eccleſiam collegiatam in honorem Dei Saluatoris,  
& ſanctiſſimæ matris eius, in qua ordinauit ac conſtituit, ut Canoni-  
ci ſui omnes, ſub profeſſione ac regula Diui Benedicti uiuētes, Deo  
accerrimo ſtudio ſeruirent non ſecus ac monachi, omnia habentes  
communia. Mortuus eſt autem bonis operibus plenus anno 873.  
regiminis ſui. 28. & in monaſterio Alluedēſi honorificè ſepultus eſt.  
*Trittemius lib. 4. cap. 196. Demochares de ſacriſ. miſſe, Tomo 2. cap. 35.  
Petrus Cratepolius de episcopis Germaniæ, & Crantzius in metrop. lib. 2.  
cap. 12. & alii.*

7 D. Vualbertus, ſiue Vualdebertus, monachus Corbeie Saxonice,  
creatus eſt anno Domini 879. præſuitque annis 19. & obiit anno  
898. licet Trittemius, hunc pro prædeceſſore ſuo accipiens dicat eū  
paucō tempore in episcopatu uixiſſe. *Trittemius lib. 4. cap. 199. &  
Demochares de ratione annorum, à quo tamen aliqua ex parte diſcedimus  
Crantzium ſequentes.*

9 D. Diethardus, ſiue Dethardus, monachus Hirſaugienſis, & Ab-  
bas Hirſfeldenſis, creatus eſt Episcopus anno Domini 926. & præ-  
ſuit annis 28. obiit anno 954. *Trittemius lib. 4. cap. 200. Democha-  
res loco citato.*

10 D. Othuinus, ſiue Othuinus, monachus, & Abbas S. Ioannis  
Medburgenſis, ſiue ut dicit Demochares, Pergenſis, Diethardo ſur-  
rogatus eſt anno 954. & cum annis plus minus. 30. laudabiliter præ-  
ſuiſſet, obiit anno Domini 984. *Trittem. lib. 4. cap. 207. & Democh.*

11 D. Oſdachus, monachus Monasterii diuitis Augiæ, dignus inuē-  
tus qui Othuino ſuccederet, ut religione, & doctrina, illo inferior  
non fuit, ita nec regimine, attigit enim annum Episcopatus 26.  
obiitque anno 1009. Errat Demochares qui annis. 4. tantum præ-  
ſuiſſe refert. *Trittemius lib. 4. cap. 208. Demochares, & Crantzius de  
annis regiminis metrop. lib. 3. cap. 41.*

14 S. Gothardus, monachus & Abbas Alahenſis, poſtquam S. Bu-  
uardus ad Monasterium S. Michaelis, relicto episcopatu, ſe conu-  
liſſet, electus eſt in eius locum anno 1042. Monasterium S. Bartholo-  
mæi iuxta Hildeshemenſem ciuitatem ſuis ſumptibus extruxit, in  
quo miraculis clarus moriens ſepultus eſt, anno Domini 1058. ad-  
miſtrationis ſuæ. 16. quarto nonas Maij. *Trittemius lib. 4. cap. 217.  
& alii.*

& alii. Monachus quidam Herueldensis in Chronico creatum refert anno 1022. & mortuum anno 1038.

17 D. Sifridus, siue Sigefridus, monachus Fuldenfis, creatus est Episcopus, ut ex ratione temporum præcedentim Episcoporum colligere licet, anno 1208. & cum in magna temporum iniquitate, schismatis scilicet inter Philippum, & Ottonem. 4. Impp. resideret, ita tamen se gessit integro decennio quo Ecclesiam suam gubernauit, ut utrique Principi gratus & acceptus semper fuerit. Obiit anno Domini 1220.

## Episcopatus de litera I.

## Cap. XLV.

*Herdenses in Aragonia, sub Terraconensi Archiepiscopo.*

D. **B**ERENGARIUS, Arago, Hispanus, Raymundi Aragoniæ Regis filius nothus, Monachus, & Abbas Monasterii Montaragonis, sede Turiafonensi relicta Herdensem adiit, Alfonso Regis Fratris sui fauore anno circiter Domini 1170. *Ioannes Mariana in Annal. Hisp. lib. 11. c. 9*

*Imolenses in Flaminia, sub Rauennensi Archiepiscopo.*

D. ANASTASIUS Vbertus Cæsenas, monachus, & Cellarius cœnobii S. Mariæ de Monte, non procula Cæsenas, uir doctus & pius, ad ouile Domini custodiendum electus, uerbo & opere insigniter illud defendit, & nonnullis lucubrationibus suis qualis, & quantus fuerit ostendit. De illis uero nihil aliud hactenus uidi, præter epistolam unam, siue præfationem præfixam, explicationi D. Io. Baptistæ Folangii super Psalmos. Obiit hac nostra ætate: *Ex epistola D. Angeli a Carpenedolo Decano Cæsenatico ad me transmissa.*

*Insulani, siue Insulenses, in Calabria, sub Archiepiscopo Sancti Seuerini; siue Neapolitano.*

D. HONORATUS Hiserniensis ex Familia Fascitella, monachus Monasterii Casinensis, & poeta Episcopus creatus de Insula in Calabria; uir doctus, & poeta insignis; floruit temporibus Maximiliani & Caroli V. Impp. *D. Placidus Romanus in suppl. uir. ill. Montis Casini MS.*

X 2 Episco-

## Cap. XLVI.

*Landasenses in Anglia, sub Cantuariensi Archiepiscopo.*

**D.** **D**MUNDVS de Brumfeld, monachus Monasterij S. Edmundi de Bury in Anglia, & Abbas cuiusdam cœnobii in Gallia, uir ambitiosus, & Monasterio suo parum-utilis, ab Urbano Papa VI. in gratiam Regis Angliæ Richardi. II. creatus est Episcopus Landasensis anno 1389.

Quantum uero in eo honore fuerit adhuc nescio. *Thomas Vualsingam in hist. breui. ad annum 1389.*

*Laquedouenses in Apulia, sub Consano Archiepiscopo.*

**D.** **D**ESIDERIVS, Monachus Sanctæ Trinitatis Cauæ, & Episcopus Laquedouensis. *Tabulæ Cauenses.*

**D.** **M**ARCUS PEOCEA, Mirandulanus, monachus Monasterij S. Benedicti de Mantua, & Abbas S. Vitalis Rauennæ, ordinis S. Benedicti, congregationis Casinensis, alias S. Iustinæ de Padua, uir in Mathematicis exercitatissimus, a Gregorio Papa XIII. factus est Episcopus Laquedouensis anno 1584. de quo, quia adhuc superstes est, iudicium meum proferre non audeo, ne in alterutram partem, aut adulationis uitio reprehendar, aut nimia ueritatis.

*De Lauaur, id est Vabrenses in Aquitania, sub Bituricensi Archiepiscopo.*

**D.** **B**ERTRANDVS, Gallus, Monachus, & Prior Sancti Martini de Campis Parisijs, & postea Episcopus de Lauaur creatus, Pastorem in omnibus se exlubere curauit. *Franc. Belforest. in Cosmo. sua.*

*Laudunenses in Gallia, sub Archiepiscopo Rhemensis.*

**3.** **S.** **C**HAGNOALDVS, siue Chalnoaldus, Canoaldus, uel Gagnaldus, Frater Sanctorum Pharonis, & Vualberti Episcoporum, & Pharæ Abbatissæ, discipulus S. Columbanî Abbatis, & monachus Luxouiensis in Burgundia, creatus Episcopus ecclesiæ Laudunensis (non autem Lugdunensis, ut nolunt auctor uitæ S. Eustasij Abbatis, & Trittemius, sed id puto Librariorū uitio accidisse, facilis enim est lapsus Lau, in Lug.) a pueritia ad mortem usque, ut eius acta testantur, miraculis claruisse perhibetur. Floruit anno Domini 640. *Trittem. lib. 3. c. 69. & alii.*

D. DRO.

42 D. DROGO, Gallus, monachus, & Abbas Monasterii S. Ioānis de Lauduno, anno Domini circiter 1136. creatus Episcopus, cum esset iam Cardinalis, pauco tempore eo honore usus est, obiit enim anno 1137. *Franciscus Belforestius in Cosmogra. sua, in descript. ciuit. Laudunensis.*

63 D. Petrus Amelius de Mōte acuto, Gallus, monachus & Prior S. Martini de Campis, creatus circa annum 1380. triennio post ab Clemente VII. Antipapa, factus est Cardinalis S. Marci. Obiit Aui- nione 1389. quarto idus Augusti. *Belforestius ibidem.*

71 D. Ioannes Docœus, Gallus, monachus, & Prior Monasterii S. Dionysii extra Urbem Parisiensem, Sacræ Theologiæ Doct̃or, & uer- bi Dei prædicator egregius, ut eius scripta testantur, scripsit enim Sermones ad populum lib. 1. De passione Domini lib. 1. qui duo li- bri excusi sunt Parisiis. De æterna generatione filii Dei, & tempo- rali natiuitate eiusdem filii hominis, lib. 2. Parisiis 1554. in 4. Flo- ruit nostra ætate anno Domini 1560. *Ex eius vita, operibus suis preposita.*

*Lealhenses in Linonia.*

D. BERNARDVS Lippia dominus, relicto sæculo, primum fa- ctus est monachus Marienfeldensis, deinde Abbas, postremo cum de siderio pro Christo peregrinandi tangeretur, creatus Episcopus, à proprio filio Ottone Traiectensi Episcopo consecratus est, qui inde factus est parentis sui parens. Et paulo post ipse pater cum eodem filio, alium filium suum Gerardum Archiepiscopū Bremensem con- fecrarunt. Religiosus igitur Pater religiosos filios in Christo enu- triens, familiæ suæ pro testamento religionem reliquit, non sangni- nem. Floruit anno Domini 1260. *Familia Dominorum Lippie, & Crantzii metrop. lib. 7. cap. 40.*

*Legionenses in Hispania, sub Compostellano Archiepiscopo.*

4 S. FROILANVS, siue Froyllanus, qui & corrupto uocabulo Florianus uocatur, Hispanus, monachus & Abbas de Morerueta, p- pe Zamoram, creatus est Episcopus anno Domini 820. ut uult Vil- legas, siue ut Morales asserit 870. Fuitque in ea potestate annis quin- que, uerbo simul & exemplo oues sibi concreditas incessanter pa- scens. Migravit ex hac luce anno 825. siue 875. ætatis suæ 73. quinto nonas Octobris. *Alphonsus Villegas in flore Sanct. Mora- les lib. 15. cap. 7. & alii.*

S. Albitus, Hispanus, monachus & Abbas S. Facundi in Hispania, deinde Episcopus Legionensis, ut puto post S. Froilanum miraculis

clarus quieuit in pace, sepultus Legionē apud suum prædecessorem.  
*Uilescas lib. 4. cap. 85.*

*Lemouicensis in Gallia, sub Bituricensi Archiepiscopo.*

D. HUGO de Manhaco, siue Iugnaco, monachus S. Flori, & illius ciuitatis Episcopus nonus, ab illa sede, ad hanc translatus est circa annum Domini 1360. paulo ante, uel post. *Demochares Tomo 2. cap. 25. & Belforest.*

*Leodienses in Belgio, sub Archiepiscopo Colonensi.*

2 S. FLORIBERTVS, Sancti Huberti Aquitanie Ducis, & primi Episcopi Leodiensis filius, monachus, & Abbas Monasterii Stabulensis iuxta Leodium, patre sanctorum numero sociato, creatus est secundus Legiensis siue Leodiensis Episcopus an. 731. siue 727. præfuit secundum Democharē annis. 23. secundum alios annis. 18. obiitque ut referunt anno 754. uel 745. sexto Calendas Maij. *Demochares de sacrif. missæ, Tomo 2. cap. 37. & catalogus quidam Episcoporum Tungrensium, sine nomine auctoris lingua Germanica excusus, qui apud me est.*

9 D. Francus, siue Franco, ex nobili prosapia Comitum Hannonie, monachus monasterii Lobienfis, creatus est anno 855. præfuit annis octodecim; obiit anno 874. die nono Ianuarii. *Catalogus præfatus.*

11 D. Richarius, Comitis Hannonie filius, monachus, & Abbas Stabulanus, creatus est anno 922. Hic ordinauit ut tredècim Abbates Leodiensis territorij, sint Capellani Episcopi. Obiit anno 946. regiminis sui. 24. die. 23. Mensis Iulij, & sepultus est in ecclesia S. Petri Legij. *Catalogus.*

12 D. Hugo, siue Ogo, monachus, & Abbas S. Maximini Treuitis, in locum Richarii electus, cum annis duobus præfuisset, obiit anno 948. die vndecimo Aprilis, & sepultus est in ecclesia Sancti Lambertij. *Catalogus: & Tritemius lib. 4. cap. 214.*

13 D. Pharabertus, Comitis S. Pauli filius, monachus & Abbas Præmiensis, Hugonem subsequutus, lustro uix elapso obiit anno 953. die. 28. Martij, in S. Lamberto sepultus. *Catalogus, & Demochares.*

14 S. Racherius, siue Ratherius, Comitis Viennæ filius, monachus Lobienfis, a Verona, cuius erat Episcopus, pulsus, Pharaberto succedens, non meliori fortuna Leodiensem Episcopatum gubernauit, quam Veronensem, Anno enim administrationis suæ tertio, Christi Domini 956. a regimine semotus, & in exilium actus, ad monasterium suum reuersus, in eodem mansit annis 19. & tandem doctrina, & sanctitate clarus obiit anno 974. & in monasterio Lobienfi sepultus

sepultus est. Ab hoc exiit prouerbiū, Veronæ Præful, sed ter  
Racherius exul. *Demochares, Catalogus, & Trittemius lib. 4. ca. 204.*  
Errat Contractus in Chronico, qui dicit eum obiisse anno 874.

17 S. Notgerus, Ducis Sueuiæ filius, monachus, & Abbas S. Galli,  
uir doctus, & Sanctus, creatus est anno 971. præfuit laudabiliter an  
nis plus minus. 36. & signis ac uirtutibus coruscus migravit ad Do  
minum anno Christi 1008. die secundo Aprilis, & in ecclesia S. Ioan  
nis sepultus est. Hic inter cætera urbem Legiam muris cinxit, &  
Comitatum Huiensem ecclesiæ suæ acquisiuit. *Trittemius lib. 4. c.*

216. & alij. Scripsit inter alia, De translatione S. Landoaldi, lib. 1.  
qui est apud Surium Tomo 2. De uita S. Remachi Episcopi, lib. 1.

19 S. Vuolbodo, Ducis Bergensis filius, monachus Stabulensis, uir  
corpore, & operibus sanctis, magnus, creatus est Episcopus anno  
Domini 1018. & duobus tantum annis præfuit; obiit enim anno  
1020. undecimo calendis Maii, ad S. Laurentium sepultus. *Jacobus*  
*Meyerus in Annal. Fland. lib. 2. ad annum 1020.*

41 D. Ioannes de Enghien, siue Anginus, monachus, & Abbas Sta  
bulanus, Regis Franciæ nepos, & Sacræ Theologiæ Doctor, ex Epi  
scopo Tornacense in locum Henrici in Concilio Lugdunensi depo  
siti, creatus est ab eodem Concilio Episcopus an. 1274. a quo Hen  
rico tandem captus, occisus est anno 1281. regiminis sui sexto, & in  
S. Lamberto sepultus est. *Demochares loco supracitato.*

*Leouenses in Britannia minori, sub Turonensi Archiepiscopo.*

S. Paulus, monachus in Britannia sub disciplina S. Eluti Abbatis,  
floruit Episcopus sanctitate, & miraculorum gloria, anno Domini  
600. *Trittemius lib. 4. ca. 134. & alij.* Obiit die. 12. Martij.

*Lesmorenses in Hybernia; sub Caselensi Archiepiscopo.*

S. MALCHVS, Hybernus, monachus Nichonienſis in Hybernia,  
& S. Malachiæ Episcopi discipulus, senex plenus dierum & uirtu  
tum, in Episcopatu magnis signis & miraculis refulsit. Floruit anno  
Domini 1109. *S. Bernardus in uita S. Malachiæ. cap. 3. & Trittemius,*  
*lib. 4. cap. 250. & alij.*

*Lexonienses in Gallia, sub Rothomagensi Archiepiscopo.*

D. P E T R V S, monachus, & Abbas in Gallia, episcopus creatus  
est Lexoniensis, ut apparet ante annum 750. *Belforest. in Cosmogr.*

D. Freulphus, monachus Fuldensis, historicus sui temporis clarif  
simus, & Sacrarum Literarum non ignarus, ad quem Rabanus Epi  
scopus quatuor in Genesim libros scripsit. Floruit ab anno 830. ad  
840. & amplius, *Belforestius ibidem. & Trittemius lib. 4. cap. 193.*

& Demochares Tomo 2. cap. 21. Scripsit in signe & grande uolumen, continens ab exordio mundi, usque ad Christi natiuitatem, rerum gestarum historiam, lib. 7. Excusam Colonia, anno 1539. & insuper aliquas epistolas, quarum una ad Rabanum Episcopum, legitur in initio commentariorum ipsius Rabani in Pentateuchum.

*Lichfeldenses, siue Merciorum, sub Cantuariensi Archiepiscopo.*

1 D. DINAS, siue Diurnas, Monachus cuiusdam cœnobii in Scotia, cum Osuius Northumbrorum Rex Peadræ Merciorum Regi, cognato suo, regnum Australium Merciorum, qui fluuiio Trente discreti sunt ab Aquilonaribus Mercis, de se tenendum dedisset, populi illius creatus est primus Episcopus proprius anno Domini 656. uocatusq; est pastor Mediterraneorum Anglorum, siue Lichfeldensis, quod in ea ciuitate sedem sibi collocasset: quam cum tenuisset aliquot annis, ibidem mortuus est circa annum Domini 660.

2 D. Goellacus, siue Colachus, Scotus, Monachus Huensis Insulæ, in Hibernia, Dinam in Episcopatu sequutus, amore quietis illud deseruit, & ad suum Monasterium reuersus, in pace uitam finiuit, circa annum Domini 670. *Trittemius lib. 4. cap. 147.*

3 D. Tunherus, siue Trunherus, natione Anglus, Gedlingensis, sed Monachus in Scotia, Abbasq; Monasterii, quod Ingetlingum uocatur, ubi Osuinus Rex & martyr occisus est, uir doctus, & sanctus, cum paucis annis populum sibi creditum strenue gubernasset obiit circa annum Dom. 676. *Trittemius lib. 4. cap. 148. Matthæus Vrestmonaster. ad ann. 656.* Scripsit de officiis Ecclesiæ, librum unum.

4 D. Iaruman, siue, ut Trittemius habet, Laromannus, Monachus insule Lindisfarnensis, in omnibus operibus suis dignum se episcopatu demonstrauit. Floruit anno Dom. 680. *Tritt. lib. 4. c. 151.*

5 S. Ceadda, Anglus, Monachus, & Abbas, Lestigahensis, siue Lestingensis cœnobii in Anglia, & Archiepiscopus Eboracensis uir Deo deuotus & sanctus, de cuius uirtutibus multa in historiis suis refert Beda, creatus, ut apparet, anno Domini 670. post biennium, & menses sex ad Monasterium suum rediens, in eodemq; uitam Angelicam potius, quam humanam ducens plenus bonis operibus migravit in cœlum, circa annum Domini 672. die secundo Martii, *Beda, libro 4. cap. 3. Trittemius, lib. 4. c. 59. & alij.*

6 D. Vvinnfridus, Monachus, & Abbas Monasterii Adbarune, in Anglia, uir deuotus & religiosus, post duos an. regiminis sui, à Theodoro Cantuariensi Archiepiscopo pro inobedientia quadam depositus anno 674. Monasterium suum repetens, in optima conuersatione



tionem uitam finiuit. *Matthæus Vuestm. ad ann. 674. Tritt. lib. 4. c. 157. & Beda, lib. 4. cap. 6.*

7 D. Sexulfus, Monachus, & Abbas Medeshamstedensis in regione Giruorum, in locum Vuinfridi depositi collocatus, commissam sibi plebem laudabiliter annis pluribus gubernauit; Obiit post annum 700. *Matthæus ad annos citatos, & Trittemius, libr. 4. cap. 158. & Beda, lib. 4. cap. 6.*

*Limeffani, in Italia.*

D. GREGORIUS, Monachus Monasterii Casinensis, uir in sacris litteris eruditus; & poeta sui temporis non contemnendus, ad gubernationem Ecclesiæ Limeffanæ assumptus, nonnulla sui ingenii monumenta reliquit, nec tamen ideo super gregem suum inuigilare destitit. Floruit anno . . . . *Petrus Diaconus de uir. illust. mont. Cas. cap. 33.*

*Lincolnienses, siue Dorcestrenses, sub Cantuariensi Archiepiscopo.*

1 D. REMIGIUS, Monachus de Freschampo, anno Dom. 1085, fauore Gulielmi Conquæstoris Angliæ Regis, creatus est primus Episcopus Lincolniensis, siue Dorcestrensis, fuit uir doctus, & pius, cuius edoctus rex monitis salutaribus, pro trāsgressionibus suis expiandis, duo cœnobia fundauit, unum in honorem S. Martini in Anglia, ubi bellum cum Haraldo Rege confertum fuit, unde & Monasterium Belli nuncupatum est: aliud uerò in Normannia apud Cadomum construxit, in honorem S. Stephani prothomartyris, & consecrari iussit. Totus autem similibus operibus pietatis deditus, anno Episcopatus sui octauo, Christi 1092. diem clausit. *Matthæus Vuestmon. ad annum 1085.*

*Lindissenses, & Lindisfarorum, & Merciorum, simul sub Archiepiscopo Cantuariensi.*

1 S. HONORIUS, natione & professione Monachus Romanus, prouincia Lindissæ regionis, quæ est ad meridianam plagam Humbri fluminis, ad Christi fidem per Paulinum Archiepiscopum conuersa, ab eodem consecratus est primus eorum Episcopus in ciuitate Blecca, ubi sedes Episcopalis posita est anno 628. quam cum tenuisset annis duobus, S. Iusto Archiepiscopo Cantuariensi iam defuncto, ab hac ad illam sedem translatus est anno Domini 630. *Matthæus ad annos 628. & 630.*

2 D. Vuinfridus, Monachus, & Abbas Monasterij Adbarne, Honorio ad sedē Cantuariensem anno 630. translato, Lindissensem prouinciam regendam suscepit, quam & gubernauit in timore Dei, per  
annos

annos plus minus 42. usquedum anno 672. Episcopatu Lichefeldē. si præpositus est, uti supra annotauimus. *Mattheus ad annos citatos.*  
 3 D. Sexulfus, Monachus, & Abbas Monasterii Medeshamstedēsis, Vuinfrido abdicanti, succedens, utranque sedem sanctē & iustē gubernauit, annis quatuor: usq; ad annum uidelicet 678. quo Eadhedus primus proprius Lindisensis Episcopus creatus est: & bonis operibus repletus migravit post annum Domini 700. *Beda, libro 4. cap. 6. Mattheus, & alij.*

*Lindisenses, siue Lindisfarorum solum, sub eodem.*

2 D. Aetheluinus, siue Ediluuinus, Eadhedo ad Patres adposito, cum esset Monachus insulæ Huensis in Hybernia, factus est secūdus Lindisfarorum Episcopus, circa annum Domini 780. uel paulo amplius, & multo tempore Ecclesiam suam, populūq; suum, suo exemplo, in Dei timore continuit, & cum bono nomine ex hac luce subtractus est. *Tritemius, lib. 4. cap. 156. & alij.*

*Lingonenses, in Gallia, sub Lugdunensi Archiepiscopo.*

32 D. HARIOLFVS, Monachus, & primus Abbas Eluungenfis constitutus à Carolo Magno anno 764. factus postmodum Episcopus, non minus religione, quam doctrina clarus effulsit. Successit autem ei in Abbatia regimine, S. Victoribus, qui postea Augustana ciuitatis Episcopus factus est. *Belforestius in Cosmographia.*

65 D. Hugo, Gallus, Monachus, & Abbas Monasterii Cluniacensis 33. & deinde Episcopus Lingonensis creatus anno 1244. aliquot annis dignē præfuit. Obiit Idibus Aprilis, apud Damiatam sepultus. *Chronicon Cluniacense. MS.*

78 D. Bernardus de Turre, Aruernus, Gallus, Monachus, & Abbas cœnobij Tremorchiensis, Episcopus, claruit anno D. 1380. uel circa. *Demochares, tom. 2. cap. 28. de sacrific. & Missæ.*

*Liouonenses Episcopi, sine aliqua sede particulari.*

1 S. MAINARDVS, Monachus, & multæ religionis uir, à quibusdam mercatoribus, in Liouoniam inuectus, ut populis illis Christi fidem annunciaret, post multos pro Christo perpeffos labores, tã in prædicando, quàm in baptizando, in magna sanctitate migravit ad Dominum, Floruit anno Domini 1180. cui successit in Episcopatu, & Apostolatu, S. Bertholdus, Monachus Ordinis Cisterciensis. *Belforestius in descriptione Liouonia.*

*Lobenses in Belgio, sub Rhemensi Archiepiscopo.*

1 S. HIDVLPHVS, Dux primum, deinde Monachus, postremo Abbas & Episcopus Laubiēsis primus, omnia fluxa huius seculi pro  
 Dei

Dei amore contemnens, uxorem, liberos, & Ducatum C. pimum, reliquit anno Domini 618. & pauper, pro Christo paupere, Monachus factus, ab eo ditari meruit; ad Abbatiam nanque & Episcopatum promotus, eam quam in Monasterio obseruabat regulam, etiã Prælatus pro uirili obseruare studuit; & uirtutibus, ac miraculis clarus, in pace quieuit circa annum Domini 680. die nono calendæ Iulij, & Laubiis sepultus est: nunc uerò Binchii requiescit, cum aliis Sanctis illius Monasterii. *Trittemius, libro 4. cap. 231. & alij auctores in Martyrologio notati.*

2 S. Vrsmarus, Monachus, Abbas, & Episcopus Laubiensis secundus, ex Episcopo Sueffionensi, sua sancta prædicatione totam ferè Flandriam Occidentalem Christo conuertit, de cuius rebus gestis magna extant uolumina. Obiit anno Domini 713. die decimotertio calendæ Maii, cum prædecessore sepultus. *Trittemius, lib. 4. cap. 174. Meyerus, lib. 1. Annal. Flandriæ, & alij.*

3 S. Erminus, siue Herminus, alias Heruinus, Monachus, Abbas, & Episcopus Laubiensis tertius, plebem sibi cõmissam, tam uerbo, quam exemplo, erat enim & sapientiæ doctrina, & sanctitatis laude conspicuus, quoad uixit mirabiliter instruens, magnum sui desiderium moriens posteris dereliquit. Obiit anno, ut uidetur 720. regiminis sui octauo, septimo calendæ Maii. *Trittemius, lib. 4. cap. 180. Molanus in indiculo; & alij. Scripsit de uita S. Vrsuarii, lib. 1.*

4 S. Theodulphus, Monachus, Abbas, & Episcopus Laubiensis quartus, uir in omni uia perfectus, ut eius acta testantur, proderentibus meritis Sanctorum catalogo adscribi meruit. Floruit anno Domini 736. obiit quæ die 8. calendæ Iulij: cum prædecessoribus suis sepultus. *Trittemius, lib. 4. cap. 104. Molanus & alij.*

5 S. Vlgifus, siue Vulfifus, uel Vuillegifus, Monachus, Abbas, & Episcopus Laubiensis quintus, non minora, quam eius prædecessores, sanctitatis, & doctrinæ, posteris monumenta reliquit: cuius rei causa dignus inuentus est, qui inter cœlites collocaretur. Floruit anno Domini 740. ac obiit die quarto Februarii, sepultus in communi prædecessorum tumulo Laubiis. *Trittemius, libro quarto, cap. 192. Molanus, & alij.*

6 S. Abel, Monachus, Abbas, & Episcopus Laubiensis sextus, uitam suam omnem, ad Christi saluatoris exemplum, ita dirigere, & terminare semper studuit, & prædicationi uerbi Dei, continuè ita insistere; ut propterea iam in cœlis æternis fruatur gaudiis, & sanctis connumeretur. Floruit anno Domini 750. & 776. obiit die 5. mensis

fis

sis Augusti. *Tritemius, lib. 4. cap. 118. Molanus, & alij.*

7 S. Amuluinus, uel Amulbuius, seu Amoluius, Monachus, Abbas: & Episcopus Laubiensis septimus, uir quidem carne nobilis sed spiritu nobilior, ecclesiam sibi creditam, tam eruditione, quam sanctitate, ornauit, & bonorum operum odore perfusus migravit in cælum, circa annum Christi Domini 770. die septimo Idus Februarii. *Tritemius, libro quarto, cap. 203. Molanus in indiculo Sanctorum Belgij, & alij.*

*Lombarienses in Gallia, in Comingio, sub Tolosano Archiepiscopo.*

D. IOANNES, Gallus, Monachus, & Abbas S. Dionysij Parisiis, & Orator Regis Francorum, ob doctrinæ suæ meritum Episcopus factus, non longè post Cardinalis renunciatus est anno 1493. Obiit Romæ 1499. *Franciscus Belforestius in descriptione patriæ suæ Comingensis, in Cosmogy. sua.*

*Londonienses in Anglia, siue Londinenses, sub Cantuariensi Archiepiscopo.*

1 S. MELLITVS, Romanus, Monachus, & Abbas Romanus, anno Domini sexcentesimo quarto, à S. Augustino Anglorum Apostolo, Episcopus Londoniensis creatus, ciuitatis Londoniensis primatum, quæ semper Britannorum temporibus Archiepiscopum habuerat, tunc primum amisit, dignitate Metropolitana ad Doroberniam, siue Cantuariam translata. Consecratus, eodem anno ad prouinciam Orientalium Saxonum ad prædicandum missus, Sebertum Regem cum tota gente sua ad fidem conuertit. Et tandem S. Laurentio Cantuariensi Archiepiscopo in cælum translato, eius loco præfesse meruit anno 621. Episcopatus Londoniensis ann. 17. *Mattheus Vveslmon. ad nros 604. & 621. & alij infiniti.* Mellito autem ad sedem Cantuariensem translato, uacauit sedes Londoniensis ann. 29, usque ad 650.

2 S. Cedd, siue Cediti, uel Ceddus, Anglus, Frater Sanctorum Ceadæ, Cimbilli, & Cealini, Monachus insulæ Lindisfarnensis, & post Episcopatum assumptum, fundator, & primus Abbas Monasterii Lentisgeu, siue Lestingahensis, in prouincia Deirorum, postulatus ab Osiuu Rege Northumbriæ, ut gæti Orientalium Saxonum, uerbum fidei prædicaret, libenter annuit, Regemque Siberechtum, filiumque Regis Sexbaldi Siudhelmū suis manibus baptizauit; à quo ann. 650. constitutus est secundus Orientalium Saxonum, siue Londinensis Episcopus, qui erat uacantis sedis annus 29. Populum sibi commissum uerbo, & exemplo paut, annis plus minus quatuordecim, & tandem

tandem bonis operibus plenus, miraculorumque gloria clarus, adpositus est ad patres suos anno 664. *Beda, lib. 3. c. 21. 22. & 23. Tritemius, lib. 4. c. 66. & alij.*

3 D. Vulfherus, uel Vuina, Monachus in Anglia, pulsus à sede Vintoniensi, cuius erat Episcopus à Chineualchio Rege, anno 666. à Vulfhero Rege Merciorum, Londoniensem Episcopatum accepit; sed quod precio sedem illam acquisierit, ut aiunt, ideo à nonnullis in Episcoporum Londinensium serie non recensetur. Obijt an. 674. *Tritemius, lib. 4. c. 144. & Matthæus, & alij.*

4 S. Erchenualdus, Anglus, Frater S. Aethelburgæ Abbatisse, Monachus & Abbas Certeley, siue Cerotesensis, in Anglia, uir sanctitatis eximie, Episcopus creatus à Theodoro Archiepiscopo, & consecratus anno 675. die quodam cum eger pedibus lectica parochiâ circumiret, ad oram amnis rapacissimi fortè peruenit, ubi cum socii hæsitarent, quod infirmus, nec equo, nec pedibus transire flumen posset, gurges repente disparuit: qui statim ut Episcopus cum suis aluè transmeasset, reuersus est ad naturam. Præfuit in omni sanctitate annis plus minus 16. & post præsentis uitæ decursum defunctus, anno ut colligere licet, 690. in ecclesia S. Pauli Lōdini sepultus est, die 30. mensis Aprilis. *Beda, lib. 4. c. 6. & sequentibus. Tritemius, libro quarto, cap. 163. & alij.*

5 D. Vualdherus, Monachus in Anglia, Erchenualdo successor datus, ut erat uir non minus religione, quam scientia clarus, præcessoris sui in grege Dominico pascendo, imitator studuit existere. Floruit anno Domini 700. *Tritemius, lib. 4. c. 165.*

25 S. Dunstanus, Anglus, Monachus & Abbas, Glasconiensis, ex Episcopatu Vuigorniensi, ad Londinensem translatus anno Dom. 959. eidem præfuit annis plus minus 14. anno enim 973. ad Cantuariensem sedem regendam assumptus, ibidem in pace uitam finiuit anno Dom. 1001. *Polydorus, lib. 6. & 7. Matthæus, Tritemius, et alij.*

D. Gilbertus Folioth, Monachus & Abbas Glouerniensis, cum sedem Herefordensem, cui prælatus erat, annis 17. summa cum laude gubernasset, anno postea 1163. ad hanc translatus, paulominus quã 25. annis eidem præfuit. Obijt anno Domini 1188. *Matthæus ad annos 1146. et 1163.*

*Lubecenses, olim Aldemburgenses, in Saxonia, sub Bremensi Archiepiscopo.*

1 D. CONRADVS, siue Cunradus, Frater Geroldi Episcopi Aldemburgensis duodecimi & ultimi, & Lubecensis primi, Monachus, &

&

& Abbas Monasterii de Reddageshusen, creatus est secundus Episcopus anno Domini 1163. consecrationis munus accepit ab Hartuico Bremensi Archiepiscopo: pollebat literatura, facundia, largitate, & affabilitate, Clero tamen suo seueritate quadam abusus est, sed postea in alterum virum mutatus est. Multis enim aduersitatibus à Duce Henrico, quod episcopatum ab eo recipere per uirgam recusaret, perpeffis, clero suo compati didicit. Tandem in terram sanctam profectus cum eodem Duce in ciuitate Tyrensi spiritum Deo reddidit anno Domini 1168. Episcopatus sui sexto. *Helmsoldus in chron. Slaudorum, lib. 2. c. 1. & Crantzius metrop. lib. 6. c. 43.*

3 D. Henricus, Brabantinus, Belga, Monachus & Abbas Monasterij Sancti Aegidij de Brunswuico, doctrina, eloquentia, & sanctitate insignis, cum Duce enim Henrico in terram sanctam peregrinatus, grandem sustinuit disputationem in conspectu Imperatoris Constantinopolitani, praesente D. suo Henrico Duce, super processione Spiritus sancti, cum sermo oriretur de controuersia Orientalis, & Occidentalis Ecclesiae. Reuersus, unanimi cleri, & canonicorum consensu electus est in Episcopum anno Domini 1170. consecratusque est à tribus Episcopis in praesentia Henrici Ducis, qui aegre eius electioni consensum praebuit, quod tanto uiro carere non poterat. Praesuit sanctissime annis quindecim, & moriens anno Domini 1184. sepultus est in Monasterio S. Ioannis ab ipso fundato, pro Monachis Benedictinis. Reliquit quaedam sui nominis monimenta, ex quibus est homilia in Euangelium, *Stabat iuxta crucem Iesu*; quae qualis fuerit in ceteris, satis demonstrat, quam sensu profundus, quam excultus eloquio. Sed praestabat omnibus sincera in uiro deuotio. *Arnoldus in supplemento Helmsoldi, cap. 8. Trittemius, libro 4. cap. 268. Crantzius metrop. lib. 7. cap. 2.*

*Lyddenses in Syria, sub Hierosolymitano Patriarcha.*

D. BERNARDVS, Monachus & Abbas montis Thabor, Ord. S. Benedicti, Congregationis Cluniacensis, creatus est Episcopus Lyddensis, anno Domini 1167. qui erat annus sextus Amalrici Regis Hierusalem: sed quantum praesuerit, mihi incognitum. *Gulielmus Tyrius de bello sacro, lib. 20. c. 13.*

ANNOTATIO.

*Monasterium montis Thabor eo tempore, sub Regula S. Benedicti, & Congregatione Cluniacensi fuisse, testatur Chronicon Cluniacense MS. quod apud me est. his uerbis: Ad ueritatem autem suprascriptorum confirmandam, lector aduertat Religionem Cluniacensem esse extantam,*


&

& propagatam usque ad uallem Iosaphat, sepulchrum matris Domini, ubi & in quo Geiduinus Monachus Cluniacensis, illius sanctissimi Monasterij Abbas exiit. Sortita est etiam hæc Cluniacensis ecclesia cum Monachis & fratribus habitantibus in sancto monte Thabor, ubi transfiguratus est Dominus confraternitatem; sicut legitur in 2. libro Epistolarum S. Petri Abb. Clun. cap. 44. *Hæc ille.*

## Episcopatus de litera M.

## Cap. XLVII.

*Marinenses, in Gallia.*

D.  VILHELMVS de Estouteuilla, Gallus, Monachus & Prior S. Martini de Campis Parisijs, deinde Episcopus Marinensis, postmodum meritis suis exigentibus, Andegauensis, & Biterensis, & S. R. E. Card. factus est anno 1439. *Panuinus in Epitome.*

*Marsicani in terra Laboris, sub Archiepiscopo Salernitano.*

D. IOANNES, Monachus S. Trinitatis Cauæ. *Tabule Cauenses.*

D. Ioannes alter, Monachus S. Trinitatis Cauæ. *Tabule Cauenses.*

D. Iacobus, Monachus Casinensis, Floruit anno Domini 1320.

*Donnus Placidus Romanus in Hist. Casin. MS. in Odone Patriarcha.*

*Maurianenses, in Sabaudia, sub Taurinensi Archiepiscopo.*

D. LVDOVICVS de Varambone, Monachus Ord. S. Benedicti, Sorbonæ Parisinæ Doctor, ob singularem doctrinam Episcopus consecratus; postmodum in Concilio Basileensi Cardinalis renunciatus à Felice V. Antipapa; declaratus est deinde legitimus Cardinalis à Nicolao Papa V. anno 1449. *Trittemius, lib. 4. c. 30. & alij.*

*Megarenses.*

D. ANDREAS, Hispanus, Monachus, Ord. S. Benedicti, & S. R. E. Penitentiarius, ob Iuris Pontificij peritiam Megarensis Episcopus electus; Ciuitatis postmodum, & Aiatensis Episcopatus promeruit, & demum S. R. E. Cardinalis renunciatus est. *Trittemius, libro 4. cap. 43.*

*Meldenses, in Gallia, sub Senonensi Archiepiscopo.*

19 S. VVALPERTVS, siue Vualbertus, frater S. Pharonis, Burgundus, Gallus, Hagnerici Comitis filius, Monachus, & Abbas tertius Monasterij Luxoniensis, uir doctus, & sanctus, creatus est Episcopus circa annum Domini 612. præfuit annis 8. & sanctitate clarus migravit

anno

anno 620. die secundo Maij. *Trittemius, lib. 4. c. 137. & alij.*  
 20. S. Pharo, S. Vvalperu frater, Monachus Luxouienſis, fratri in  
 regimine ſuccedens anno 620. in omni ſanctitate populum, & Ec-  
 cleſiam ſibi commiſſam gubernauit annis 66. & plenus dierum in  
 Domino obdormiuit anno Chriſti 686. 5. calendas Nouembris.

*Trittemius, lib. 4. cap. 139.*  
 21. S. Hildeuertus, ſeu Hildenutus, uel Hildemitus, Monachus  
 Luxouienſis, ob ſingularẽ pietatem, & religionem, Pharoni ſurro-  
 gatus anno 686. cum annis aliquot laudabiliter præſuiſſet, obiit die  
 ſeptimo calendas Iunij, inter ſanctos à morte translatus. *Tritte-  
 mius. libr. 4. cap. 141.*

69. D. Durandus, Monachus cuiuſdam cœnobij in Gallia, Ordinis  
 D. Benedicti, Episcopus 69. creatus. Floruit circa ann. Do. 1250.  
*Belforeſtius in catalogo Episcoporum Meldenſium.*

80. D. Ioannes de Creſſi, Picardus, Gallus, Monachus Ordinis S.  
 Benedicti, & Episcopus Meldenſis, poſtmodum à Cœleſtino Papa V.  
 Cardinalis pronunciatuſ anno 1294. Obijt Auinione ann. 1307. Hic  
 fundauit Collegium Pariſijs, quod à ſuo nomine, Collegium Mona-  
 chi uocatur. *Belforeſtius loco citato.*

## ANNOTATIO:

¶ Ponitur, & alij duo Episcopi Meldenſes, vnus à *Trittemio, lib. 4. c. 191.*  
 qui eſt S. Pirminius; alter à *Belforeſtio in Catalogo Episcoporum Mel-  
 denſium, Sanctus uidelicet Vulfrannus*: ſed quid de Pirminio ſentimus, di-  
 ximus in *Annotationibus Martyrologij noſtri ad diem tertium Nouem-  
 bris. Vulfrannum* uerò ideo hic omittimus, quod ex ratione temporum co-  
 gnouerimus, eundem non poſſe eſſe cum S. Vulfranno Monacho Fonta-  
 nelle, & Archiepiſcopo Senonenſi: ille enim obiſſe refertur anno Domi-  
 ni 720. hic autem de quo agit *Belforeſtius* poſt tempora Sancti Zacha-  
 rie Papæ floruit, circa annum 760. His igitur rationibus moti, hos duos  
 ex induſtria prætermiſimus.

*Melodunenſes, in Gallia.*

D. G V L I E L M V S, Gallus, monachus, & Abbas Sancti Germa-  
 ni de Pratis in Ciuitate Pariſienſi, Episcopus renunciatus Melodu-  
 nenſis, aliquot annis optimè præſuiſſe ſcribitur. *Belforeſtius in cata-  
 logo Abbatum S. Germani in Coſmographia.*

*Mememanenſes, ſiue Maiuma, in Lydia, ſub Archiepiſcopo.*

*Sancti Georgij, ſiue Cappadocie.*

S. C O S M A S, Italus, monachus Italus, ordinis S. Benedicti, dein-  
 de Abbas monaſterij S. Sabæ iuxta Hieruſalem, & S. Ioannis Damas-  
 ſceni



sceni in monastica disciplina eruditor, poeta sui temporis nulli secundus, ob eximiam doctrinam, & uitæ pietatem, Episcopus creatus, super gregem sibi commissum inuigilans, sanctitate, & miraculorum gloria floruit, anno Domini 700. & quod excurrit. Obiit die 14. mensis Octobris. *Vita S. Io. Damasceni apud Surium Tomo 3.* Composuit quosdam hymnos græcos, & alia nonnulla, quæ in Italia afferuntur MS.

*Mentefani, qui nunc Giennenses, in Portugallia, sub Vlixponensi Archiepiscopo.*

D. MARTINVS, Hispanus, monachus, & Abbas in Hispania, deinde Episcopus Mentefæ, creatus anno Domini 658. præfuit annis multis.

D. Suniulfus, Hispanus, monachus, & Abbas in Hispania, Episcopus electus, in locum, ut arbitror, Martini, anno 688. ecclesiam suam aliquot annis gubernauit. *De his duobus Gonzalus argores de nobilitate Andalusie lib. 1. cap. 13.*

*Mersburgenses, in Thuringia, sub Magdeburgensi Archiepiscopo.*

1 D. BOSO, Bavarus, monachus monasterii Sancti Emerani Ratisponæ; nobilitate generis, honestate morum, & scripturarum scientia clarus, Episcopus creatus, in omnibus operibus suis dignum se Episcopatu ostendit. Floruit sub Ottone. 1. Imperatore, obiit que anno Domini 969. *Trittemius lib. 4. cap. 213.*

D. Dithmarus, monachus monasterii S. Ioannis Magdeburgensis, Episcopus creatus anno Domini 1008. præfuit annis 10. mensibus 7. diebus 7. Obiit anno 1019.

*Metenses, in Lotharingia, sub Treuirensi Archiepiscopo.*

29 S. ARNULPHVS, Austrasiæ Mosellanicæ Dux, Ducatu, Vxo re, ac liberis pro Christi amore relictis monachus Litinensis factus anno 623. & deinde Eremiticæ uitæ cultor, postmodum episcopus creatus in omni sanctitate populum sibi commissum annis 15. gubernauit: amore tamen solitudinis iterum inflammatus, Episcopatum deserens, anno 638. Eremum repetiit, in qua miraculis clarus obiit anno Domini 641. die decimoquinto calendas Augusti. *F. Petrus Cratopolus de episcopis Germaniæ; & alij.*

32 S. Clodulphus aliàs Godulphus, S. Arnulphi Ducis Austrasiæ, Episcopi Metensis, & monachi filius, dux & ipse Austrasiæ post patrem, necnon eius exemplo monachus: Tertio loco post patrem creatus est Metensis Episcopus circa annū Domini 661. Qua in potestate cum fuisset annis 11. ad ecclesiam Treuirensē transit, & miraculis

Y raculis

raculis coruscus migravit anno 673. die octavo Iunii: ut auctor est Franciscus de Rosieres *Stemmatu Lotharinge*, to. 3. *Historia capitali*. 49.

S. Bruno, monachus, & Eremita in Gallia, Episcopus agnoscitur Metensis à Belforestio, sed à Demochare omittitur.

40 D. Drogo, Caroli Magni Imperatoris filius Nothus, monachus Luxouiensis, uir in agendis negotiis strenuus, & sacratum literarum non mediocriter eruditus, creatus est Episcopus, ut rectissime annotat Belforestius anno Domini 823. fratre suo Ludouico Imper. Pio adhuc superstiti, qui eius opera in maximis, & arduis rebus sepius usus est (non autem, ut malè refert Demochares, anno 841. Imperatore Pio iam defuncto) præfuit ecclesiæ suæ annis plus minus 32. & cum magno suorum dolore, obiit anno Christi 855. Metis sepultus. *Belforestius Annalium Franciæ lib. 2. cap. 30. & in Cosmographia sua: et Tritemius lib. 4. cap. 22 51.*

41 D. Aduentitius, seu Aduentius, Gallus, monachus & Abbas Metensis, deinde Drogone mortuo 41. Metensis Episcopus, creatus anno 855. præfuit laudabiliter annis 17. Interfuit Concilio Moguntino, à Rabano Archiepiscopo anno Domini 848. contra Godscalcum hæreticum celebrato, cum adhuc esset Abbas, ut auctor est Tritemius in Chronico Hirsaugiæ; Obiit anno 872. *Tritemius in Chron. Hirsaugiæ: et F. Laurentius Surius in Tom. 3. conc. post finem conc. Moguntini.*

44 D. Diegerus, siue Vigerus, Germanus, monachus S. Aurelij Hirsaugiæ, & Abbas monasterii S. Georgii in Nigra sylua, creatus est Episcopus anno Domini 921. præfuit laudabiliter annis 10. & cum posteris ingenii sui nonnulla monumenta reliquisset, obiit anno 936. *Tritemius lib. 4. cap. 259.*

*Mimatenses, in Aquitania, sub Bituricensi Archiepiscopo.*

D. G V L I E L M V S de Conacho, monachus S. Florentii de Sane-murio, Decretorum Doctor, ob singularem eruditionem Episcopus Mimatensis creatus, succedente tempore, cum eius doctrina Gregorio XI. nota facta fuisset, ab eodem Auinione in purpuratorum numerum relatus est anno 1371. *Belforestius in Cosmographia sua.*

*Mindenses, in Germania, sub Coloniensi Archiepiscopo.*

10 S. Helinuardus, Monachus cuiusdā Monasterij, Ordinis S. Benedicti, vir singularis pietatis, & religionis, anno Domini 952. Episcopus electus, sexennio post ipsis ferijs Diui Valentini, die 17. calæ. Ianuarij (ut arbitror) anno 958. cum morte uitam commutauit. *Crantzius metrop. lib. 3. cap. 32.*

24 D. Henricus, Saxo, Monachus Bursfeldensis Monasterij, & Ab-

bas S. Mauritij de Insula iuxta ciuitatem Mindensem, & postmodū eiusdem ciuitatis Episcopus creatus anno Domini 1144. præfuit annis 12. Obijtque anno Christi 1156. sepultus in Bursfelde Monasterio patrum suorum, ut postulauerat: ut ubi initia sacræ religionis fecerat, ibi inter Patres suos expectaret nouissimam tubam, ad iudiciū euocaturā uniuersos. *Tritt. li. 4. c. 236. Crantzius metr. li. 6. c. 42. 49.* D. Vyllebrandus, sive Vvillebrandus de Hallermundt, Monachus, & Abbas S. Viti Corbeiēsis Saxonica, uir religione & natu primarius, Episcopalis muneris honore ditatus, Episcopatus iura, quæ uerbo non potuit, gladio materiali per se, & p̄ amicos, defendit; eaq; de causa Ecclesiasticis uiris factus est amicabile, & secularibus bonis Ecclesiæ inhiantibus formidabilis. Floruit anno Domini, ni fallor, 1430. uel circa. *Trittemius libro 4. cap. 254. Crantzius in metrop. lib. 11. cap. 42.*

*Misnenses, in Thuringia, olim sub Magdeburgensi Archiepiscopo: nunc uerò exempti.*

Y D. B. V. R. C. H. A. R. D. V. S., Monachus Ordinis S. Benedicti, & deinde suis meritis sic exigentibus, primus Misnensis Episcopus, aliquot annis sedem suam laudabiliter tenuit, & non sine sanctitatis opinione, ab hac luce subtractus est. *Petrus Cratepolius de Episcopis Germ. in dictione, Hugonis Cuiuzensis Episcopi.*

S. Gerungus, Germanus, Monachus, & Abbas Monasterij Putzauuigensis, uotiuo totius cleri consensu Misnensis ecclesiæ consecratus Antistes, inter alia gesta æterna memoria digna, reliquias S. Donati, cū preciosis eorū thecis attulit ecclesiæ, & alia complura, multosq; libros pro ecclesiæ ornamento, & studentiu utilitate disposuit. floruit anno Domini 1000. *F. Paulus Langius in Chron. Cuiuzense.*

S. Benno, Germanus, Monachus, & Abbas S. Michaelis Hildeshemēsis, & S. Vuigeri Abbatis discipulus, uir insignis pietatis, & admirandæ doctrinæ, cuius ergo factus est Misnensis Episcopus anno Domini 1076. quo in uitæ genere, quantum sibi, & alijs profuerit, eius acta testantur. Slauos ad paganisimum relapsos, sua prædicatione ad gremium reduxit Ecclesiæ, & quadraginta annis insigniter in uinea Domini laborauit. migravit a sæculo anno a Christo nato 1116. ætatis suæ 96. decimosexto calendas Iulij. Et in numerum Sanctorum relatus est, una cum S. Antonino, Ordinis Prædicatorij, & Archiepiscopo Florentino, ab Adriano Papa VI. Romæ anno 1523. pri die calendas Iunij, in die Sanctissime Trinitatis. *Hieronimus Emser in uita sua, Tomo 7. Suriy apud Mosandrum.*

Y 2 Monaste-

*Monasterienses, in Germania, sub Coloniensi Archiepiscopo.*

1 S. LUDGERVS, Frisius, Monachus primum S. Saluatoris Traiecti, deinde Casinensis, post Beneuentanus, postremo ad prædicandum inter gentes Euangelium, primus Monasteriensis Episcopus, Caroli Magni Fraciæ Regis fauore, anno 789. creatus, viginti totos annos in disseminatione uerbi Dei consumpsit, Saxonibusque ad fidem conuersis, Apostolus eorum appellari meruit. Obiit sanctitate coruscus anno Domini 809. die septimo cal. Aprilis. *Trittemius, libr. 4. c. 187. Crantzius metrop. lib. 1. c. 5. & in Saxonia, lib. 2. c. 14. & 16. & alij.* Scripsit non contemnendæ lectionis opuscula, uidelicet,

De eleuatione, canonizatione, & miraculis S. Suuiberti Episcopi, lib. 1. qui est apud Surium, tom. 2. die 1. Martij.

De uita S. Gregorij Traiectensis Episcopi, lib. 1. est Ultraiecti ad S. Saluatorem MS.

13 D. Sigefridus, seu Segesfridus, Monachus Corbeie Saxonice, & Abbas S. Ioannis Magdeburgensis, uir secundum sæculi dignitatem nobilis, erat enim Comitis cuiusdam filius, Episcopus Mimigarduordenensis creatus, nobilitatem suam religione, & pietate non parum adornauit. Floruit sub S. Henrico, Imp. ann. Domini 1020. & quod amplius excurrit. *Trittemius lib. 4. cap. 252.*

*Morinenses, siue Taruanenses in Belgio, sub Rhemenfi Archiepiscopo.*

3 S. AVDOMARVS, Friulphi filius, Monachus Luxouienensis in Burgundia, & S. Eustasij Abbatis discipulus, fama uirtutum suarum ubique uolante factus est tertius Morinensis Episcopus anno à Christo nato 665. Fuit in officio annis plus minus 30. & sanctitatis opinione pollens ad Dominum migravit anno 695. 5. Idus Septembr. Quiescit nunc in ciuitate sui nominis in Belgio. *Trittem. lib. 4. c. 160. Demochares, Tomo 2. c. 17. & alij.*

5 S. Bainus, Monachus, & Abbas Fontanelle in Gallia, & postmodum Morinensis Episcopus quintus, uir multum deuotus, & Deo dilectus, in Episcopatu, signis & uirtutibus floruit, circa annum Domini 730. inter sanctos relatus. Obijt die 20. Iunij. *Ex uita S. Wandregisili Abbatis apud Surium, Tomo 4.*

16 S. Folquinus, Hieronymi filius, Francus, Monachus S. Bertini Sichiuenfis, & Episcopus Morinensis sextusdecimus, de cuius actibus gloriosis multa memoranda narrantur. Obijt anno 855. die 14. Decembris, in S. Bertino sepultus. *Ex monumentis Monast. S. Bertini.*

17 S. Hunfridus, Francus, Monachus Monasterij S. Saluatoris de Prumia in Sylua Ardëna, deinceps Abbas S. Bertini in Sichiui, postremo Morinen-

Morinensis Episcopus, 17. à Normandis sede sua pulsus, pro Christi nomine exilij ærumnam aliquandiu patientissimè sustinuit. Obiit signis gloriosus anno Domini 868. uel 869. die octauo Idus Martii. *Molanus in indiculo Sanctorum Belgij: Meyerus libro secundo Annal. Flandriæ, & alij.*

23 D. Bauco, siue Dauid, Monachus Corbeiësis, ad dignitatē Episcopalem assumptus, post aliquantos regiminis annos, obiit an. 964. *Demochares, to. 2. c. 17.*

26 D. Drogo Belga, Monachus Monasterii S. Vuinoci Bergis Flādiæ, deinde Gestellensis Pastor, postremo Episcopus Morinorū 26. creatus an. Domini 1036. præfuit laudabiliter annis plus minus 33. & scientiæ doctērina clarus quieuit in pace, anno 1079. Scripsit

De uita S. Godoleuę uirginis & martyris, lib. 1. excusam, tomo 4. Suriij die 6. Iulij.

De uita S. Osuualdi Regis Northumbriæ, lib. 1.

De eodem sermones duos: sunt in cœnobio Bergis MS.

De miraculis S. Leuuinnæ uirginis, lib. 1.


Ad primum librum uitæ S. Vuinoci Abbatis, adiunxit secundum, & tertium: qui sunt Bergis S. Vuinoci MS.

*Ioannes Molanus in Annot. ad Vsuard. die 5. Augusti.*

## Episcopatus de litera N.

### Cap. XLVIII.

*Nannetenses, siue Nantes, in Britannia minori, sub Turonensi Archiepiscopo.*

S.  AINVS, Monachus, & Abbas cuiusdam Monasterij in Britannia minori, quod à suo nomine, Monasterium Sancti Maini nuncupatur, uir sanctissimæ cōuersationis, & Episcopus postea Nannetensis: cuius, diuino aspirante fauore & gratia, tantū ualuit apud eximium in Britannia principem nomine Iudicahelum, penetrabilior omni gladio ancipiti exhortatio, ut abiecto mundanæ celsitudinis fastu, Rex ille sese in arctam Diui Maini cœnobium intruderet. Floruit uirtutibus & signis anno Domini 560. & quod excurrit, fuitque synchronos Sancti Macclouii Episcopi. *Belforestius in Cosmog. sua, in descriptione Armoricę.*

*Nemauses in Gallia, sub Narbonensi Archiepiscopo.*

D. R. EMIGIVS, Monachus, & Abbas in Hispania, Episcopo Are-

gio defuncto, in eius locum substituitur circa annum Domini 680.  
*Ioannes Mariana Societatis Iesu in Annal. Hist. lib. 6. c. 12.*

*Niceæ in Prouincia, sub Archiepiscopo Eduensi.*

S. VALERIVS, Monachus Monasterii S. Honorati, infulæ Lerinensis, & deinde ob sanctitatem eximiam Episcopus Nissenus, post multa uirtutum insignia, migravit ad Dominum, nono calendas Augusti. *Tabule Lerinenses.*

*Niuernenses, in Gallia, sub Senonensi Archiepiscopo.*

S. ADEODATVS, Gallus, Monachus, & Abbas Vallis Gallicæ in Gallia, ac deinde Niuernensis Episcopus, magnatū uirtutum uir, & obseruantia Monastica inuolabilis cultor. Miraculis clarus obiit die 19. Iunii. *Tritemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 304.*

D. Nothrannus, Monachus, & Abbas cœnobii Sancti Petri Vini Senonensis, Episcopus creatus circa annum Christi 1300. & completis in Episcopatu annis aliquot laudabiliter, diem clausit: *Demochares de sacrific. Missæ, tomo 2. cap. 19.*

*Nouiomenses, & Tornacenses simul, in Belgio, sub Rhemensi Archiepiscopo.*

19 S. ACARIUS, siue Archarius, Monachus Monast. Luxouienfis in Burgundia, Episcopus Nouiomensis nonusdecimus creatus est anno 633. præfuitque in omni sanctitate annis 14. & miraculorum gloria clarus, migravit ab hac luce anno 647. 5. calend. Decembris. *Jonas in uita S. Eustasii Abbatis, apud Surium, to. 2.*

20 S. Eligius, Gallus, aurifaber, & postmodum, Monachus, & Abbas Monasterii Solemniaci, deinde S. Acharii in Episcopatu successor, creatus anno Domini 648. uel 649. sui muneris minimè oblitus, continuis prædicationibus populum sibi commissum pauit, & multos à uia ueritatis errantibus, in Flandria Occidentali maximè, ad femitam iustitiæ reduxit: sedit annos plus minus 16. uel 17. & Sanctorum cœtui coniungendus obiit anno 665. ipsis calendis Decembris. *Sigebertus in chronico, supplementum Chronicorum, libr. 10. & alij plures.* Scripsit ad clerum, sacrâ plebem, & pœnitentes, homilias 16. quæ excusæ sunt in appendice ad Bibliothecam SS. Patrum.

21 S. Mummolenus, siue Mommolenus, Monachus Luxouienfis, & S. Audomari discipulus, Episcopus in locum S. Eligii renunciatus est anno Christi 666. siue 664. & secundum hanc ultimam opinionem præfuit annis 26. obiitque plenus dierum anno 691. die 17. cal. Nouemb. *Tritt. libr. 4. cap. 161. & alij.*

41 D. Galbertus, siue Vuaberthus, Monachus Corbeia Gallicæ, Epi-

Episcopale munus assumpsit anno 932. præfuit annis tribus tantum; & moriens an. 934. sepultus est in dextra parte Ecclesie Nouiomensis. *Demochares de sacrificio. Missæ, to. 2. c. 15.*

42 D. Transmarus, Monachus Monasterii S. Vedasti in ciuitate Attrebatensi, in locum Galberti suffectus, præfuit annis plus minus 12. obiit anno 946. Nouiomi sepultus. *Demochares ibidem; & Belforestius in catalogo Episcoporum Nouiomensium.*

44 D. Fulcharus, siue Fulcherus, Monachus Monasterii S. Medardi Sueffionensis, de quo multa non bona narrantur, uir ambitiosus, uia indirecta Episcopatum adeptus, mense 18. administrationis sue, morbo pediculari consumptus, magnum exemplum puniti ambitus posteris reliquit. Obiit anno Domini 952. *Demochares, & Belforestius, ibidem.*

*Nouiomenses proprii solum, sub Rhemensi Archiepiscopo.*

55 D. BALDVINVS, Monachus, & Abbas Castellionis in Gallia, Episcopus Nouiomensis secundus proprius, creatus est anno Domini 1148. præfuit annis plus minus 18. Obiitque, ut colligere licet, anno 1166. sepultus in Ecclesia B. Mariæ uirginis de Vrsicampo, à prædecessore suo fundata. *Belforestius loco citato, & Robertus in chron. ad annum 1148.*

*Noruuicenses in Anglia, sub Cantuariensi Archiepiscopo.*

14 D. N. Monachus, & Prior Eliensis Monasterii, Gulielmo de Luda, Episcopo Eliensi ab hac luce subtracto, à maiori parte Capituli electus est in eius locum qui succederet, ab aliis uerò Ioannes de Langtona Regis Cancellarius: causa electionis coram summo Pontifice producta, irritatus Pontifex de improbitate Monachorum, neminem alium præter Priorem suum eligere uolentium, Episcopum Noruuicensem in sedem Eliensem transtulit, & hunc Priorem Eliensem in sedem Noruuicensem confirmauit, ann. Domini 1298. *Matthæus Westmon. ad annum 1298.*

D. Alexander, Monachus & Prior Monasterii Noruuicensis, uir pius & doctus, unanimi consensu, post Henricum de Spencer, electus est Episcopus Noruuicensis, anno Domini 1406. circa mensem Nouembrem, qui & Monachi suo tempore consummauit officium, & pontificale non neglexit debitum. *Thomas Vualsingam in hist. breui, ad annum 1406.*

## Episcopatus de Littera. O.

## Cap. XLIX.

*Osnabrugenses, in Germania, sub Coloniensi Archiepiscopo.*

D. 19 **M**ARQUARDVS, Monachus & Abbas, Monasterij Sancti Viti Corbeix Saxonice, anno Domini 1087. decimus nonus Episcopus Osnabrugensis creatus, præfuit difficillimis temporibus annis sex; quibus uix completis, ab administratione remotus, (causa putatur, quod aperte nimis se Imperatori libertatem ecclesiasticam oppugnanti, opponeret, & partes Pontificis Romani coram tueretur) ad Monasterium reuersus, in pace uitam finijt. *Crantzzius metrop. libro 5. cap. 36.*

*Oxomenses in Hispania, sub Toletano Archiepiscopo.*

S. AETHERIVS, Hispanus, & Monachus in Hispania, & dein de ob insignem & doctrinam, & sanctitatem Episcopus Oxomensis, siue Vxamenis renunciatus: hæreticorum sui temporis opiniones malleo uerbi diuini, fortissimè contudit, ut eius scripta testantur. Vixit anno Domini 790. *Morales, lib. 13. c. 26. 27. & alij.*

## Episcopatus de litera P.

## Cap. L.

*Padeburnenses in Germania, sub Moguntino Archiepiscopo.*

D. 11 **R**UDOLPHVS, siue ut Trittemius habet Rotho, seu Pnorho, Monachus, & Abbas Hirsfeldensis, in tractu Moguntino, uir doctrina, & religione præcipuus, ecclesie Padebornensi præfectus anno Domini 1039. præfuit annis 13. qui quantum honore administrationis cunctos præibat, tantum uirtute præstabat, & eruditione. Obijt anno a Christo nato 1052. *Trittemius lib. 4. c. 215. & Crantzzius metrop. libr. 4. cap. 15. & Demochares de sacrif. Misse, Tomo 2. c. 35.*

Domnus Bernardus Monachus & Abbas S. Viti Corbeix Saxonice, uir non minus religione, quam sanguinis nobilitate clarus, Padebornensem quidem Cathedram ascendit, sed quo tempore, cum

Trit-



Trittemius non explicet, definire non audeo. Quinque enim huius nominis Bernardi, huic sedi præfuisse apud Crantziuum lego, sed quis eorum quinque fuerit iste Bernardus nõ refert: ideoque coniectura explicare nolo, quod ab auctoribus non proditur. *Trittemius, lib. 4. c. 257.*

28 Domnus Henricus Spegel, Monachus, & Abbas Corbeia Saxonica, factus est Episcopus Padeburnensis anno Domini 1360. Vir fuit satis seuerus, iustitia & ueritatis tenax, & inimicis durus. Pacem super omnia inter subditos uolebat. Præfuit laudabiliter satis annis octodecim, obiitque anno Christi 1378. *Trittemius lib. 4. cap. 266. Crantzius, libro 9. cap. 44. metrop. & Demochares, To. 2. c. 35.*

*Parentini in Istria, sub Patriarchatu Aquilegiensi.*

D. Bertholdus, Monachus & Abbas S. Anastasij de Parentio, quod nunc S. Nicolai uocatur, circa annum Domini 1114. factus est Episcopus Parentinus, ut colligitur ex quodam priuilegio ab ipso Monachis S. Nicolai de Littore cõcesso, ubi sic loquitur: Sic tradimus hæc superscriptam ecclesiam S. Anastasij, quæ etiam olim Abbatia nostra fuit positam in Insula ante Parentinam ciuitatem. *Ex archiuio S. Nicolai de Littore.*

*Parisienses in Francia, sub Senonensi Archiepiscopo.*

19 S. GERMANVS, Gallus, Monachus, & Abbas Sancti Synphoriani in Gallia, ob incredibilem eruditionem, & sanctitatem eximiam, Parisiensibus Pastor datus, officium sibi cõmissum diligenter expleuit; in tantum ut inter Sanctos connumerari meruerit. Obiit anno Domini 578. die quinto calendas Iunij. *Fortunatus Episcopus in eius uita apud Surium, Tom. 3.*

26 Domnus Aegelbertus, siue Egilbertus Monachus in Gallia, uir doctus, & religiosus, cum Episcopalem sedem Dorcestrensem, annis decem summa uigilantia gubernasset, quorundam iniurijs la cessus, cathedram & regnum Angliæ reliquit; & in Ecclesia Parisiensi Episcopus constitutus anno Domini 661. non minori uigilantia, hanc quam priorem sedem administrauit. *Trittemius lib. 4. c. 142.*

48 D. Goslinus, siue Gorlinus, Monachus, & Abbas S. Dionysij Parisijs, uir doctus, & multæ apud Regem æstimationis, ad Pontificatum Parisiensem assumptus anno 885. suo munere egregie functus est. Suo tempore Abbatia S. Germani, & S. Genouefa ab hostibus igne consumptæ sunt. Obiit circa annum Domini 900. *Belforestius in Catalogo Abbatum S. Dionysij.*

68 D. Theobaldus, monachus Cluniacensis, & Prior S. Martini de

de

de Campis, uir, ut ait Chronicon Cluniacense illustris, & magnus Monachus, uirtutibus plenus, meritis promoueri ad Episcopale Parisiorum dignitate meruit. De quo extant Epistolæ ad Petrum olim Abbatem suum Cluniacensem: & ipsius Petri ad eundem; de quibus habentur in 10. libro epistolarum ipsius Petri. Floruit ab anno Domini 1130. ad 1150. *Chron. Cluniacense. MS.*

*Patauienses in Germania, sub Saltzburgensi Archiepiscopo.*

D. ALEMANNVS, monachus monasterij Sancti Ioannis Magdeburgensis, uir eruditione & doctrina clarus, ad Episcopatum electus, in omni religioſitate uitam duxit, & quatum fuerit in utraque pagina uerſatus, docent monumenta, quæ posteris reliquit. *Trutemius, lib. 4. c. 242.*

*Pictauienses in Aquitania, sub Burdegalensi Archiepiscopo.*

48 D. EBROINVS, Monachus, & Abbas S. Germani de Pratis Parisijs, ad Pictauiensem cathedram assumptus, tempore Ludouici Pij Imperatoris, annis aliquot cum strenuè eandem gubernasset, migravit anno 858. *Belforestius in Cosmographia sua.*

D. IOANNES de Montelambert, Monachus, & Prior S. Martini de Campis, idem onus sustinuit aliquot lustris; & cum honore ab hac luce subtractus est; sed quo floruerit tempore mihi incertum. *Belforestius in catalogo Priorum S. Martini, in Cosmographia sua.*

*Placentini in Hispania, sub Compostellano Archiepiscopo.*

D. PETRVS Poncius, Hispanus, Monachus Ordinis S. Benedicti in Hispania, sed cuius monasterij non refertur à Morale, qui de eius laudibus in descriptione Hispaniæ suæ multa narrat, & cui iam Episcopo Sancti Eulogii opera dedicauit, ob incredibilem sapientiã suam ad fastigium Pontificatus eleuatus, mirabili quodam artificio doctrinæ suæ arcana omnibus nota esse uoluit. Duos enim fratres Germanos & sororem Contestabilis Hispaniæ, ab infantia mutos, noua quadam sapientiæ adinventione, & arte prorsus inaudita, perfecta tamen, ad plenum uerba proferre, perfecte que loqui docuit, ita ut de illo dici possit illud Sapientis, *Sapientia aperuit os mutum.* Quo uerò id factum sit ipse Ambrosius Morales in descriptione Hispaniæ suæ, sequentibus uerbis Hispanicis edocet. Ea autem ideo à nobis et Hispanicè inserta sunt, ut lectori manifestum fiat, nulla nostra hic esse, sed omnia ut uidimus, uel legimus apposuisse. Sic igitur loquitur.

El otro insigne Espannol de ingenio peregrino, y de industria increyble, sino la uieramas uisto, es el que ha ensennado a hablar los mudos, con arte perfecta, que el ha inuentado. Y es el Padre Fray Pe-

Pedro Ponce monje de la Orden de S. Benito, que ha mostrado a hablar a dos hermanos y una hermana del Condestable, mudos. Y agora muestra a un hijo del justicia de Aragon. y para que la marauilla sea mayor, quedan se con la sordedad profundissima, que les causa el no hablar. Assi se les habla por fennas, o se les escriue, y ellos responden luego de palabra, y tambien escriuen muy concertadamente una carta, y qualquier cosa. Vno de los hermanos del Cõdestable, se llamo Dõ Pedro de Velasco, que aya gloria. Biuió pero mas de ueynete annos, y en esta edad fue espanto lo que aprendio; pues de mas del Castellano, hablaua y escreuia el latin casi sin solecismo, y algunas ues con elegancia: y escreuia tambien con caracteres Griegos. *Hæc Morales.* Floruit iste Petrus tempore Caroli quinti Imperatoris, & Philippi I I. Regis Hispaniarum; quando tamen obierit rescire nondum potui. *Ambrosius de moralibus loco supracitato de Monachatu; & in epistola dedicatoria operũ Diui Eulogij ad eundẽ, de Episcopatu.*

*Polycastrenses in Apulia, sub Salernitano Archiepiscopo.*

S. P E T R Y S, Salernitanus, Monachus, & Abbas tertius monasterii Sanctæ Trinitatis Cauæ, antequam Abbas efficeretur, petente Clero, & Principe Gifulpho, Episcopus Polycastrensis consecratus est, quo in uitæ genere talem se exhibuit ut ab omnibus amaretur. sed cum perpenderet culpæ Pastoris attribui, quicquid ab ouibus delinquitur, honori & oneri cædens ad Monasterium suum reuersus est, in quo quasi unus ex fratribus humillimè conuersatus, dignus habitus est q. Leoni abdicanti succederet anno 1080. Obiit anno 1120. quarto nonas Martii miraculis clarus. *Ioãnes Abbas in eius uita, apud Suriũ Tomo 2. & Tabula Cauenses.*

*Pompelonenses in Nauarra, sub Cesar Augustano Archiepiscopo.*

D. S A N C T I V S Hispanus, monachus & Abbas Leirensis, deinde Põpelonensis Episcopus creatus anno Dom. 1032. strenuè annis multis officio suo functus, sapientiæ laude clarus obiit. *Ioannes Mariana in Amal. Hisp. lib. 8. c. 14.*

D. RamiRus, Aragoniæ Regis filius, monachus S. Pontii Tome-rii, ex Burgenfi, Episcopus Pompelonensis factus, transijt deinde ad sedem Barbastrensem. *Idem Mariana, lib. 10. c. 15.*

*Pragenses in Boiemia, sub Moguntino Archiepiscopo.*

D. D E T H M A R V S, Saxo, monachus Magdeburgensis, deinde omnium acclamatione primus Pragensis Episcopus in Boiemia, electus, & a Boleslao Rege confirmatus, consecrationem accepit ab Archiepiscopo Moguntino: Vir fuit integerrimus, & sui gregis

custos vigilantissimus. Obiit anno Domini 981. *Ioannes Dubravius in Hist. Boiem. lib. 6.*

2 S. Adalbertus, Boiemus, Voytichius ante uocatus, Slaunici, siue Sclauici, Libecensis Comitis filius, monachus primum Magdeburgensis; deinde Dethmaro mortuo, Pragēsis Episcopus a Boleslao Principe, uolens nolens renunciatus, multa aduersa in episcopatu sustinuit; unde quorundam æmulorum suorum inuidia pulsus, per annos septem monachus, sub Leone Abbate, in monasterio S. Alexii, siue S. Bonifacii Romæ, uixit: sed inde tandem reuocatus, & sedi restitutus suæ, cum Prussis Euangelium prædicaret, ab ijs martyrio coronatus est anno 997. regiminis assumpti sextodecimo, die nono cal. Maij. *Idem Dubravius lib. 6. Tritemius, lib. 4. cap. 206. & alij.*

3 D. Strachiquas, Boiemus, Boleslai sæui Boiemæ Principis filius, monachus monasterii S. Emerani Ratisponæ; deinde Pragensem ecclesiam, ut regeret a S. Adalberto rogatus, primum recusat, pietatis & religionis, ut dicebat, causa; Sed cum eodem sancto exulante hâc postmodum dignitatem ambiens, sui uoti compos factus fuisset; in ipsa consecratione sua a Diabolo arreptus, tandiu ab eo concussus est, donec animam exhalaret: quod factum eidem a S. Adalberto prænunciatum fuerat. Vixit anno Domini 984. *Idem Dubravius ibidem. Aeneas Siluius in hist. Boiem. cap. 16. & alij.*


4 D. Thiedagus, siue Theodatus, Saxo, monachus S. Viti, Corbeie Saxonicae, & Othonis Imperatoris a sacris, & ab epistolis, Hemma Boleslai Principis uxore procurante, quæ uiri doctrinam, & morum grauitatem nouerat, Adalberto successor datus anno 997. præfuit strenuissimè annis plus minus 33. & tandem Regi, & populo suo carus obiit anno 1030. *Tritemius, lib. 4. cap. 109. & alij.*

5 D. Exardus, siue Helichardus, Saxo, monachus & Abbas monasterii Nouæ Ciuitatis, & deinde post Thiedagum Episcopus Pragensis quintus, scientia, & religione, quibus non mediocriter effulgebat, populum suum laudabiliter rexit, Fratresque Principes inter se discordes, sua oratione & humilitate, ad concordiam attraxit. Floruit anno Domini 1040. *Tritemius, lib. 4. cap. 112. & alij.*

## Episcopatus de littera Q.

## Cap. LI.


*Quinque Ecclesienses in Hungaria, sub Stridonensi Archiepiscopo.*

S.  AVRVS, Monachus monasterij S. Martini in monte Pannoniæ, uir humilitate & paciētia maximus, & castitate purissimus, à Stephano primo Hūgariæ Rege, qui uirtutū suarum periculū fecerat, Ecclesię Quinqueecclesiensi p̄positus circa annum Domini 1003. eam, quam in monasterio castitatem coluerat, in Episcopatu conseruare studuit; & tandē bonorum operum odore repletus in pace obdormiuit. *Antonius Bonfinius rerum Hungaricarum, decadis. 2. lib. 1. circa medium.* Scripsit de uita SS. Zoerardi, & Benedicti, monachorum, lib. 1. qui est apud Surium Tom. 3. 1. Maij.

## Episcopatus de littera R.

## Cap. LII.

*Ratisponenses in Bauaria, olim sub Saltzburgensi Archiepiscopo. nunc uerò exempti.*

S.  AIBALDVS, siue Gonuibaldus, monachus, & discipulus S. Bonifacii episcopi & martyris, anno circiter 760. Ratisponensi Ecclesię Prælatus, primus in illa prouincia Episcopus agnitus est, quam doctrina, sanctitate, & assiduis concionibus non parum illustrauit, multosque ad Christi fidem adduxit. Migrauit miracula operans circa annum Domini 780. *Tritemius lib. 4. cap. 220.*

3 S. Vuolfgangus, monachus Augiensis, siue Treuirensis, Episcopus Ratisponensis creatus, officium suum sedulo & sanctissime multis annis executus est: Excelluit enim uita & doctrina, ac multis miraculis tempore Otonis II. Imper. Postremo in bona senectute, correptus febre anno 994. uel 999. piē mortuus est pridie calendas Nouembris, Ratisponæ in maiori templo sepultus. *Tritemius lib. 4. cap. 223. & alij.*

D. Guntherus, monachus cœnobij S. Emerani Ratisponæ, & eiusdem postea ciuitatis episcopus, uir tātō dignus officio, annis aliquot  
ecclesiam

ecclesiam sibi commissam, verbo, & exemplo mirabiliter iuuit. Tempus quo floruit me later. *Trittemius, lib. 4. cap. 243.*

S. Putho, siue Tuto, Monachus Monasterij S. Emerani, quod est in Ratispona, ob morum integritatem, & sapientiæ doctrinam, ciuitatis suæ Episcopus renūciatus, ita se gessit in opere, vt dignus fuerit catalogo Sanctorum adscribi. *Trittemius, lib. 4. c. 260.*

D. Cuno, monachus, & Abbas monasterij Sigebergensis, iuxta Coloniam, Ruperto Abbati Tuitiensi admodum familiaris, ut eius libri diuinorum officiorum, & alii nonnulli testantur, qui huic Cuno sunt dedicati, religione, & doctrina sedem Episcopale ad quã assumptus est anno 1126. dignè exornauit, & quibusdam sapientiæ suæ monumentis relictis, in pace quieuit. Floruit anno Domin. 1130. *Trittemius, lib. 4. cap. 261. & Dodechinus in appendice ad Marianum Scotum, ad annum 1126.*

D. Bruno, Monachus, & Abbas monasterij Salzburgensis, ut putato, S. Petri, & deinde Ratisponensis Episcopus, dignum se Pontificatu operibus ostendens, venerabilem se populis suis reddidit, Deoque, & ouibus suis carus, obdormiuit in Christo. *Tritt. lib. 4. c. 267. Rauellenses in Apulia, sub Salernitano Archiepiscopo.*

D. FLAVIUS, Ferrariensis, Monachus monasterij Casinensis, Græca, & Latina lingua valde instructus, & à Papa Iulio III. plurimum dilectus, à quo tandem Episcopus Rauellensis creatus, munus sibi iniunctum laudabiliter impleuit. Floruit anno 1553. *Placidus Romanus in suppl. ill. uir. montis Casini MS.*

*Rhedonenses in Britannia minori, sub Turonensi Archiepiscopo.*

D. STEPHANVS, Monachus, & Abbas monasterij S. Florentii, ann. 1157. Episcopus factus præfuit annis 21. Obiitque anno 1178. *Demochares de sacrific. Missæ, to. 2. c. 23. & Robertus in Chro. ad an. 1157.*

*Roffenses in Anglia, sub Cantuariensi Archiepiscopo.*

1 S. IUSTVS, Romanus patria, & professione Monachus, anno Domini sexcentesimo quarto, à S. Augustino, Anglorum Apostolo primus ordinatus Episcopus in ciuitate Hrofeni, siue Roffensi (quæ à quodam primario nomine Ros, Rofeceltria, id est ciuitas Ros dicebatur) in Ecclesia S. Andreæ Apostoli sedem suam posuit, cui in se-dit per annos plus minus 21. vsque ad annum 625. quo traslatus est ad Ecclesiam Cantuariensem. *Trittemius, lib. 4. c. 51. & alij.*

2 Domnus Comanus, siue Romanus, Monachus S. Gregorii Pape in urbe Roma, S. Iusto ad Cantuariensem transeunte anno 625. Roffensem Ecclesiam gubernandam suscepit, quam cum annis fere

no-

nouem administret, & populum suum continuis pauisset concionibus, obdormiuit in Domino an. 633. uel 632. *Trittemius, li. 4. c. 143.*  
 3 S. Paulinus, monachus & ipse Romanus, cū anno 634. ob mortem Eduuini Northūbrīe Regis, à sede sua Eboracensi pulsus fuisset, & Ecclesia Roffensis iam duobus ferè annis pastore caruisset, inuitatione Honorii Archiepiscopi, & Eadbaldi Cantīe Regis, Roffensem Ecclesiam regendam humiliter suscepit eamque sedem tenuit usque dum ipse ad cœlestia regna conscendit: ubi etiam moriēs anno Domini 654. regiminis Roffensis anno 19. mense 2. die 21. palium quod à Romano Pontifice susceperat, reliquit. *Beda, libr. 2. c. 3. & 14. Trittemius, lib. 4. c. 53. & alij.*

4 D. Ithamar Anglus, & Monachus in Anglia, S. Paulino an. 654. suffectus, & ab Honorio Archiepiscopo consecratus, annis plus minus 17. Ecclesiam suam strenuè gubernauit: obiit circa annum Domini 671. *Trittemius, libro 4. cap. 146.*

7 D. Tobias, Monachus monasterii Sanctorum Petri, & Pauli in Anglia, uir doctrina & religione clarus, & trium linguarum, latina scilicet, græca, & Saxonica, cognitione peritus, Pontificii honore refulsit annis plus minus 29. creatus enim anno 693. obiit anno 722. *Trittemius, lib. 4. c. 171.*

17 D. Vualterus, monachus, & Prior Monasterii Dorobernenfis, siue Cantuariæ, creatus est Episcopus in locum Ascelini anno Domini 1146. peruenitque, ut uidetur, usque ad annum Domini 1170. uel circa. *Matthæus Vvestmon. ad annos 1146. & 1161.*

24 D. N. monachus monasterii Roffensis, Vualtero de Marton Episcopo an. 1278. defuncto, in Episcopali dignitate succedens, pluribus annis laudabiliter oues sibi creditas gubernauit: quando tamè obierit incertum. *Matthæus ad annum 1278.*

27 D. Ioannes de Shepey, monachus & Prior Roffensis, resignante Haymone Episcopo in manus Papæ spontè, ab eodem promotus est in Præsulem Roffensem anno Christi 1352. cuius tempore incepit magna caritas oīum rerum uenaliū: & cū aliquot annis uiliter satis præsuisset, obiit. *Thom. de Vpalsingham in hist. breui, ad an. 1352. Rotæ, & Barbastri in Hispania.*

D. R A M I R V S, Aragoniæ Regis filius, Monachus S. Pontii de Toneriis ad Iauri fluminis ripas territorii Narbonensis, & Abbas S. Facundi, ex Burgenfi primum, deinde Pompelonensi sedibus, Rotæ, & Barbastri Ep̄s assumptus, ex hac tandem ad regnum ascendit anno Domini 1134. *Ioannes Mariana, lib. 10. c. 5. Annal. Hisp.*

Episco-

## Episcopatus de litera S.

## Cap. LIII.

*Sagienses in Normandia, sub Rothomagensi Archiepiscopo.*

S.  
11



DELELINVS, seu Adelinus monachus S. Carilephi in Gallia, siue Treuerensis, & post Sagiensis Eps, ingenii sui monumenta nonnulla posteris reliquit, & inter illa uitam S. Oportunę Abbatissę, quę est tomo 2. Surii. Floruit anno Domini 870. *Ipse in uita S. Oportunę apud Sur. to. 2. Saliocenses.*

1 D. PAVLVVS, monachus, & Abbas monasterii Saliocensis, deinde eiusdem etiam ciuitatis Episcopus primus, postquam aliquot annos super gregem suum cautę inuigilasset, ex hac uita migrauit, de nomine suo Episcopatu nomen relinquens, qui exinde Paulensis dictus est. *Belforestius in sua Cosmogr. tom. 1. fol. 139.*

*Saltzburgenses, siue Iuuauenses in Bauaria, nunc sunt Archiepiscopi.*

1 S. RVPERTVS, ex Regali Francorum Regum progenie ortus Vvormatiensis Episcopus octauus, de sede sua à quodam tyranno deturbatus, Bauariam uerbum Dei prædicaturus adiens, à Theodone Rege humaniter susceptus, eodem cooperante, quem iam salutariter abluerat lauacro, Iuuauię Sancti Petri sibi & fratribus monasterium statuit, in quo uitam monasticam ducēs, eis pro Abbate fuit annis duobus; deinde Episcopus primus Salisburgensis, siue Iuuauensis creatus ann. Domini 579. uel 581. ut alii uolunt, præfuit monasterio, & Episcopatu aliis annis 44. continuę prædicando sacras literas explicans; Obiit plenus dierum anno Domini 623. die 27. Aprilis, & in Ecclesia monasterii sui S. Petri sepultus est. *F. Petrus Cratepolius de Episcopis Germaniæ, & alij nonnulli.*

2 S. Vitalis, monachus, & Abbas monasterii S. Petri de Salisburgo, uitę sanctitate, ac doctrina clarus, S. Ruperto magistro suo in regimine Episcopatus succedens, præfuit annis 23. & obiit anno 646. *Belforestius in catalogo Episcoporum Saltzburgensium, in cosmogr. sua; & Demochares de sacrific. Missę, tom. 2. cap. 40.*

3 D. Anselogus, monachus, & Abbas S. Petri, & post tertius Iuuauensis Præsul, populum suum gubernauit annis 20. & moriens anno 666. in suo monasterio sepultus est. *Demochares ibidem, & Belforestius.*

D. Sa-



4 D. Saulus, siue Samolus, monachus, & Abbas S. Petri; quarto loco creatus Episcopus sedit annos 14. & in eodem suo cœnobio inhumatus est anno Christi 680. *Auctores ijdem.*

5 D. Ezius, monachus, & Abbas S. Petri Saltzburgenſi Eccleſiæ præfuit annis 23. Obiit anno 703. in Sancto Petro conditus. *Auctores qui supra.*

6 D. Florbargifus, monachus, & Abbas S. Petri, & sextus Saltzburgenſis Episcopus, Eccleſiam suam rexit annis 37. Migravit ab hac luce, anno Domini 740. in monasterio Sancti Petri tumulatus. *Demochares, & Belforeſtius.*

7 S. Ioannes, Anglus, monachus Vvintſchelenſis in Anglia, discipulus S. Bonifacij Archiepiscopi Moguntini, uir morum ſanctitate, & eruditione inſignis creatus est ſeptimus Saltzburgenſis Episcopus anno 740. & annis 14. in omni ſanctitate præfuit. Obiit an. 754. *Hunc Trittemius, lib. 4. c. 10. 5. primum Archiepiscopum Saltzburgenſem agnoſcit, uti in Archiepiscopis notauimus.*

9 D. Bertricus, monachus, & Abbas monasterii S. Petri, in locum S. Virgilio Episcopi, anno 784. nonus Episcopus Saltzburgenſis electus, ſequenti anno uiam patrum ſuorum ingreſſus est. *Demochares, & Belforeſtius.*

*Sanctonenſes, ſiue Xanctonenſes, in Aquitania, ſub Burdegalenſi Archiepiscopo.*

24 S. GODRANIVS, ſiue Goderannus, monachus monasterii Cluniacenſis, & primus Abbas Malleacenſis, deinde Sanctonenſis Episcopus 24. creatus anno 1069. de cuius ſanctitate multa miranda narrantur, inter quæ illud est, quod cum quadam uice S. Hugo Abbas Cluniacenſis, cuidam leproſo, à communionem cæterorum hominum corporaliter ſubtracto, ſacram Eucharistiã porrexisset, ille tumentibus labris & ulceroſo ore, corpus Domini indignè maſticans, importuna ſternutatione reiecit, ſequente nimirum nauſea & ſpuma horribili. Christi uerò miles Goderannus, qui aderat, Domini ſui ſacramenta indignè conſpiciens agitari, quod diligebat celeri collegit obſequio; uir enim magnanimus manus utraſque ſupponēs uiuificis ſacramentis, in ore ſuo proiecit, & uomitum magnæ tenentis ægri, læthalibus coleris coherentibus, fideliter abſorbuit. Quæ in re magiſter pius S. Hugo ſtupefactus, & discipuli ſui perfectione attonitus, Laurentii craticulam tollerabiliorem fuiſſe indubitanter aſſeruit. Obiit uir ſanctus anno Dom. 1073. regiminis ſui ſeptimo. *Trittemius, lib. 4. c. 248. chron. Clunic. & alij.*

27 D. Petrus, monachus, & Prior Subiziensis, Episcopus 27. renunciatus anno Christi 1088. presuit annis octo. migravit à seculo anno 1095. *Demochares de sacrific. Missæ, to. 2. p. 26.*

32 D. Bernardus, Monachus & prior de Sabloncellis in Gallia, pastorali infula ornatus legitur anno 1167. quo tamen obierit tempore, uel quantum presuerit incertum. *Demochares ibidem.*

*Sardorum, sub Calaritano Archiepiscopo.*

S. BENEDICTVS, Monachus monasterii Casinensis, uir doctus, & sanctus, de cuius miraculis librum unum se scripsisse refert Petrus Diaconus, ab Urbano Papa II. circa annum Domini 1090. Episcopus Sardorum creatus, in sanctitate uitam finiuit, die decimotertio calendæ Martii. *Petrus Diaconus de Sanctis mont. Casin. cap. 36. & lib. 4. hist. Cas. cap. 7.*

D. Homodei, monachus Casinensis.

D. Albertus, monachus Casinensis. Hi duo ad Callisto Papa II. circa annum Domini 1122. Episcopi ordinati, & in Sardiniam Insulam missi sunt. *Petrus Diaconus, lib. 4. hist. Casinensis, cap. 82.*

*Schireburnenses, siue Saresburienfes, in Anglia, sub Cantuariensi Archiepiscopo.*

1 S. A E D E L M V S ; Adelmus, siue Aedhelmus, uel Anthelmus: tot enim modis in diuersis, diuersè scriptus reperitur, Bladuius, monachus Meldunensis, & Abbas, quod cœnobium nunc Malmesburienfe uocatur; Sancto Heddi, quinto Episcopo Dorcestrensi ad patres adposito, & sede illa, partes in duas scissa; primus Schireburnensis, quæ modo Saresburia, Episcopus creatus est ann. Dom. 704. Vir fuit omni sanctitate repletus, & doctrinæ laude insignis, atque tam liberalium, quàm ecclesiasticarum rerum eruditione mirandus. Presuit Ecclesiæ suæ annis quatuor, & uia uniuersæ carnis ingressus est ann. Christi 709. die 8. calen. Iunii, *Beda, lib. 3. cap. 19. Matthews Westmon. ad annos presatos. Trittemius, libr. 4. cap. 175. & alij plures.* Scripsit tam carmine, quàm prosa.

De celebratione Paschæ, lib. 1.

De uirginitatis laudibus metro. libr. 2. qui excusi sunt Basileæ inter monumenta Orthodoxographorum Patrum, & Parisiis, in folio, tomo 8.

Bibliothecæ SS. Patrum.

Aenigmata carmine, excusa Basileæ, anno 1557.

Epistolas plures ad diuersos, lib. 1. Et alia nonnulla, quæ ad manus meas non peruenierunt.

*Scotorum, incertae sedis.*

S. V V I R O, Scotus, monachus primum in Anglia, deinde Episcopus in Scotia, suam functionem sanctissime obiit; sed aliquot post annos, populi dure cervicis obstinatione, ut paratur irritatus, in Franciam transmittens, propter suae sanctitatem dignus habitus est, qui Pipino Duci à sacris confessionibus eligatur, cuius ope monasterium Sanctae Mariae in monte Petri, quod nunc S. Odiliae vocabulū retinet, non longè à ciuitate Ruremundensi extrui curauit, ubi reliquū ætatis suae sanctissime transigens piè moritur, 8. Idus Maij. Floruit anno Domini 700. *Tritemius, lib. 3. c. 263. & alij.*

D. N. Monachus monasterij Furnesii in Anglia, uir astutus multum & uaser, circa annum Domini 1150. Episcopus Insularum Scotiae renunciatus cum dexteritate maxima populum suum gubernauit. *Gulielmus Neubrigensis rerum Anglicarum, lib. 1. cap. 24.*

*Sedunenses in Vallesia, sub Tarantasiensi Archiepiscopo.*

D. E D O A R D V S, Philippi, Pedemontium Achaiae, & Morae Principis filius, monachus Ordinis S. Benedicti, & Burgeri Prior, tū Secusiae Abbas, demum Sedunensis Episcopus, postremo Bellicensis, & Tharantasiensis, ac S. R. E. Cardinalis, ut suis locis annotabitur. *Philibertus Pingonius in Arbore Sabaudica, gradu 22.*

*Senogallenses in Marchia Anconitana.*

D. T R A S M Y N D V S, Monachus monasterij S. Crucis de Auellana, Congregationis Columbæ, & deinde Episcopus Senogalliae. *Aug. Flor. parte 2. lib. 5. cap. 16.*

*Seleseisenses, siue Cicestrenses, in Anglia, sub Cantuariensi Archiepiscopo.*

1 D. E A D B E R T V S, seu Edbrechtus, Monachus & Abbas Monasterij Seleseiae, quod olim constructum fuerat à Sancto Vvifrido Episcopo, decreto Synodalis Concilij anno 711. in prouincia Australium Saxonum celebrati, constitutus est primus Seleseisensis, siue Cicestrensis Episcopus: quo in honore cum annis aliquot permansisset, Cellam habuit successorem. *Matthæus Westmonasterien. ad annum 711. Tritemius, lib. 4. cap. 177.*

8 D. Aethelgarus, monachus, & Abbas Monasterij Noui Vintoniensis, uir pius, & doctus, creatus anno 988. post annum sessionis suae duodecimum ad Cantuariensem sedem migravit. *Matthæus ad annum 988.*

17 D. Sigefridus, monachus, & Abbas Glastoniensis, creatus est Epi

scopus Cicestrensis, seu Seleseienſis, anno 1125. ſed quo anno obiit non refertur. *Matthæus ad annum 1125.*

21 D. Ranulphus, monachus, & Prior Noruiceniſis, Episcopus creatus eſt anno Chriſti 1218. præfuit annis plus minus 5. Obiit anno 1222. *Matthæus ad annos illos.*

*Signienſes in Campania, exempti.*

1 S. Bruno, ſive Brunus, Ligur, ex illuſtri Aſtenſium ſanguine, Episcopus primum Signienſis factus, aliquot poſt annos Episcopatum reſignans, in monaſterio Caſinenſi monachum induit, ubi tandem Abbas in ordine 40. renunciatus eſt, & eo munere functus eſt annis 3. & mēſibus 10. Quibus finitis à Paſchale Papa II. abdicare coactus, ad episcopatum ſuum reuerſus, & anno Domini 1111. ibidem in pace uitam finiuit, vltimo Auguſti. *Petrus Diaconus, libro 4. Hiſt. Caſin. c. 44. & alibi ſæpius.*

*Siracuſani in Sicilia, ſub Metropolitano montis Regalis.*

74 D. THOMAS, Episcopus, Ciuis Catanēſis, Siculus, monachus Ordinis S. Benedicti, & Sacræ Theologiæ, & Decretorum Doctor peritiſſimus. Hic dū viſitaret Diœceſim Erachię à Saracenis captus, eccleſię ſuę impenſis redemptus eſt. Sedit annis 29. & demum Catanę obiit anno 1416. *D. Ignatius Zamparanus, Monachus S. Marini de Scalis, & R. P. Oſtavius Caietanus Siracuſius Societatis Ieſu Theologus, in catalogo Episcoporum Siracuſanorum ad nos tranſmiſſo.*

*Sodorienſes, ſive Monæ Inſulæ, in Scotia, ſub Archiepiſcopo Sancti Andrea.*

1 D. REIMVNDVS, ſive Vvimundus, monachus Sauiniēſis, obſingularem eruditionem, & prudentiam primus Episcopus Sodorienſis, ſive Monæ inſulæ creatus, anno 1151. uitam in pace finiuit. *Matthæus ad annum 1151.*

2 D. Ioannes, monachus Sagiēſis in Gallia, Reimundo ſuccedēs, aliquot annis laudabiliter gubernauit. *Matthæus ibidem.*

*Spirenſes, ſive Nemetenſes, in Germania, ſub Moguntino Archiepo.*

16 D. AMELRICVS, monachus monaſterij Vveyſtembergēſis, electus eſt Episcopus Spirenſis ſextuſdecimus, ann. D. 890. præfuit annis 3. Obiit anno 893. *Demochares de ſacrific. Miſſæ, to. 2. c. 35.*

17 D. Gebhardus, ſive Berinhardus, Monachus Vveyſtembergēſis, creatus eſt in Amelrici locum an. 893. Cuius tempore Canonici Spirenſes uitam monaſticam profeſſi, ſub uno recto coniuncti habitare cœperunt, ſine proprio, ſub regulari diſciplina uiuentes. Hic anno Episcopatus ſui 18. Chriſti Domini 912. à quibuſdam comitibus

tru-

trucidatus est, quod persuasisset eorum cognato, ut sua quædam prædia donaret ecclesiæ Spirensi. *Demochares ibidem.*

19 D. Reginobaldus, I. Monachus Hirsaugiensis Sancti Aurelij, uoluntate Otonis I. Imperatoris Spirensi ecclesiæ præfectus anno Domini 943. præfuit annis 15. Obiit uerò anno 958. die 13. mēsis Octobris. Hic uectigalia, & potestatem eudendi monetā, decimas, & redditus, ecclesiæ suæ impetrauit à Cunrado Duce Franconiæ, consentiente Otone Imperatore, anno Episcopatus sui tertio. *Demochares ibidem, & Belforeſtius in Cosmographia.*

20 D. Godefridus, monachus Vveyssemburgensis, Episcopus creatus, mensibus tantum quindecim præfuit; obiit anno 959. *Demochares loco citato.*

21 D. Odogarius, monachus Ordinis S. Benedicti, Godefrido substitutus, an. 10. administrationis suæ, Christi 969. diem obiit. *Democh.*

23 D. Rupertus, monachus Vveyssemburgensis, Episcopus electus anno Christi 987. præfuit annis 18. Obiit anno 1005. *Demochares.*

27 D. Reginobaldus, II. monachus, & Abbas Monasterij Sancti Vlrici, in Augusta Vindellicorum, creatus anno 1032. cum annis octo præfuisse, obiit anno 1039. *Demochares loco citato.*

31 D. Einhardus, monachus, & Abbas Limburgensis, electus anno 1058. præfuit annis 9. Obijtq; anno Christi 1067. *Demochares.*

35 D. Gebhardus, II. Comes Auracensis, Monachus, & Abbas Hirsaugiensis, Spirensis Episcopus electus est anno Dom. 1105. Abbatialis regiminis sui 14. & insigni pompa consecratus est à Ruthardo Moguntino Archiepiscopo: præfuit uir doctus, & eloquens, annis 4. & mensibus 10. Obiitque anno 1110. in monasterio suo Hirsaugiensi ante summū altare sepultus. *Tritt. lib. 4. c. 246. & Democh.*

37 D. Arnolphus, monachus, & Abbas S. Viti Corbeie Saxonice, unanimi Capituli consensu electus Episcopus anno 1113. præfuit laudabiliter annis 4. & anno 1117. moriens, in Ecclesia S. Guidonis humatus est. *Demochares.*

58 D. Lambertus, nobilis à Buren, Alsata, Monachus Neourlerensis, & Abbas Gengenbacensis, anno Domini 1364. communicatione suffragio Spirensis Ecclesiæ Episcopus electus, relicta sede Brixinenſi quam annis 13. rexerat, electioni de se facte consentiēs Spirensē adiit, quam gubernauit annis plus minus octo, usque ad annum 1371. Illo enim anno à Carolo III. Imperatore, cuius erat Cancellarius, ad Argentinensem Ecclesiam transire iussus est. *Demochares loco citato, & Trittemius, lib. 4. c. 251.*

*Stagnenses in Dalmatia, sub Ragusino Archiepiscopo.*

D. BASILIVS Gradi, Ragusinus, monachus primum Congregationis Melitenensis, postea Casinensis, & demum Stagnensis Episcopus factus à Gregorio Papa XIII. anno 1584. uix biennio præfuit. Vir fuit doctus & eruditus, ut eius castigationes in paraphrasim psal morum Ioannis Baptistæ Folengij monachi Casinensis Congregationis demonstrant.

*Suessani, in Campania, sub Capuano Archiepiscopo.*

D. MILO, monachus monasterij Casinensis, & præpositus Capuani cænobij, Abbasque Sancti Benedicti de Salerno, ab Alexandro Papa II. anno Domini circiter 1072. Ecclesiæ Sueffanæ Episcopus creatus, monasterio suo, & Episcopatu simul, aliquot annis summa cum uigilantia præfuit. *Leo Ostiensis in Chron. Casinensi, lib. 3. c. 24. & Trittemius. libr. 4. cap. 226. qui emendatione tamen indiget: dicit enim Episcopum eum Sueffionensem in Francia, pro Sueffano.*

D. Iacobus, monachus Casinensis, Sueffanæ Ecclesiæ Prepositus, Obijt die 7. Cal. Martij, sed quo floruerit tempore incertum. *Calendarium vetus Casinense MS.*

*Suessionenses, in Gallia, sub Rhemensi Archiepiscopo.*

16 S. VRSMARVS, qui ab alijs Autcharus vocatur, monachus, Abbas Lobienfis, sextodecimo loco Sueffionensi Ecclesiæ Episcopus datus, Aldemburgi præcipuè prædicans, templum in honorem Apostolorum Principis dedicauit anno Christi 669. quod postea conuersum est in monasterium monachorum Ordinis S. Benedicti à S. Arnulpho Episcopo itidem Sueffionensi. Præfuit autem S. Vrsmarus huic sedi annis plus minus 44. Obijt enim anno Domini 713. die 13. calendas Maij. *Meyerus, libro primo Annal. Flandrie, ad annum Domini 669.*

51 S. Arnulphus Pamelius, Aldenardensis, Flander, monachus, & Abbas monasterij S. Medardi in ciuitate Sueffionensi, uir sanctissime conuersationis, iussu S. Gregorij Papæ VII. ab Hugone Legato sedis Apostolicæ, & Archiepiscopo Lugdunensi, Episcopus Sueffionensis consecratus, anno Domini 1080. & in Flandriam, ad tumultus excitatos sedandos missus; munus sibi iniunctum strenuè compleuit: & demum sanctitate, & miraculorum operatione clarus, in Domino quieuit anno 1087. regiminis sui octauo, die decimo octauo calendas Septembris, & in monasterio S. Petri à se fundato die sequenti sepultus est. *Trittemius, lib. 3. cap. 326. Meyerus, lib. 3. Annal. Fland. Belforestius in Cosmog. & alij.*

Episco-

## Episcopatus de litera T.

## Cap. LIIII.

*Tarvisini, in Ducatu Foroiulensi, sub Episcopo Patavino.*

D.  
60



**D**OVICVS Barbo, Venetus, Abbas monasterij Sanctæ Iustinæ de Padua, & reformator eiusdem monasterij, auctorque Congregationis Sanctæ Iustinæ de Padua, quæ nunc Casinensis appellatur, cum annis multis monasterio præfuisset in omni sanctitate, & bonorum operum operatione, anno Domini 1437. nolens & inuitus, ab Eugenio Papa IIII. factus est Episcopus Tarvisinus 60. & die 15. mensis Aprilis consecrationis munus accepit: præfuit ecclesiæ suæ annis sex, & mensibus sex; obiitque bonis operibus plenus, anno 1443. (non autem 1471. ut malè scriptum reliquit Ioannes Bonifacius, libr. 11. histor. Taru.) mense Septembri, in Capitulo monasterij sui Sanctæ Iustinæ sepultus. *Ex monumentis illius cœnobij, & alijs.*

*Terracinenses in Campania, exempti.*

**D.** AMBROSIVS, Mediolanensis, monachus monasterij Casinensis, vir prudens, & eruditus, anno Domini 1072. ab Alexandro Papa II. Terracinensis Episcopus creatus, ingenij sui monumenta nonnulla posteris reliquit. *Leo Ostiensis in Chron. Casin. lib. 3. cap. 24. & Tritemius, lib. 4. cap. 211.*

**D.** Gregorius, monachus monasterij Casinensis à pueritia sua, vir in sacris literis eruditissimus, à Paschali Papa II. circa annum Domini 1110. ecclesiæ Terracinensi Præpositus, eandem verbo, & exemplo mirabiliter illustravit; vt uidere est ex eius operibus, quæ passim in multorum manibus uersantur. *Petrus Diaconus, de vir. ill. mont. Casin. cap. 32. & lib. 4. hist. Casin. cap. 44.*

*Theanenses, in Apulia, sub Capuano Archiepiscopo.*

**D.** HILARIUS, monachus monasterij Casinensis, ob singularem doctrinam, & tam in secularibus, quàm in diuinis scripturis peritiã, Theanensis Episcopus creatus, populis suis quod uerbo prædicauit, prius exemplo monstrauit. Floruit ann. Domini . . . *Tritemius, lib. 4. cap. 232. Leo Ostiensis in Chron. Casin. lib. 1. c. 35.*

**D.** Angelarius, monachus Casinensis, & Præpositus, atque eiusdem cœnobij Abbas XX. Teanensis verò primus, Episcopo Teanensi defuncto eiusdem Ciuitatis Episcopus creatus est anno Domini 890.

& officio suo aliquot annis laudabiliter functus, obiit nonis Decembris, & ibidem in ecclesia sui Episcopatus sepultus est. *Leo Ostiensis in Chron. Casin. lib. 1. cap. 49.*

D. Leo, Monachus monasterij Casinensis, uir in utroque homine clarus, ecclesiam Theanensem gubernandam suscepit circa annū Domini. . . . & cum munus sibi impositum strenuè complexisset, quicquid in pace. *Trittemius, lib. 4. cap. 264.*

D. Pandulfus, monachus cœnobij Casinensis, & Episcopus Theanensis, vir doctus & eruditus, & libertatis monasterij sui defensor acerrimus. Floruit sub Innocentio Papa II. *Petrus Diaconus in Chron. Casin. lib. 4. cap. 110.*

*Theofordenses in Anglia, sub Cantuariensi Archiepiscopo.*

2 D. HEREBERTVS Cosinga (qui ab aliis Henricus, sed malè vocatur) monachus & Abbas de Ramiffia, precio Pontificatum an. 1091. adeptus Theofordensem, in tantum postea pœnituit, ut delictorum eluendorum causa Romam profectus, spontè se dignitate abdicauerit, traditis Pontificatus insignibus in manum Urbani II. Pontificis: cuius indulgentia munus spretum obire iussus est; qui postea domū reuersus, reliquam ætatem integerrimam uixit; & anno Dom. 1094. die 5. idus Aprilis Episcopalem sedem ex Theofordia, Nordouiciū, hominum conuentu, & negotiatorum copia maximè celebrè, inuexit, ubi loci monasterium monachorum Ordinis Diui Benedicti instituit, & templum Theofordienfe monachis Cluniacensibus, eiusdem Ordinis, donauit: & demum uita, & morte præclarus, obiit anno Domini 1119. regiminis sui 28. *Matthæus Vrestmon. ad annos 1091. 1094. & 1119.*

*Therofenenses in Anglia, sub Cantuariensi Archiepiscopo.*

S. PAVLINVS, monachus Romanus, ordinatus primum Episcopus Therofenensis, à S. Iusto Episcopo, eam sedem annis aliquot in omni sanctitate rexit, & post anno 625. ad Cathedram Metropolitanam Eboracensem translatus, alteri locum cessit. *Trittemius, libro quarto, cap. 58.*

*Toletani in Hispania, nullius Diœcesis: obtinebant enim tunc temporis Archiepiscopalem dignitatem.*

S. HELLADIVS, Hispanus, primum in Aula Regia enutritus, deinde sæculo relicto monachus Agaliensis monasterij, quod constructū erat in honorem Sanctorum martyrum Cosmæ, & Damiani, postea eiusdem monasterij Abbas secundus, & tandem, Aurasio Episcopo defuncto, Toletanus Episcopus, creatus anno Domini 606. plebem sibi



sibi commissam in omni exemplaritate rexit, & gubernauit ann. 18. & sanctitate, miraculorumq; gloria clarus, obdormiuit in Domino, anno 624. duodecimo cal. Martij. *S. Ildephonsus de vir. illustribus, c. 7. & alij in Martyrologio notati.*

S. Iustus, Hispanus, monachus, & Abbas Agaliensis tertius, deinde S. Helladij, magistri sui, in Episcopatu successor, præfuit annis plus minus decem, & sanctus habitus, beatam gloriam, & cælestis regni bona promeruit anno 634. post mentem Aprilem, vt arbitror die 9. Maii. *Ildephonsus ibidem cap. 8. Morales, histor. Hispan. libro duodecimo, cap. 21. & alij.*

S. Eugenius, huius nominis secundus, Hispanus, monachus Agaliensis, & S. Helladii discipulus, postquam S. Iustus in gaudium Domini perpetuo victurus intrauit, Ecclesie Toletanæ pastor datus est an. 634. & in omni sanctitate, & iustitia populo suo præfuit annis yndecim, & in senectute bona adpositus est ad patres suos, an. D. 645. *Ildephonsus ibidem cap. 12. Morales, lib. 12. cap. 29. & alij.*

S. Eugenius, huius nominis tertius, Hispanus, monachus monasterii S. Engratiæ in ciuitate Cæsaraugusta, dignus inuentus, qui S. Eugenio II. sibi æquiuoco succederet, Toletanæ ecclesie regimè assumpsit anno Domini 645. quod tenuit annis plus minus 12. & bonis operibus plenus migravit anno 657. idibus Nouembris, in Basilica S. Leocadiæ sepultus. *Ildephonsus, cap. 14. Morales, lib. 12. cap. 34. & alij.* Nonnulla scripsisse refert Mariana, lib. 6. cap. 9. quæ autem sint illa præter eius Epitaphium nihil uidi.

S. Ildephonsus, siue Hildephonsus, seu Illephonsus, uel Alphonfus, Hispanus, ex nobilissimo stemmate Comitum de Orgaz, monachus, & Abbas monasterii Agaliensis, & s. Eugenio II. discipulus, in Episcopatu Toletano successor, præfuit in omni sanctitate annis nouem, & mensibus duobus: & tandem doctrina, & eruditione clarus, obiit anno 667. die 13. calendas Februarii, *Ipse ibidem c. 15. Vaseus in Chronico, Morales, lib. 12. c. 39. & alij.*

S. Iulianus, cognomento Pomerius, sed alius à primo, Hispanus, monachus monasterii Agaliensis, & s. Eugenio II. discipulus, Quirico Episcopo, qui s. Ildephonso successerat anno 680. uita defuncto, Toletanam ecclesiam regendam suscipiens, exemplo, non minus quam verbo: erat enim omnium ferè sui temporis doctissimus, ecclesiam suam non modicum illustrauit, & cum eandem gubernasset annis decem, mense uno, & diebus septem, octavo idus Martii migravit ad Dominum, an. 690. *Vaseus in chronico, & alij.* Scripsit, De vita s. Hildephonsi

dephonſi Episcopi, lib. 1. qui est apud Surium, tomo 1.

D. Cixila, Hispanus, monachus Agaliensis, & s. Illephonſi in Abbatia regimine ſucceſſor; deinde iam ſenex & quaſi decrepitus Toleranus Episcopus, creatus anno D. 766. uerbo, & exemplo extitit mirabilis. Scripsit uitã p̄fati s. Illephonſi Ep̄i. *Ioannes Mariana, lib. 7. c. 6.*

*Tornacenses, in Neruijs, ſub Archiepiſcupo Cameracenſi.*

1 D. Anſelmus, Laudunenſis, Gallus, monachus, & Abbas monaſterii s. Vincentii martyris, prope Laudunum, uir, tam in humanis, q̄ in diuinis literis eruditus, ab Eugenio Papa III. anno Domini 1146. proprius Tornacenſis Episcopus creatus eſt, cum hætenus populus ille ſub Ep̄iſcupo Nouiomienſi fuiſſet; dignitatem tenuit annis plus minus quinque; & nonnulla ingenii ſui monumenta poſteris relinquens, obiit anno 1150. Tornaci ſepultus. *Demochares de ſacrificio Miſſæ, tomo 2. cap. 15. Belforeſtius in Coſmogr. ſua. & Tritemius, lib. 4. cap. 240. qui tamen ambo correptione indigent; ille quod Ep̄iſcopum Laudunenſem eum dicat, iſte quod Sueſſionenſem, cum in catalogis ambarum ſedium nullus huius nominis reperiatur.*

9 D. Ioannes Buchel, Anginus, Francorum Regis nepos, Doct̄or Theologus, monachus, & Abbas Stabulanus, Galtero à Mandra in Eccleſia Tornacenſi anno 1261. ſurrogatus, annis plus minus 13. laudabiliter officium ſibi commiſſum impleuit: & anno 1274. à Patribus Concilii Lugdunẽſis, in Ep̄iſcopum Leodienſem promotus, tandem ab æmulo ſuo iniquiſſimẽ occiſus eſt anno 1281. *Demochares de ſacrificio Miſſæ, tomo 2. cap. 37.*

13 D. Gulielmus, monachus ordinis s. Benedicti, creatus an. Domini 1320. præfuit aliquot annis laudabiliter. *Demochares ibidem.*

22 D. Carolus de Croy, Comit̄is de Croy filius, monachus primũ monaſterii Sanctæ Mariæ de Afflighem in Brabantia, deinde Abbas monaſteriorũ Altimontis, Afflighem, & s. Gisleſni in Hannonia, poſtremo Ep̄iſcopus Tornacenſis, uir magni nominis & famæ, multis annis cum monaſterio, tũ Ep̄iſcopatũ præfuit. Vixit ſub Carolo V. Imperatore, ſub anno Domini 1550. & quod excurrit. Obiit in monaſterio ſuo s. Gisleſni, & ibidem ſepultus eſt ad dexteram ſummi altar̄is in ſepulchro alabaſtrino maximi ualoris, quod ſibi ante mortẽ præparauerat. *Tabule monaſterij S. Gisleſni.*

*Traiectenſes in Hollandia, ſub Coloniẽſi Archiepiſcupo.*

1 S. VILLIBRORDVS, qui in conſecratione dictus eſt Clemens, Anglus, monachus monaſterii Ripẽſis in Anglia, Ep̄iſcopus Friſiorũ, ſue Traiectenſium ordinatus eſt à Sergio Papa, Romæ, anno 696.

in templo & die sanctæ Cecilie: totos quadraginta annos in disseminatione Euangelii pacis inter gentes consumpsit; & tandem plenus dierum & sanctitatis, in monasterio Epternacensi in Ducatu Luxemburgensi, à se extracto anno 736. mortuus, die septimo Nouembris, ibidem sepultus est; & Apostolus Hollandiæ & Frisiæ appellari meruit. *Beda, libro quinto, cap. 11. & 12. Trittemius, libro quarto, cap. 67. & alij.*

2 S. Bonifacius, Vvinnfridus antea dictus, Anglus, monachus monasterii Adefcancaster, deinde Mutscellæ, & Archiepiscopus Moguntinus primus, s. Vvillibrordo in cælum translato, ecclesiæ Traiectensis curam suscipiens, eandem annis sexdecim per Eobanum Corepiscopum prudentissimè rexit: & anno 752. Gregorium Abbatem loco suo præficiens ad Frisios Orientales, Euangelium prædicaturus accessit, quorum gladiis in oppido Doccum cum 50. sociis occisus, martyrii coronam accepit anno 755. nonis Iunii. *Trittemius, libro 3. cap. 176. Barlandus in cat. Episc. Traiectensium, & alij.*

3 S. Gregorius, monachus, & Abbas monasterii sancti saluatoris Traiecti, & s. Bonifacii discipulus, à quo constitutus, & consecratus est tertius Traiectensis Episcopus anno Christi 752. præfuit sanctissimè annis plus minus 32. & sacri ministerii administratione clarus, ad Dominum migravit anno 784. die octauo calendas Septembris. *Trittemius, lib. 4. cap. 188. & alij multi.*

4 S. Albericus, siue Adelbertus, uel Adelbricus, Frisius, Illustrissimo Frisiorum Regum stemmate clarus, monachus, & Abbas s. Saluatoris Traiectensis, magistrum suum S. Gregoriū proximè insequutus, annis plus minus decem Ecclesiam sibi commissam uita, & moribus ornauit, & per temporariam hanc mortem laudabili fine, immortalem uitam consequutus est, ann. Domini 794. duodecimo calendas Septembris, in monasterio suo sepultus. *Trittemius, libro quarto, cap. 202. & alij.*

7 S. Rixfridus, siue Ritfridus, monachus (ut arbitror s. Saluatoris Traiecti) Frisius, uir doctus, humilis, & Deo deuotus, Episcop. Traiectensis septimus creatus anno Domini 828. præfuit annis plus minus nouem, & bonorum operum plenus, mortem immortalitate cōmutauit anno 836. die tertio nonas Octobris. *S. Ludgerus Episcopus in uita S. Suuiberti apud Surium, tomo 2. Scripsit nonnullas Epistolas, inter quas, extat illa quæ est ad S. Ludgerum Episcopum.*

14 S. Radbodus, Frisius Radbodi Frisiorum Regis pronepos, monachus Ordinis s. Benedicti, monasterii sancti Saluatoris Traiectensis,

sis,

sis, uir humanarum sacrarumque literarum nõ mediocriter peritus, ut ex eius operibus uidere est, omnium suffragiis Traiectinensis Episcopus electus anno Christi 900. postquam decem & septem annis Episcopi munere functus esset, obiit anno 917. die tertio calendas Decembris, & sanctorum numero adscriptus, Dauentriam corpore suo ibi in Diui Leuini templo recondito, clariorem reddit. *Tritemius, lib. 2. cap. 38. lib. 3. c. 255. & de scriptoribus Ecclesiasticis apertius.* Scripsit inter alia quæ extant, laudes S. Bonifacii Episcopi & mart. lib. 1. qui extat MS. in Belgio.

De S. Amalberga virg. Sermon. 1.

Flores S. Vvillibrordi, Libr. 1.

Vitam S. Leuini, Carmine, Lib. 1.

De eodem Encomiasticam orationem, quæ est cum uita eiusdem Carmine descripta, Ultraiecti in Holandia. MS.

Homiliarum & Sermonum, Lib. 1.

Officium quoque integrum de translatione Sancti Martini Episcopi.

19 D. Adelbandus, seu Adelboldus, Frisius, Monachus Lobienfis, uir scientia literarum insignis, S. Anfrido ex hac uita sublato, Episcopus cõsecratus est anno Christi 1010. & multis in Episcopatu rebus præclare gestis, ut eius acta testantur, subtractus est anno 1021. regiminis sui 11. *Tritemius, lib. 4. c. 219.* Scripsit uitam S. Henrici Imperator. Lib. 1. quæ est excusa apud Surium, Tomo 1.

De laude S. Crucis. De laude B. Mariæ.

De S. Martino, cantum nocturnalem, & triumphum ipsius de Danis, Turoniam infringere uolentibus, etsi non multo sermonis cultu: magno tamen pietatis affectu. Et alia nonnulla tam metro, quàm prosa.

*Trecorenses in Britannia minori, sub Turonensi Archiepiscopo.*

S. TUDVALVS, Derochi Regis Britannia affinis, monachus & Abbas Lambalius, deinde Episcopus Trecorensis, anno circiter Domini 600. creatus, cænobio, & Episcopatu multis annis præfuit sanctissimè, & clarus uirtutibus, & signis migravit in pace, 7. calendas Iulii. *Cænalis de re Gallica, lib. 2. perioche 6.*

*Tripolitani in Syria, sub Patriarcha Antiocheno.*

D. BERNARDVS III. Monachus Ordinis S. Benedicti, deinde Tripolitanus Episcopus, ad extremum Casinenfis Abbas 64. creatus anno 1296. Obijt eodem anno 15. calend. Augusti ibique sepultus est. *Catalogus Abbatum Montis Casini MS.*

Tullen-

*Tullenses in Leucis, sub Treuirensi Archiepiscopo.*

20 D. GARIBALDVS, siue Gribualdus, Volfandi filius, cœnobij Diui Michaelis auctor & dotator, & ibidem postmodum spretis mundi deliciis monachus, deinde ob pietatem Tullensis Pontifex electus anno Domini . . . præfuit annis ferè 8. & multa à Childeberto Rege Ecclesiæ suæ acquisiuit priuilegia. Obiit anno Domini . . . *Franciscus de Roseres, to. 3. Stemmatum Latharingie, histor. capitali 52.*

25 D. Frotharius, monachus & Abbas monasterii S. Apri, & postea Tullensis Episcopus, creatus anno Domini circiter 806. præfuit annis . . . & multis munificè ad utilitatem ecclesiæ suæ, & Monasterii, peractis excessit ex humanis, anno . . . *Idem hist. capitali 54.*

33 D. Robertus, monachus Methelochiensis monasterii, Pontifex Tullensis anno . . . creatus, vix anno uno ministravit. *Idem tomo 4. histor. capitali 58.*

D. Bruno, Sueuus, Alsata, Hugonis Comitis filius, monachus monasterii cuiusdam Tullensis, & deinde eiusdem ciuitatis Episcopus, electus anno Domini . . . . . præfuit Episcopatu annis . . . . . & cū virtutibus, religione, probitate, ac in egenos mira charitate splendesceret, euectus est ad summum Romanum Pontificatum anno Domini 1049. & Leo I X. vocatus. *Trittemius in Chronico Hirsaugie, & alij.*

D. Ludhelmus, monachus monasterij Sancti Maximini Treuirensis, & postea Tullensis Episcopus, creatus anno Domini . . . . . præfuit annis . . . . . Obiit anno . . . . . *Auctor huius rei iam e mente excidit.*

*Tungrenses, siue Traiectenses ad Mosam, sub Colonien-*  
*si Archiepiscopo.*

26 S. AMANDVS, Aquitanus, Gallus, Serani Ducis filius, monachus Ogyæ insulæ, siue Lerinensis, & post Bituricensis, deinde Tungrensis Episcopus vigesimussextus, creatus anno Christi 632. præfuit solus anno vno, & paulo amplius; anno enim 633. à Dageberto Rege euocatus Ecclesiæ Argentinensis primus præficitur Episcopus, quam cum annis aliquot in omni sanctitate rexisset, improbitate populorum irritatus, eandem deferuit, & ad primam suam sedem Tungrensem reuersus, quæ hactenus per annos nouem à S. Landoaldo Suffraganeo gubernata fuerat, eandem annis tribus aliis administravit: tandemque studio vitæ arctioris incensus eam iterū relinquens ad monasterium Elnonense, quod nūc à suo nomine, S. Amandus uocatur, anno 645. se contulit, ibique statim uitæ prioris reassumens, monachus obiit anno Domini 661. die 6. mensis Februarii, ubi & honorificè

ficè sepultus est. *Tabulæ Lerinenses MS. Meyerus, Molanus, Cratopolius, & alij permulti, & Trittemius, lib. 4. c. 135.*

27 S. Remaclus, monachus, & Abbas monasterij Solemniacensis, & Sancti Eligij Abbatis, & Episcopi discipulus, S. Amado in Episcopatus regimine suffectus, anno Domini 645. præfuit annis plus minus decem: anno enim 652. sæculi huius rumores fugere peroptas, episcopatum reliquit, & in cœnobio Stabuleti, non longè à Leodio, se abdidit, ubi monachus primum, deinde Abbas effectus, diè obiit anno abdicationis suæ 63. qui erat à natiuitate Christi 715. & ibidem sepultus die tertio Septembris successorem habuit Sanct. Papolenum Abbatem. *Trittemius, libro quarto, cap. 149. & alij in Martyrologio nostro notati.*

28 S. Theodardus, monachus Stabulensis, & S. Remaculi discipulus, magistro suo in Episcopatu succedens anno 655. pro libertate ecclesiæ, ut uerus Pastor, animam suam posuit, unde à filijs Belial iuxta Vormatiam occisus, statim in testimonium sanctitatis, euidentia signa subsequuta sunt. Martyrio coronatus est anno 655. regiminis sui tertio incepto, die 10. Septembris. *Tritt. lib. 4. c. 154. & alij.*

29 S. Lambertus, Apri Comitis Loffensis filius, monachus monasterii Stabuleti, ob eximiam pietatem, & sanctitatem anno Domini 657. in locum S. Theodardi Episcopus renunciatus; præfuit sanctissimè, tam in episcopatu, quam extra, annis 40. & tandem ut alter Ioannes Baptista, pro iustitia, & stupri reprehensione coronatus est martyrio anno Domini 698. 15. calend. Octobris. Quo mortuo Tungrensis, siue Traiectensis superioris ad Mosam sedes, Leodium, siue Legium translata, per S. Hubertum eius successorem, denominationem ab illa ciuitate noua accepit. Fuit autem S. Lambertus Episcopus Tungrensis 29. Traiectensis uerò 20. *Tritt. lib. 4. c. 162. & alij citati in Martyrologio nostro.*

*Turiasonenses in Hispania, sub CasarAugustano Archiepiscopo:*

D. BERENGARIUS, Arago, Hispanus, Raymundi Argonia Regis filius nothus, monachus, & Abbas Montaragonis, deinde episcopus Turiasonensis, circa annum Domini 1150. creatus, postmodum ad Ilerdensem sedem transit. *Ioannes Mariana in Annal. Hispan. libro undecimo, cap. nono.*

*Turonenses in Gallia, nulli tunc subiecti: nunc Archiepiscopi.*

17 D. GONTHARIUS, monachus, & Abbas monasterii S. Venantii intra terminos Andegauenses, uir prudentiæ maximæ, dum Abbatis officio fungeretur; sed episcopus factus repente in alium uirum mutatus

tatus

tarus, & potationibus deditus, omnibus de se maximam admirationem reliquit. Præfuit annis duobus, mensibus 10 diebus 22. Obiit anno Domini 555. & uacauit sedes anno uno. *Belforestius in Cosmog. sua. & S. Gregor. Turonensis de gest. Francorum, lib. 10. c. 31.*

19 S. Gregorius Florentii filius, monachus monasterii Turonensis (ut arbitror S. Martini) Episcopus creatus est anno Domini 573. & quam sanctè per annos 21. præfuerit ingenii sui monumenta, quæ posteris reliquit indicant. Migravit ab hac luce anno Christi 594. 15. calendas Decembris, & Turonis sepultus in album sanctorum adscriptus est. *Tritemius, libro quarto, cap. 45. & Belforestius ibidem.*

Scriptit simplici, & aperto sermone nonnulla opera, de quibus extat;

De laude Sanctorum Martyrum, Lib. 1. excusit Colonie, in 8.

De Vita quorundam cõfessorum, Lib. 2. & Parisiis in fol.

De Miraculis S. Iuliani martyris, Lib. 1.

De Miraculis s. Martini Episcopi, Lib. 4.

Hist. Francorum, Lib. 10. qui excusit sunt Parisiis, cum scholiis Morelii, anno 1561. in 8. & Basileæ 1568.

in 8. sed in ista impressione tollenda est epistola dedicatoria, impii Ill. Flacci.

Epitome eiusdem Historiæ, Lib. 1.

Chronicon Ecclesiasticæ Historiæ, Lib. 1.

Quæ omnia opera impressa narrantur Lutetiæ Parisiorum simul in uno codice, sed quo anno, nondum uidi.

### Episcopatus de litera V.

Cap. L V.

*Valentini in Gallia, sub Archiepiscopo Viennensi.*

D.



ERARDYS, Monachus Cluniacensis, deinde Bolisimensis Abbas, post Cluniacensis XIX. exinde Episcopus Valentinus, cui sedi cum aliquandiu in omni bonitate præfuisset, meritis crescentibus ad Patriarchatum Hierosolymitanum assumptus, plenus operibus bonis, quieuit in pace. *Chronicon Cluniacense MS.*

D. Petrus de Castro Lucii DD. Doctor monachus, & Abbas Cluniacensis XXXI. deinde episcopus Valentinus creatus anno Domini 1342. præfuit annis duobus. Obiit 4. nonas Martii, anno 1344. & Clu-

Clu-

Cluniaci in Capella Sancti Martialis sepultus est. *Chronicon Cluniacense MS.*

*Valentini in Hispania Terraconensi, sub Archiepiscopo Terraconensi: nunc sunt Archiepiscopi.*

S. EVPROPIVS, Hispanus, Monachus, & Abbas Monasterii Sirbitani, in Hispania, & postea Episcopus Valentinus, uir eruditissimus, & monasticis disciplinis apprimè instructus, cuius doctrina Hispania non parum decoris acceperunt, cum in plurima sanctitate, populos sibi subditos gubernasset, clarus miraculis migravit in cœlum die 6. idus Iunii. Floruit anno Dom. 600. *Trittem. lib. 2. cap. 14. & alij.* Scripsit inter alia, De Chrismaris unctione, Lib. 1.

De coercitione Monachorum, Lib. 1.

Epistolarum ad diuersos, Lib. 1.

*Vandalorum, sub Bremensi Archiepiscopo.*

S. BENNO, Monachus Hamburgensis, Reginberto Episcopo defuncto ad Vandalos conuertendos Episcopus missus, pietate & doctrina nulli suo tempore secundus extitit: Dæmonum apud Barbaros cultum sustulit, lucos excidit, atque Christianorum religionem plurimis in locis plantauit; unde & quintus Vandalorum Apostolus uocari meruit. Obiit anno Christi 1190. *Crantzius in Saxonia, lib. 4. cap. 30. & alij.*

*Vectæ Insulæ, sub Archiepiscopo S. Andrea.*

D. CYMBERTVS, Anglus, monachus Rietfordensis, id est, Vadi arundinis, in Anglia, deinde Episcopus Insulæ Vectæ, in ecclesiasticis, & monasticis disciplinis nobiliter instructus. Floruit anno Dom. 730. *Trittemius, lib. 4. c. 178.*

*Vencienses, in Prouincia, sub Eduensi Archiepiscopo.*

S. LAMBERTVS, Monachus Lerinensis, & postea Venciensis episcopus, obiit sanctitatè clarus die 26. Maii. *Tabulæ Lerinenses MS.*

S. Veranus eiusdem monasterii Lerinensis monachus, ob insignè pietatè episcopus creatus, miraculis fulgens inter sanctos relatus est. *Tabulæ Lerinenses MS. quæ quo tempore claruerint non explicant.*

*Venefrani, in Apulia, sub Archiepiscopo Capuano.*

D. PETRVS, Rauennas, Monachus monasterii Casinensis, uir doctus, & religiosus anno Domini 1039. à Nicolao Papa II. Episcopus Venefranus, & Hiserniensis ordinatus apud Acerras, eo in honore fuit annis aliquot. *Leo Casinensis historię, lib. 3. c. 14.*

*Verdenses in Germania, sub Moguntino Archiepiscopo.*

S. SVVIBERTVS, siue Suitbertus, uel Suuitbertus, ex illustri Comitum



mitū nortgalliæ sanguine ortus, Anglus, monachus Bearmenfis sub  
s. Hicbaldo Abbate, deinde Abbas monasterij Dacore, postremo Ver  
denfis, siue Vuerde Cæsaris Episcopus primus, creatus anno Domi  
ni 711. præfuit in omni sanctitate annis sex, & paulo amplius, &  
multos in Saxonia, Frisia & alibi, ab infidelitate ad Christum addu  
xit, & tandem meritis cumulatam viam vniuersæ carnis ingressus  
est anno Christi 717. ætatis suæ 69. calendis Martij. Et anno 756. de  
terra eleuatus quarto idus Iunij, a Leone Papa. III. in Sanctorum  
numerum relatus est anno 803. pridie Nonas Septembris. *Tritte  
mius lib. 4. c. 182. Marcellus in eius vita apud Surium Tomo 2. Democares de Sacrif. missæ Tom. 2. c. 35. qui tamen correctione aliqua indi  
get in annis quibus eum uixisse affirmat. Crantzius metropolis lib. 1.  
capit. 6.*

2 Sanctus Patto, Scotus, monachus, & Abbas Amarbaricanus in  
Scotia, & Episcopus Vuerdenfis secundus, creatus anno Domini cir  
citer 718. vir in Euangelica veritate enuncianda, ac hæresis prauita  
te conuellenda, studio, ac zelo præcipuus, præfuit annis plus minus  
43. & in bona senectute ad patres suos adpositus est circa annum  
Domini 760. die tertio calendas Aprilis. *Crantzius metropolis lib. 1.  
c. 21. & 22. Jo. Lesleus in hist. Scot. lib. 4. Democares de sacrif. missæ  
tomo. 2. c. 35. & alij.*

3 Sanctus Tanco, Scotus, monachus & ipse, & Abbas Amarbari  
canus, Patroui in monasterio primum, deinde & in ecclesia Verden  
si Pontifex succedens anno Domini 760. vel circiter, & martyrii de  
fiderio accensus in Saxoniam contendens, populi illius uitia, acerbis  
sima oratione perstringebat: vnde illius immani furore truculentis  
sime extinctus est, circa annum Domini 800. die 14. calendas Mar  
tij. *Crantzius ibidem. Lesleus lib. 5. Democares ibidem, & alij.*

6 Sanctus Kortilla siue Rortilas Scotus, monachus, & Abbas Amar  
baricanus, proferendæ Catholicæ fidei nomine in Saxoniam profe  
ctus, post Christi fidem diu ac sincerè plebi prædicatam, Vuerdenfi  
Ecclesiæ post Ceuilonem præfectus circa annum Domini 820. non  
multo post Saxonum crudelitate occisus est. *Crantzius metrop. lib.  
1. capit. 29.*

7 Sanctus Isengerus Scotus, monachus, & Abbas Amarbaricanus,  
uir sanctitate præcipuus, in demortui Kortillæ sedem eleuatus, pau  
co tempore præfuit, sed quo mortis genere obiecit ignoratur. *Crant  
zius ibidem.*

8 Sanctus Harrucus, Scotus, monachus & Abbas Amarbaricanus,  
a a eodem

eodem Dei spiritu, quo sui prædecessores, concitatus, in Saxoniam contendit; ubi post multos labores, molestias, & cruciatus, patientissimo animo pro ecclesia toleratos, Episcopatu ecclesiæ Vuerdensis primum, ac martyrij deinde corona, ut & sui antecessores, ornatus est, anno Domini circiter 831. ipsis Idibus Iulij. *Crantzius ibidem. Demochares loco citato, & alij.*

## A N N O T A T I O.

*Crantzius metuprolis lib. 1. c. 29. apertis verbis præfatum Harrucum monachum & Abbatem fuisse declarat; reliquos duos, Kortillam scilicet & Isengerum, ex coniectura verborum eiusdem pro monachis hic posuimus, sic enim ait; Harruch octauus hunc insequitur, vir omnium plenus virtutum, cuius neque tempora, neque acta signantur: hoc solum est annotatum, quia obierit Idibus Iulij. Erat & hic natione Scotus, ut & ante eum duo, Abbas & ipse Amarbaricensis. Hæc ille. Ex his verbis aperte colligitur, illos duos Scotos & ipsos, Abbatesq; Amarbaricenses fuisse, sicut & ipse Harrucus: relatiuum enim illud, ipse, hoc apertissime demonstrat. Si quis tamen aliquid in contrarium habuerit me submitto.*

16 D. Bruno, huius nominis primus, Othonis, Sueviæ Ducis filius, Ludolphi nepos, Othonis Magni Imperatoris pronepos, monachus monasterii S. Viti corbeia Saxonica, deinde Episcopus Vuerdensis in ordine, 16. vir natu, & virtute nobilis, fundavit monasterium Oldenstadenfe circa Vlylleam. Deinde Pontifex Romanus inauguratus, Gregorij V. nomen sibi assumpsit anno Domini 995. die 8. cal. Iulij. Obijt anno 998. 12. cal. Martij, Pontificatus sui anno 2. mense 7. die 25. & ad S. Petrum sepultus est. *Tritemius li. 4. c. 224. de monachatu, at de Pontificatu nihil, nos quid de eo sentiamus, dicemus in fine operis ad Gregorium V.*

21 Dominus Bruno secundus, monachus, & Abbas Nuenburgensis, & Magdeburgensis, Friderici Comitis frater, & deinde Vuerdensis Episcopus 21. pastor bonus & egregius fuit, sed in mala incidit tempora: bella enim, fames, pestilentia, mala, quibus hominū Deus castigat peccata, tum effervere. Vixit an. 1030. *Tritem. lib. 4. c. 239. Veronenses, in Lombardia, sub Patriarcha Aquilegensi.*

D. Hilduinus, Tassio, Belga, monachus Lobienfis monasterij, deinde Episcopus Veronensis, creatus anno Domini 928. præfuit annis plus minus octo; & anno 935. abdicans, ad Mediolanensem sedem transijt. *Tabulæ Episcoporum Veronensium; & Ioannes Franciscus Tintus lib. 5. c. 11. hist. Veronensis, qui dicit anno tantum uno præfuisse,*

fuisse, sed in annorum denumeratione, Galestinum & reliquos Mediolanenses scriptores sequimur.

Sanctus Racherius, seu Ratherius, Viennæ Comitis filius, & monachus Lobiensis, abdicante Hilduino Episcopus Veronensis factus, anno 935. (uel ut Tintus dicit anno 928.) in magna sanctitate munus sibi impositum obiit annis fere. 17. sed quorundam inuidia ab Episcopatu pulsus, anno ut colligere licet 952. uel circa, sequenti Episcopus Leodiensis renunciatus est. Obijt anno 974. miraculis clarus. *Tritemius lib. 4. c. 204. Tabula Veronenses, & Tintus loco citato.*

Domnus Bartholomæus, monachus ordinis Sancti Benedicti, & demum Episcopus Veronæ, creatus anno 1278. præfuit annis 12. obiit anno Christi 1290. *Tintus ibidem.*

Domnus Petrus, monachus, sed cuius cænobij non explicatur, & Episcopus Veronensis, post Bartholomeū, electus anno 1290, rexit annos octo, & anno 1298. obiit. *Idem Tintus.*

Domnus Thobaldus, primum Eremita Augustinianus, deinde Abbas monasterii Sancti Firmi, Petro mortuo Episcopus Veronensis, contra Bonincontrum quendam in schismate creatus anno 1298. fedit annos plus minus 33. obiit anno 1331. *Tintus ibidem.*

Domnus Nicolaus monachus, & Abbas monasterii Sancti Petri de Villa Noua, Ordinis Sancti Benedicti, Theobaldo successit anno præfato 1331. præfuit annis quinque; obiit anno 1336. *Tintus eodem lib. 5. c. 11.*

*Vesontionenses, in Gallia.*

Domnus Donatus monachus monasterii luxouiensis, & deinde Episcopatus Vesontionensis Ecclesiæ dignitate ornatus, religione, & doctrina florens, dum suis prodesse studuit, æternum sibi præmiū acquiuit. Quo tempore uixit ignoratur. *Tritemius, lib. 4. c. 233.*

*Vicenses in terra Laboris, sub Archiepiscopatu Surrentino.*

Domnus Constantinus de Lannoy, siue ut Itali dicunt La Noya, natione Belga, patria Neapolitanus, monachus S. Seuerini de Neapoli congregationis Casinensis, a Gregorio Papa XIII. Episcopus creatus, deinde Rhegitanæ Ecclesiæ Metropolitanus factus, ante consecrationem obiit anno 1586.

*Vicenses in Hispania, sub Taracconensi Archiepiscopo.*

Domnus Frater Benedictus de Tocco, Regis Epyri nepos, monachus Hispanus congregationis Vallisoletanæ, Episcopus Vicensis factus, ab illa sede ad Gerundensem transit, qui nunc etiam, ut arbitror, in uiuis est. *Gonsalvus Illescas in hist. Pontif. lib. 5. c. 15.*

*Virdunenses in Lotharingia, sub Treurenfi Archiepiscopo.*

12 Sanctus Hermefredus, monachus Luxouienſis S. Colubani ſuggeſtione factus, moxque Pontifex Virdunenſis renunciatus anno Domini 609. præfuit annis non minus 12. & vita piè tranſacta in Chriſto quieuit anno 621. die ... *Fræſcius de Roſieres Tom. 3. Stematatum Lotharingie hiſt. capitali. 47.*

13 S. Paulus, S. Germani Epifcopi Pariſienſis nepos, Eremita primum apud Voſagum montem, deinde monachus monaſterii Theologii in diœceſi Treurenſi, poſtremo poſt Hermenfredum Epifcopus Virdunenſis quamvis inuitus creatus; ſuæ eccleſiæ bona augeri imprimis curauit; & exinde uirtutibus & miraculis fulgidus caros petiit anno 648. regiminis ſui 27. die ſexto Idus Februarii. *Idem Roſieres hiſt. c. 48. Tritemius lib. 4. c. 201. & alij.*

14 Domnus Giſloaldus monachus Theologiæ, Sancto Paulo immediate ſuppoſitus, totius Cleri & ipſius Sigeberti Regis approbatione, præfuit annis 17. & obiit anno Chriſti 665. *Idem Roſieres ibidem.*

15 Domnus Gerebertus, monachus, & Abbas Theologii, unanimi Cleri, & Regis electione, Paſtor gregis Virdunenſis ſacratus, tyrannidi Ebroini eccleſias Dei immenſis vectigalibus opprimenſis, conſtanter reſtitit, & anno Præſulatus ſui 24. Chriſti Domini 689. diem obiit. *Roſieres Hiſt. c. 50.*

16 Domnus Armonius, Pipini Ducis Brabantiæ conſanguineus, monachus, & Abbas Theologii, ſacra Virduni peregit annis 12. obiit anno domini 701. *Roſieres hiſt. c. 51.*

45 Domnus Vrſio, ſiue Vrſinus monachus, & Abbas monaſterii S. Dionyſii Rhemenſis, uir admodum puſillanimis, anno Epifcopatus ſui tertio, qui erat a Chriſto nato 1131. Epifcopatus iuribus renuncians, ad monaſterium ſuum reuerſus eſt. *Roſieres hiſt. c. 71.*

*Upſalenses in Suetia, tunc ſub Brementi, ſiue Magdeburgenſi potius: nunc ſunt Archiepifcopi.*

17 Sanctus Anſgarius, ſiue Anſcharius, Gallus, monachus Corbeie Gallicæ, & deinde procurante Ludouico Pio Imperatore, ad gentium conuerſionem Epifcopus primus Suecorum & Gothorum creatus anno domini 816. ſummo honore a Rege Berone in ciuitate Birchenſi ſuſceptus, uerbum dei fiducialiter prædicauit, & illius régis humanitate & pietate fretus, totam ciuitatem, omneinque in circuitu regionem ad veri Dei cultum conuertit, idque ſpatio annorum 16. uel circiter, uſque ad annum uidelicet 833. quo prælatus eſt

est Ecclesiæ Hamburgensi. *Ioanes magnus li. i. de vitis Pontificum Vpsalensium: & alii.*

3 Sanctus Stephanus, Gallus, sed monachus Corbeia Saxonice S. Viti, in diuinis legib. ita institutus est, vt dignus sit habitus qui supra candelabrum in domo domini post S. Adaluardum collocaretur, circa annum domini 840. Hic, zelo prædicandæ fidei, relicta Vpsalia in qua nullum, aut certe paruum fructum fecerat, ad Helsingos, omnium Suecorum optimos se contulit, quos suis prædicationibus ad fidem maxima ex parte adduxit, eorumque Apostolus primus & præcipuus appellatus; a nonnullis tandem diaboli filiis, martyrio coronatus est: & sepultus est in Ecclesia & Villa Norala. Post cuius obitum Vpsalensis ecclesia pastore caruit. *Ioannes magnus loco citato; & alii.*

*Vrbeuetani, in Italia, sub patrimonio S. Petri.*

Domnus Petrus Boerius, Gallus, Narbonensis, monachus, & Abbas Cœnobii S. Auiani Sancti pontii Thomeriarum Diæcesis DD. Doctor & D. Ioannis de Iohannis Abbatis Imicellensis, & Decretorum Doctoris, discipulus, uir suo tempore Doctissimus, ob eximiã doctrinam, Sacrorumque Canonum peritiam Episcopus Vrbeuetanus factus, omne tempus vitæ suæ in dictando & scribendo consumpsit, ut eius opera testificantur. Floruit ab anno Domini 1320. ad 1360. *Trittemius lib. 2. c. 134. ipse Boerius in prologo expositionis regulæ S. P. Benedicti.* Opera autem eius præcipua, hæc esse feruntur. In speculum monachorum, lib. 1.

De signis locutionum, lib. 1. qui est in Bibliotheca nostra MS.

In Benedictinam Benedicti Papæ XII. commentarij: sunt in Bibliotheca nostra S. Benedicti de Mantua, MS. in membranis.

In Regulã S. P. N. Benedicti explicatio duplex, quarum prima concordat sententias ipsius Regulæ, cum sententijs Sanctorum Patrum, & est apud nos bis MS.

Hanc autem scripsit petentibus Monachis Sublacensibus, ad quos sic in fine scribit.

*Pulsatus precibus, uobis transmitto pudicis.*

*O fratres cari, quod me sudante frequenter*

*Hoc opus exegi, Patris mea viscera nostri*

*Speleo, iuxta vos, iamque uitalia uestris*

Cui monachi specuentes sic responderunt,

Monachi Sacri Specus, Vrbeuetano Episcopo.

*Ista specus Monachi, semper venerabimur almi*

Scripta ut reliquias, nos, & quicumque sequentur.  
 Ingenij clarus, composq; in lumine mentis,  
 Canonum & excellens Sacrorum Doctor & author,  
 Boetij Petrus castri de sede Redonte.  
 Parte minerbesii regnante diæcesis ortus  
 Narbonensis enim, Monachus exemplar honesti  
 Hactenus, ò cunctis, Aviani monachus almi,  
 Tomeriarum prudensq; Diæcesis Abbas.  
 Nunc veteris summe venerandus Episcopus Vrbis.  
 Rite specu Sancti Benedicti se speculanti.  
 Quam vallis Sublacensis sudore peregit.  
 Hoc opus ex dictis Sanctorum secula Patrum  
 Vertice parentum, iam eius quiscunq; legentum,  
 Septenis decies ternis, an mille trecentis  
 Principio hoc operis scripsit qua causa notatur.

Altera, noto quodam & inasirato expositionis genere, omnia  
 Regulæ non solum capitula, sententias, & dogmata, sed etiam  
 quod amplioris industriæ est, uerba, consilia, & præcepta Iuri Pon-  
 tificio conferens, mirabili subtilitate Decretalibus, & Canonibus  
 Summorum Pontificum, & Patrum approbat, exemplar est apud  
 nos in Bibliotheca nostra, in membranis MS. in folio praegrandi.

Vtenses, siue Vtenses in Gallia, sub Archiepiscopo  
 Narbonensi.

Domnus Bernardus de Cadoena, monachus S. Flori in Aruer-  
 nia, & eiusdem quoque Ciuitatis Episcopus undecimus, postquam  
 sedem illam aliquot annis laudabiliter gubernasset, ad Vtensem trá-  
 sit, & boni pastoris uices impleuit. Demochares Tom. 2. c. 25.

Vuiciorum, siue Vuigorniensis, in Anglia, sub Cantuariensi  
 Archiepiscopo.

2 Domnus Ostphorus, siue Ostfertus, Anglus, monachus Strenes  
 halcensis monasterii S. Hildæ, deinde Episcopus Vuiciorum secun-  
 dus, in locum Boseli creatus anno circiter Domini 690. uir Doctus  
 & pius, ut ex eius homiliis quas posteritati reliquit uidere est:  
 obiit circa annum Domini 700. Tritemius lib. 4. c. 212. Matthæus  
 Vuestm. ad annum 680.

3 S. Eguinus Vuiccius, monachus Benedictinus Vuigorniensis  
 monasterii ut inuenio, & postmodum Vuigornia Episcopus ter-  
 tius, post Ostphorum, uita in omni religiositate, & sanctitate transa-  
 cta, in gaudium Domini introductus est anno Domini 716. tertio  
 Idus

Idus Ianuarii. Res eius gestas composuit S. Bertualdus Episcopus Cantuariæ . Scripsit S. Eginus nonnulla non contemnenda, inter quæ librum unum de Cœnobii sui primordiis : alium de suis apparitionibus : & quasdam SS. uitas , ut S. Adelmi Episcopi Schireburnensis : *Bertualdus in eius uita. Bibliotheca philosophorum, & alii.*

5 Domnus Taffridus Anglus monachus monasterii Streneshalcensis, & Vuiciorum Episcopus quintus Vuilfrido mortuo, religione, & scientia scripturarum clarus, non longe à creatione sua mortuus est, ut testatum reliquit Matthæus Vuestm. ad annum 680. quamuis Trittemius lib. 4. c. 189. dicat pluribus annis præfuisse . Obiit autem circa annum Domini 770.

15 Domnus Aethelhunus Anglus, monachus, & Abbas Bercheferæ, & postea Episcopus Vuigorniensis 15. creatus in locum Hereferri anno Domini 915. præfuit annis plus minus octo : & anno 922. moriens locum reliquit Vuilfertho Episcopo. *Matthæus Vuestm. ad annos citatos :*

18 Sanctus Dunstanus, Anglus, monachus, & Abbas Glasconiensis, & deinde, Episcopus Vuigorniensis 18. creatus pro Chineuuldo anno Christi 957. ab Odone Cantuariensi consecrationis munus accepit : præfuitque ecclesiæ Vuigorniensis annis plus minus. 4. usque ad annum scilicet 959. quo anno Londoniensi etiam ecclesiæ præpositus, illam cathedram gubernauit per annos. 14. ad annum usque 973. quo translatus est ad regimen Cætuariensis Archiepiscopatus, ut diximus in Archiepiscopis illius sedis. *Matthæus Vuestm. ad annos supracitados : & alij nonnulli.*

19 Sanctus Osuualdus, Gallus, Sancti Odonis Archiepiscopi Cætuariensis nepos, & monachus monasterii Floriacensis in Gallia, Sancto Dunstano ad Londoniensem ecclesiam transeunte, Vuigorniensis episcopatus præfuit anno Christi 959. quem rexit annis plus minus duodecim : sanctitatis enim eius fama uolante, Eboracensis Archiepiscopus renunciatus est anno Domini 972. *Matthæus Vuestm. ad annos citatos : Polidorus lib. 6. & Trittemius lib. 4. cap. 101. qui duo tamen correctione nonnulla indigent, præponunt enim in Episcopatu S. Osuualdum S. Dunstano, cum hic præponi, ille uero postponi deberet, ut rectissime annotat Matthæus, & ratio annorum id etiam manifestat.*

20 Domnus Aeldulphus, siue Eaddulphus, Anglus monachus, & Abbas cœnobii Medeshamensis in Anglia, & deinde S. Osuualdo cedente, Episcopus Vuigorniensis 20. creatus anno Domini 972. præfuit laudabiliter annis 21. plus minus : & sicut S. Osuualdo hac in

Sede succedere meruit, ita dignus habitus est eidem morienti, succedere in Archiepiscopalis Eboracensis sedis regimine, anno Domini 992. *Matthæus, ad annum 992.*

24 Domnus Leoffius, Anglus, monachus, & Abbas Thorniensis, & deinde, post Vulfstanum qui ad Eboracensem sedem transferat, Episcopus Vuicciorū 24 creatus anno 1002. præfuit annis. 3. obiit anno Domini 1033. *Matthæus ad annos citatos.*

29 Sæctus Vulfstanus siue Vuolfstanus Anglus, monachus, & Prior monasterij Burgi Vuigorniensis, & postmodum eiusdem ciuitatis Episcopus, creatus anno 1061. vir doctus, & Sæctus, rexit ecclesiam suam in omni æquitate annis 34. plus minus; & miraculorum gloria clarus obiit anno 1095. die 14. Kalendas Februarii, ætatis suæ anno 87. *Senatus Brauonius apud Surium Tomo 1. Matthæus Vuestm. ad annos citatos, & alii.*

42 Domnus Siluester, Anglus, monachus, & Prior Vuigorniensis, & exinde Episcopus eiusdem ciuitatis 42. electus anno 1214. præfuit annis. 4. & mensibus aliquot; obiit anno 1218. *Matthæus ad annos præfatos.*

45 Domnus N. monachus & Prior cuiusdam monasterij, cuius nomen non exprimitur, & postmodum Episcopus Vuigornie 45. creatus anno Christi 1301. quantum præfuerit non constat. *Matthæus ad annum 1301.*

*Vuiltonenses, siue Ramesburienses, in Anglia, sub Cantuariensi Archiepiscopo.*

5 Domnus Aelfstanus, monachus Glasconiensis ordinis S. Benedicti, & deinde Episcopus Vuiltonensis, siue Ramesburienses quintus, floruit anno Domini 970. uel paulo post. *Matthæus ad annum 920.*

8 Domnus Brithuualdus, monachus & ipse, & Episcopus postea huius sedis octauus, cum aliquot annis dignum se tali magistratu ostendisset, obiit anno Domini 1045. *Matthæus ad annum 1045.*

*Vuintoniensis, qui ante erant Dorcestrenses, sub Archiepiscopo Cantuariensi.*

8 Sæctus Suuithunus Anglus, monachus Vuintoniensis, & deinde eiusdem Ciuitatis Episcopus octauus, creatus anno Domini circiter 850. præfuit annis plus minus 12. & Sæctitate, ac miraculorum gloria clarus, migravit ad Dominū anno 862. die 2. Iulii. *Matthæus Vuestm. in Flor. hist. & alii.*

14 Sæctus Birstanus, monachus, & deinde. S. Frithstano abdicante



cante Episcopus Vuintoniensis 14. creatus anno 932. præfuit annis duobus, & Sanctitate clarus obiit anno 934. *Matthæus ad annos citatos.*

15 Domnus Aelphegus, monachus & ipse, S. Birstano in regimine Episcopatus succedens, anno prælaturæ suæ 12. Christi 946. uitam cum morte commutauit. *Matthæus vt supra.*

18 Sanctus Aetheluuoldus, aliis Adelboldus, Anglus, monachus Glasconiensis, deinde Abbas Abendoniensis, postremo Vuintoniensis Episcopus. creatus in locum Brithelmi anno Domini 963. præfuit annis. 21. plus minus, & plenus dierum Calendis Augusti obiit anno 984. *Matthæus qui supra: Trittemius lib. 4. c. 205. & alij.*

19 Sanctus Aelphegus, Anglus, monachus, & Abbas monasterii quod Balneum dicitur, siue Bathoniensis in Anglia, deinde post S. Aetheluuoldum Vuintoniæ Episcopus electus anno 984. præfuit ecclesiæ sibi commissæ per annos plus minus 34. usque ad annum 1018. quo ad Cantuariensis sedis regimen assumptus, exinde per martyrii coronam cælos intravit. *Polydorus lib. 8. Trittemius lib. 4. ca. 113. Matthæus ad annos 984. & 1006. & alij.*

32 Domnus, Henricus, Gallus, Stephani Comitis Bloisii filius, & Stephani Regis Angliæ frater, monachus primum Cluniacensis, post Abbas Glasconiensis, & postremo Episcopus Vuintoniensis, creatus anno Domini 1129. factus deinde Apostolica sedis in illis partibus Legatus, munere suo functus est annis 43. plus minus, & prophetiæ spiritu charus ac omnibus charus obiit anno 1171. die octauo Idus Augusti. *Polydorus lib. 11. & 12. & Matthæus Vuestm. ad annos citatos, & Matthæus Paris ad ann. 1171.*

37 Domnus Magister Ioannes de Exonia, monachus & Prior monasterii Sancti Suuithuni Vuintoniæ, deinde Abbas de Middleton, ad vltimum Vuintoniensis Pastor, creatus anno 1261. uir doctrina, & religione clarissimus, præfuit quam optime annis multis, obiitque anno Domini circiter 1286. paulo ante uel post *Matthæus Vuestm. ad annum 1261.*

39 Domnus Henricus Vuodeloches Anglus, monachus, & Prior Vuintoniensis, deinde Ioānis de Pontisina eiusdem ciuitatis Episcopi, qui anno Domini 1305. obierat, successor, uir tanto honore dignus, aliquot annis cum præfuisset bonorum operum cumulatione plenus, uitam obiit. *Matthæus ad annum 1305.*

*Vuormatienses in Germania, sub Moguntino Archiepiscopo.*

4 Domnus Samuel, monachus, & Abbas Laurissensis, & deinde  
Episco-

Episcopus Vuormatiensis quartus, electus anno Domini 838. præfuit annis 18. decessit in meliorem uitam die 7. Februarij 856. & in monasterio suo Lamistano sepultus est, cum tali inscriptione:

*Hæc loca fundauit Samuel, gratumq; parauit*

*Ipsi gregem Christo, tumulo qui clauditur isto.*

9 Domnus Anno, patria Hellsus, monachus, & Abbas S. Maximi Treuerensis, deinde Abbatia nouæ Pergensis, extra muros Magdedurgensis ciuitatis, Episcopatu Vuormatiensi præficitur anno 950. Præfuit annis 24. Obijt, die 24. Decembris, anno 974. Sepultus cum hoc Elogio:

*Anno vir iustus, primus dilectus Otoni;*

*Ergo virum multa concumulauit ope.*

*Anno magis regis summi, sed amatus Olympi.*

*Quocirca celi regna beata colit.*

14 Sanctus Burchardus, siue Brocardus, Hefus, Franconis Episcopi Frater, Monachus Laubiësis in Hannonia, deinde Præpositus monasterij S. Victoris, postremo Episcopus Vuormatiensis, creatus anno 997. consecrationem accepit, à Vuilligiso Moguntino Archiepiscopo, die 8. Martij. Præfuit in omni sanctitate, annis 29. Obijt anno 1025. die 20. Augusti: & in Summæ Basilicæ crypta sepultus est, cum sequentibus versibus:

*Robora Burchardus ex nomine denotat artis,*

*Et quod nomen habet, imaxima facta probant;*

*Vangio nam per eum fossas, & mœnia, tures*

*Aedificat rursus, depopulata prius.*

18 Domnus Adelbertus, siue Adelberus, vel Adelbero, Comes ab Habsburgh, Frater Rodulphi Sueuorum Ducis, monachus monasterij Sangallensis, Episcopus electus est die 23. Octobris, anni 1065. præfuit annis quinque. Obijt anno 1070. die 6. Augusti, sepultus dignè cum tali inscriptione:

*Firmus Adelbero sincero pectore ciues*

*Vangiones docuit corde tenere fidem;*

*Sic se curauit, populi sic pectora pauit,*

*Ut superi moriens iret ad astra poli.*

20 D. Ebbo, monachus monasterij Laurissensis, & deinde Episcopus Vangionum, creatus anno 1110. præfuit lustro: Obijt anno Domini 1115. sepultus cum tali Elogio:

*Laurissas sedes Ebbo reliquit, & ædes,*

*Vuormatiam venit, populi quo scandala demit*

Præsulis

*Præfulis & partes, sanctasq; exercuit artes:*

*Vnde Beatorum cæserunt regna polorum*

*Ebboni patri, dilecto credite fratri.*

*De his quinque agit Demochares de sacrif. Missæ, tomo 2. cap. 35.*

### Episcopatus de litera Z. Cap. LVI.

*Zamorenses in Hispania sub Compostellano Archiepiscopo.*



**S**ANCTVS Attilanus, Hispanus, monachus monasterij de Moreruela, sub Sancto Froillano Abbate, deinde Zamorensis Episcopus, præfuit sanctissimè annis aliquot; & miraculis clarus, Obijt anno Domini 825. tertio nonas Octobris: & anno 1092. ab Urbano Pa-

pa II. in Sanctorum numerum relatus est. *Ambrosius morales lib. 15. c. 44. & alij permulti.*

*De quibusdam Episcopis intertæ sedis, ex grege nigrorum Monachorum assumptis.*

### Cap. LVII.



**A**DELARIUS Monachus Anglus, & Episcopus consecratus ad fidem populis prædicandam, eadem martirii palma coronatus est, qua S. Bonifacius eius magister, anno 754. die 5. Iunii. *Trittemius lib. 4. c. 183. Crætopolius, & alij.*

Domnus Alteus monachus, & Abbas monasterij Sancti Mauricii Aganensis trigessimus in Ordine, a primo Abbate, & postea Episcopus, verum ubi locorum non explicatur, floruit tempore Caroli Magni Imperatoris. *Belforestius in cosm. in descriptione Valesiæ.*

Domnus Amatus, monachus monasterij Casinensis, & postea Episcopus, incertæ tamen sedis, & scriptor sui temporis non contemnendus. Vixit anno 1170. *Leo Ostiensis in chron. Cas. lib. 3. cap. 34.* Scripsit ad Gregorium VII. Papam.

*De*

De gestis Apostolorum Petri & Pauli versibus	lib. 4.
De laude eiusdem Pontificis	lib. 1.
De duodecim lapidibus	lib. 1.
De ciuitate Celesti Hierusalem	lib. 1.
Historiam Normannorum	lib. 8.

Domnus Atto, monachus (vt puto) Casinensis, & postmodum Episcopus, obiit die tertio idus Februarii. *Calendarium uetus Casinense MS.*

Domnus Edanus Hibernus monachus, & S. Malachie Episcopi discipulus, ab ipso Malachia Romam proficiscente Episcopus ordinatus, munus iniunctum diligenter impleuit. *S. Bernardus Abbas in uita S. Malachie.*

Sanctus Eobanus monachus Anglus, & S. Bonifacii Archiepiscopi, & in messe Dominica coadiutor, & Chorepiscopus, cum eodem martyrium subiit anno 754. die 5. Iunii. *Tritemius lib. 3. cap. 176. & alij.*

Sanctus Etro, monachus in Anglia, & Episcopus Regionalis ad fidei dilatarionem, miraculis clarus, quieuit in pace anno Domini circiter 660. uel paulò post, die 10. Iunii, quiescit Lætiis in Belgio. *Molanus in indiculo.*

Sancti Euualdus Albus, & Euualdus Niger, monachi in Anglia, & ad conuersionem gentium Episcopi ordinati, à Paganis tenti martyrium pertulerunt die tertio Octobris. *Cratopolus de Episcopis Germ.*

Sanctus Foillanus Philtani, Hibernia Regis filius, monachus in Anglia, deinde ad prædicandum Euangelium Episcopus constitutus à S. Martino Papa, cum tribus sociis martyrii palmam percipit anno 660. die ult. Octobris. *Molanus in indiculo, & alij.*

S. Gero, Germanus, & monachus (vt arbitror) S. Pantaleonis Colonia, & deinde Episcopus incertæ sedis, circa annum Domini 980. *Ex hist. Inuentionis S. Maurini. c. 7.*

D. Girbertus, monachus S. Benedicti de Mantua, congregationis Cluniacensis, & deinde Episcopus. *Tabulæ eiusdem cenobij.*

Sanctus Gisalaricus, discipulus S. Ruperti Episcopi Saltzburgenfis, & monachus S. Petri de Saltzburgo, & Episcopus ad gentium conuersionem ordinatus circa annum 636. Viennam, & Auftriam ad Christi fidem fertur reduxisse. Hic sedem Fauianensem iam a multo tempore pastore carentem in integrum restituit, vtrum tamen eius fuerit sedis Episcopus ignoro. *Belforestius in descriptione Viennæ.*

Domnus

Domnus Gisleerius, monachus (vt colligere licet) Casinensis, & deinde Episcopus, obiit die 15. Cal. Martij. *Calendarium Caf. MS.*

Domnus Goffredus monachus, vt arbitror, Casinensis, & exinde Episcopus, obiit nonis Februarij. *Calend. vetus Caf. MS.*

Sanctus Humberus monachus Laudunensis, deinde fundator cę nobij de Maricolis in Belgio, & ad fidem gentibus nuntiandam Episcopus titularis factus, anno Domini circiter 670. sanctitate & miraculis clarus, obiit die 25. Martij. *Molanus in indiculo.*

Sanctus Isidorus monachus, in quantũ licet colligere, Sancti Andree Romę, & S. Gregorii discipulus, deinde Episcopus in Sicilia; Vixit anno 606. & quod excurrit. Obiit die 15. Januarii. *Felici in Calendario.*

Domnus Laurentius, monachus Casinensis, uir doctus, & religiosus, ac postmodum Episcopus, multa scripsit. *Petrus diaconus uir. ill. Caf. cap. 6.*

S. Leuinus, monachus Ripensis in Anglia, ad gentium conuersionem Episcopus constitutus, Apostolus Transilanelorum factus est. *Teatrum Conuers. gentium.*


D. Marianus Mannus, Siculus, monachus S. Martini iuxta Panormum, & Episcopus Nullatenensis, obiit 1576.

Sanctus Pirminius Abbas Diuitis Augiæ, & Chorepiscopus consecratus ut infideles ad Christi ouile perduceret, aliquot annis munere suo egregie functus, nigravit in cœlum die 3. Nonembris. *Crapolius de Episcopis Germaniæ, & alij.*

D. Ribaldus, monachus S. Benedicti de Mantua, & Episcopus postmodum. *Tabula illius Cœnobij.*

D. Stephanus, monachus S. Benedicti de Mantua, deinde Episcopus. *Tabula Benedictine.*

*De nonnullis Episcopis, qui Episcopatu abdicato, Ordinem Monasticum ingressi sunt. Cap. LVIII.*

S.  NSELMVS Mantuanus, Lucensis Episcopus, & deinde amore diuinę contemplationis, Papa, & amicis ignorantibus, monachus cœnobij S. Benedicti in agro Mantuano factus, non longe post a Gregorio Papa VII. qui eius opera maximè utebatur, coactus, ad sedē quidem suam

suam rediit, sed tamen habitum monasticum sub hestē Episcopi  
zelans, in eodem etiam sepeliri uoluit anno Domini 1086. die 18.  
Martii. *Vita eius MS. quæ est apud nos in monasterio S. Benedicti.*

Scripti non contemendæ lectionis opuscula, inter quæ contra  
Guibertum Antipapam pro defensione Romani Pontificis Apo-  
legeticum Domini Papæ, lib. 1.

In lamentationes Hieremiæ, non autem in Hieremiam, ut quidam  
annotatum reliquerunt, lib. 1.

In psalmos usque ad illum locum, *Benediximus uobis in nomine  
Domini, rogatu Mathildæ ducissæ, morte enim præuentus com-  
plere non potuit, lib. 1.*

Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Reperimus & in Bibliotheca nostra S. Benedicti Mantuani MS. se-  
quentia opera ipsi attributa, uidelicet,

Meditatio in orationem Dominicam, quæ sic incipit,

O immensa clementia, columnis octo in membranis pregrandibus.

Alia in eandem: Possunt autem omnia supradicta aliter explicari.

Alia in eandem: Possumus & supradictas petitiones exponere.

In salutationem Angelicam meditatio: *Aue Maria. &c.*

Super Salue Regina, Meditatio piissima columnis octo tali exordio,

Ad salutandam Beatam Virginem: quæ meditatio Sancto Ber-  
nardo attribuitur in editione Veneta anno 1568. in 4. Tomo 2.

operum eius folio 435. at utrum rectè uideat Lector.

Sunt penes MSS. & alii duo libelli ipsi ascripti quorum primus, agit

de gestis Domini nostri Iesu Christi rythimice, sic incipiens.

*Desere iam anima lectulum soporis.*

*Languor, torpor, uanitas, excludantur foris.*

Secundus uero, et si agit de iisdem Domini nostri gestis, tamen præ-

cipue sacram eius passionem explicat, tali exordio.

*Iesu Christi celesti miseratione*

*Et Mariæ Virginis intercessione.*

Fertur & eius esse illa pia oratiuncula, *Domine Deus si feci ut ef-*

*fem reus tuus, &c.*

De duobus Anselmis quos adducit Sixtus in Bibliotheca sua san-

cta, diximus in notis nostris ad diem 18. Martii, ad quas lectorem

remittimus.

S. Ausfridus, Traiectensis Episcopus 18. cum propriis sumptibus

monasterium montis S. Mariæ, non procul ab Amerfordia diuo Be-

nedito construxisset, ibidem anno regiminis sui, 14. Christi 1010.

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

mo na-

monachus, Episcopatu relicto, effectus, multis uirtutibus clarus die obiit 5. Nonas Maii. *Tritemius. lib. 3. c. 289.*

Domnus Bartholomæus Laudensis Episcopus 43. anno Domini 1150. mundo, & dignitate, contemptis, Fufinaci monachum induit, ubi in Dei laudibus perseverans, in domino quieuit. *Robertus de monte in chron. ad annum 1150.*

S. Bertualdus, Comes de Sommerscheborg, & Episcopus Hildeshemensis 13. cū monasteriū S. Michaelis propriis sumptibus construxisset, illud ipsum Episcopatu abdicato intrans, & monachalibus institutis se subdens anno 1014. nouem annis in penitentia luctu permansit, & sanctitate clarus, in gaudium domini sui introductus est die 20. Nouembris, anno Christi 1023. *Surius Tom. 6. & alij.*

S. Bonifacius Bruxellensis, Brabantinus, Laufenensis in Burgundia Episcopus, Episcopali sede relicta factus est monachus Ordinis Cisterciensis in monasterio Cameræ. *Molanus in indiculo SS. Belgij.*

S. Bonitus, Episcopus Aruernorum 41. pietate ductus, Episcopali bus Infulis se exuens, monasticum habitum induit in cenobio Maguilocensi, ubi in uigiliis & orationibus perseverans, miraculis clarus quieuit in Domino, die 15. Ianuarii. Floruit anno 726. *Surius Tomo 1. in eius uita.*

S. Bruno, siue Brunus, Ligur, ex familia Astensium Comitum, Episcopus Signiensis, deinde quietis amore dignitate abdicata monachus primum, & post Abbas 40. Calinensis; cum cōnobio annis 33 & mensibus 10. præfuisset, ad sedem suam priorem redire coactus, anno Domini 1111. ibid. in bonis operibus diem clausit, pridie Calendas Septembris. *Chron. Casinense lib. 4. c. 44. & alij.*

D. Conradus Episcopus Halberstatensis 21. insigni religione uir: cum septem annis sedi illi præfuisset, tædio rerum sæcularium, ex auctoritate Summi Pontificis eam dimisit, & in monasterium Se-debeke concessit, ibiq; monachus uitam finiuit anno circiter 1212. *Crantzius Metrop. lib. 7. c. 37.*

S. Deodatus Episcopus Niuernensis anno Domini circiter 780. uir Sanctitate præcellens, suo munere se abdicauit, & in monasterium Vosagi montis secedens, in sanctitate diem clausit. *Rosieres Steimm. Lothar Tom. 3. hist. capitali 5.*

S. Disibodus Episcopus Hibernus, quietis amore patriæ & Episcopatus ualedicens, in Germaniam se transtulit, ubi edificato monasterio, in loco qui ex eius nomine, nunc mons S. Disibodi uocatur, multorum Pater extitit Monachorum. Floruit anno Domini 700. obiit.

obiitque miraculis clarus, die octauo Iunii. *Trittemius lib. 3. c. 288.*

D. Eldoinus, seu Ilduinus, uel Eldonius, Archiepisc. Lugdunensis 48. uel 50. ecclesiam Lugdunensem quam paruo tempore tenuerat relinquens anno Domini 796. uel circa, in monasterio Lirinensis Insule monachalem conuersationem suscepit. *Ado in chronico.*

D. Geruilio Moguntinus Episcopus 16. & Vuormaciensis Archiepiscopus secundus, Geroldi prædecessoris sui filius, cum interfecto rem Patris sui ipse interfecisset, in detestationem tanti criminis a Gregorio Papa II. ex utriusque dignitatis Episcopalis fastigio deiectus, in monasterium trusus est, anno 719. ubi monastico habitu indutus, toto uitæ tempore penitentiam de commissa cæde ageret: cuius rei sequens extat terrastichon.

*Patrius affectus me mouit ad arma cruenta,*

*Penam, quam merui, dignius ergo tuli.*

*In claustris latui pro crimine tempore uitæ,*

*At licet hic lateam, spero salutis opem.*

*Demochares de sacrificio missæ, Tomo 2. c. 34.*

D. Gesuuuinus Episcopus Osnaburgensis 3. Ludouici Pii Imperatoris timore, male sibi conscius, fugam iniit, ac se in Fuldensi monasterio includit. *Crantzius metrop. lib. 1. c. 40.*

D. Guido Episcopus Beluacensis, seculi pompis relictis, sanctæ conuersationis habitu in monasterio Cluniacensi suscepto, laudabili confessione communi sorte, de hac uita substractus est, Floruit anno Domini 1160. *Chron. Cluniac. MS.*

D. Godebaldus, Friso, Traiectensis Episcopus 24. fundador cœnobii S. Laurentii Ordinis S. Benedicti in Oesterbroeck, ibidem episcopatu dimisso monachum induit, episcopatus sui anno 15. Christi circiter 1076. *Kempius in catalogo Episcoporum Frisonum.*

D. Heribertus, Antisiodorens. Episcopus 50. anno regiminis sui 13. Christi Domini circiter 1060. fit monachus apud S. Salvatore in pago Senonico, ubi nigravit ad Christum 7. Cal. Februarii, & ibi sepultus est. *Demochares, de sacrif. missæ. Tom. 2. c. 19.*

D. Hugo, Antisiodorensis Episcopus 49. anno Domini circiter 1050. regiminis sui 41. morti propinquus, monachalem induit habitum in monasterio S. Germani, & sic post diem quartum obiit pridie nonas Nouembris. *Demochares. Tom. 2. c. 19.*

D. Iacob, siue Iacobus, Tullensis, Episcopus 23. Episcopatus relicto monachum induit in monasterio S. Benigni, Diuione, ibique quiescit. Floruit anno 750. *Rosieres Tomo 3. hist. c. 53.*

Guido

D. Ioan-



D. Ioannes Anglus, Lincolnienſis Epiſcopus, adminiſtratione reli-  
cta anno 1398. fit monachus Cantuarie, ubi non longe poſt obiit.  
*Thomas Vualſ. in hiſt. breui ad anno 1398.*

D. Ioannes Epiſcopus Glaſconienſis, officium paſtorale perreſus,  
vite monaſtica propoſitum arripuit in monaſterio Turonenſi, ſed  
haud paulo poſt ad eccleſiam ſuam redire coactus eſt. *Hiſtoria  
Scotie.*

S. Kentigernus, Scotus, Eugenii I I I. Regis Scotie filius, & Epi-  
ſcopus Claſcoentis, Epiſcopatu abdicato, regula S. P. Benedicti ſe  
mancipat, & 663. monachus prelatuſ, in ſanctitate diem obiit die  
13. Ianuarii, anno Domini circiter 590. *Corographia Britannie  
fol. 548.*

D. Leidradus Lugdunenſis Archiepiſcopus 49. uel. 51. is qui tem-  
pore Caroli Magni Imperatoris inſtituit Lugduui lectores i Theo-  
logia, & Grammatica, anno Domini 815. uel circiter, regiminis ſui  
20. Sueſſionenſe cœnobium ingreſſus in monaſtica obſeruantia ex  
hac uita migravit. *Ado in chronico.*

S. Nordembertus, ſue Volipertus Comes a Summotorio, Ba-  
uarus, & 35. Curienſis Epiſcopus, anno Domini 1085. regiminis  
ſui. 6. ſede ſua deurbatus, in monaſterio Hippaceniſi, quod ipſe con-  
ſtruxerat, uitam religioſam duxit, ibidemque biennio poſt obiit, an-  
no 1087. *Demochares de ſacriſ. miſſe Tomo 6. 2. 35.*

D. Pibo, Saxo, Epiſcopus Tullenſis, circa annum Domini 1070.  
diuina pietate accenſus, Diuione monaſterium ingreditur: ſed pe-  
tente Clero a Summo Pontifice coactus, ſedi ſuæ reſtitutus eſt. *Ro-  
ſieres in ſtemm. Lothar. Tomo 4. fol. 211.*

D. Stephanus, Eduenſis Epiſcopus ſub S. Petro Abbate mona-  
chus Cluniacenſis Epiſcopatu abdicato factus, moriens in eccleſia  
maiori honorabiliter ſepultus eſt. *Cron. Clun. MS.*

D. Syboto, Baro a Gundelſingen, Epiſcopus Auguſtanus, anno  
25. Epiſcopatus ſui, & Chriſti Domini 1251. in monaſterium Ceſa-  
rienſe ſe contulit, ubi monaſticam uitam egit, monaſticè indutus  
annis decem: obiit anno 1262. ipſa die Aſſumptionis B. Mariæ, &  
ſepultus eſt in choro eiſdem cœnobii. *Demochares Tomo 2. c. 35.*

S. Theogerus, Comitſ Metenſis filius, & eiſdem ciuitatis Epi-  
ſcopus 52. anno regiminis ſui, 2. magiſtratu ſe abdicans, Cluniacen-  
ſe clauſtrum ingreſſus, Chriſtiana religione effuſiſſimam impendit  
operam, & a morte inter Sanctos relatſ eſt. Vixit anno 1100. *Ro-  
ſieres Tomo 4. fol. 239.*

D. Vualterus, Palatinus Tubingensis, postquam 16. annis Episcopatui Augustano præfuisse, libere episcopatum resignans an. 1150. cenobium Selgenstadiense in Orientali Fræcia ingressus, ibi curiam uitæ absoluit, anno 1153. die. 9. Septembris, ibique sepultus est. *Demochares Tomo 2. c. 35.*

D. Vuilicarius, siue Vuillarius Archiepiscopus Viennensis, 42. uicens Viennensem ecclesiam indecenter humiliari, relicto Episcopatu anno Domini circiter 720. in monasterium sanctorum martyrum Agaunensium ingressus, uitam uenerabilem duxit. *Ado Viennensis Archiep. in Chronico.*

N. Episcopus quidam Anonymus, is qui uitam S. Boniti Episcopi scripsisse fertur, post Episcopatum aliquot annis digne administratum, ad portum quietis se recipiens, monachi habitum suscepit. *Surius in uita S. Boniti Tom. 1.*

*De Episcopis aliquot, qui ex monachis Episcopi, ex Episcopis deinde monachi facti sunt.*

Cap. L I X.



DELBERO, Herbipolensis Episcopus.  
S. Amandus, Argentina, & Tungrensis Episcopus.  
Arnulphus, Constantiensis Episcopus.  
S. Arnulphus, Metensis Episcopus.  
Bartholomæus, Bononiæ Episcopus.  
S. Bosa, Dommocensis Episcopus.

S. Burchardus, Herbipolensis Episcopus.  
S. Ceadda Lichfeldensis Episcopus.  
Eberhardus, Churenensis Episcopus.  
S. Encherius, Aurelianensis Episcopus.  
Fridericus, Augustanus Episcopus.  
Hatto, Basileensis Episcopus.  
Maingutus, Herbipolensis Episcopus.  
Marquardus, Osnabrügensis Episcopus.  
Petrus, Compostellæ Episcopus.  
S. Petrus, Polycastrensis Episcopus.  
S. Racherius, Veronensis, & Leodiensis Episcopus.

Rami-

Ramirus, Burgenſis, Pampelonæ, Rotæ & Barbaſtri Episcopuſ.  
 S. Remaelus, Tungrenſis Episcopuſ.  
 S. Rodeſindus, Compoſtellæ Episcopuſ.  
 Trumuinus, Candidæ caſæ Episcopuſ.  
 Vlticus, Churenſis Episcopuſ.  
 Vlticus, Conſtantienſis Episcopuſ.  
 Vrfio, Virdunenſis Episcopuſ.  
 Vuinfidus, Lichefeldenſis, & Lindiffenſis Episcopuſ.  
 S. Vuiro, Scotorum Episcopuſ.

*Quod non omnes poſſit. ſint Episcopuſ Benedictini  
 in præſenti tractatu. Cap. LX.*



**V**os non ſine magno labore ex hiftoriarum latebris Archiepiscopos, & Episcopos Benedictinos eruimus, en tibi benigniſſime lector proferimus. Plures tamen fuiſſe de quibus nulla in præſentiarum mentio facta eſt ſcient illi, qui vel a nobis, vel ab alijs ſcripta legerint: quos omnes non tam ſcriptorum negligentia, quam æmulorum Monachiſmi inuidia, ſuppreſſos, in ſuperioribus oſtendimus. Et ut fides dicto ſit, exemplo nobis ſint aliquot ſedes Episcopales, ut Syracuſana, & Catanenſis in Sicilia, Vabrenſis ſive de Lauaur, & Sarlatenſis, in Aquitania, Vuintonienſis, & Vuigornienſis, in Anglia, & Othomenſis in Suetia: (quas omnes Ordinis Diui Patris Benedicti fuiſſe, auctor eſt D. Hieronymus Pauli Barchinonenſis, litterarum Apoſtolicarum Vicecorrector, in ſuo omnium eccleſiarum provinciali, Romæ, anno 1493. excuſo in 4. cuius exemplar in Bibliotheca monaſterii S. Mariæ de Pratalea ordinis S. Benedicti, congregationis Caſinenſis, non procul a Patauio reperitur) ad quas regendas, nullus aſſumi poterat, qui Regulam eiſdem patris expreſſe profeſſus non fuiſſet. Eiufmodi fuit & Eccleſia Metropolitana Montis Regalis in Sicilia, vt in hiftorijs legimus. Hæc quamuis Ordinis Diui Patris Benedicti, ſicut & ceteræ, extiterit, pauci nihilominus admodum, tam illius, quam aliarum ſedium Episcopuſ ad nos perlati ſunt, ut ex earum catalogo uidere eſt. Et adeo pauci, ut

bb 2 etiam

etiam Sarlatensis, & Othomensis sedes ad nos uacuz redierint, ut ferè & Aragoniæ, ad quas gubernandas communi Patrum illius temporis decreto sancitum esse, ut Episcopi ex monasterio S. Ioannis Rupensis (quod tunc sub Regula Patris Benedicti militabat) assumi deberent, Ioannes Mariana, Societatis Iesu Theologus in hist. hisp. lib. 9. c. 5. attestetur, his uerbis: *Biennio post in diui Ioannis Rupensis, Ramiro Rege presente, Concilium Episcoporum fuit ad septimum calendis Julii, Sancti Aragonii, Sancti Pompelonensis, Garsie Nariensis, Arnulphi Riacurtiensis, Iuliani Castellensis, Pontij Onetensis, atque aliorum Episcoporum magno numero. In eo concilio a Sancto maiore superioribus annis factum decretum, ut Aragonij Episcopi ex eius cenobij Monachis legerentur, communi Patrum consensu sancitum est.* Hæc Mariana, ex cuius uerbis colligimus Episcopos ex monachis Ordinis Diui Patris Benedicti plures ad Aragoniæ Regni sedes moderandas assumptos fuisse, etsi senarium numerum uix attigerimus, iniquitate temporis sic permittente. Et inde arbitror euenisse ut in secunda impressione Pratiæ cancellaria, cui adiunctum est, & Prouinciale omnium ecclesiarum præfati D. Hieronymi Pauli, quæ facta est Lugduni anno Domini 1549. in 16. & in tertia similiter, Venetiis anno 1572. in 8. uerba illa quæ in prima impressione reperiuntur, *Ordinis Diui Benedicti*, ex toto abrasa fuerint; uel, uti in præcedentibus dixi, odio Monachismi; uel certe quod eiusmodi Episcopatus pro maiori parte Ordinis nostri amplius non sint, ipsis monasterijs cum eorum redditibus Episcopatibus iam annexis & incorporatis. Nam ut testantur Matthæus Paris, & Vuestmonasteriensis, alijque nonnulli Anglici scriptores, qui de Episcopis Angliæ ex professo tractant, illius temporis Episcopi non in Palatijs, & amplis ædificijs, ut ferè nunc, habitabant, sed in cœnobijs, cœmunibus Monachorum uictu, & uestitu, contenti; unde factum est ut ab aduentu Sancti Augustini in Angliam, usque ad annum 1200. quo seculo Ordines Mendicantium suscitati sunt, tam multi reperiuntur Monachi ad Episcopatus Anglicanos regendos assumpti. Id ipsum in Germania obseruatum tempore Caroli Magni, Ludouici Pij, & Othonis primi Imperatorum, testatur Petrus Cratepolius de Episcopis Germaniæ: & Catalogi sedium Germaniæ id abunde demonstrant, in quibus, ut plurimum, primi illarum sedium Episcopi, ex choris Monachorum referuntur assumpti. Idque non de Germania tantum, sed & de alijs quoque prouincijs, & sedibus opinandum est: nam, ut uerum fatear, per totum Occiden-

tem vix vnum crediderim Episcopatu superesse qui ex ordine Di-  
 ui Benedicti assumptum, vel vnius ad minus non habuerit Episco-  
 pum, cum ecclesie nonnullæ (vt dictum est) multo complures ha-  
 buerint. Nec mirum videri debet quod aliquot posteriores sedes  
 pauciores habuisse legantur, cum fundatione sint recentiores. Eas  
 tamen habuisse plerosque, docet sedes Andomarenfis his nostris  
 temporibus fundata, sed quorundam scriptorum negligentia, ne di-  
 cam displicentia, minime expressos crediderim. Et ita quoque erga  
 aliarum diacesium Episcopos actum videmus & dolemus, quorū  
 uita & res gesta, professionisque tituli, perfunctoriè nimis litteris  
 commendata sunt, quod non sine iactura Ordinis Monastici expe-  
 rimur. Quarum omnium sedium catalogi, si integri & probati ad  
 nos peruenisset, maiori quoque cum integritate & fide presens tra-  
 ctatus in publicum prodijisset.

De scriptoribus Ecclesiasticis Ordinis S. Bene-  
 dicti Nigrorum, quorum,

*Sapientiam narrant populi, et laudes eorum pronunciat  
 omnis Ecclesia Sanctorū. Ecclesiast. C. XLIIII.*

Cap. LXI.

**V**T finem tandem huic secundo libro imponamus,  
 quinto loco nunc agendum est de Doctoribus, &  
 scriptoribus illis Ecclesiasticis monachis, qui ex  
 infinita quodammodo multitudine ad nostram no-  
 titiam peruenire potuerunt. Nam si historicis cre-  
 dendum est feruntur fuisse tā in dignitatibus con-  
 stituti, quam monachi simplices, viri graues quindecim millia scri-  
 ptis & eruditione celebres, absque ijs qui postremo hoc nostro se-  
 culo floruisse perhibentur; quorum omnium typus repræsentatur  
 in illa Abbatum turma quæ ad dexteram S. P. N. Benedicti, statim  
 post Episcopos, in ipsius montis ascensu collocata cernitur. Quan-  
 tum namque a principio Ordinis, usque ad tempora Gregorii IX.  
 Papæ, per octingentos continuos annos, doctrina & sanctitate Or-  
 do noster radiarit, testis est Sancta Mater Ecclesia passim ex filiorū  
 suorum Benedictinorum fructibus sustentata & ornata: testes &  
 Hæreseon tam præteritarum, quam presentium auctores, ita sancto

bb 3 rum

rum monachorum sana, catholica, & irrefragabili doctrina uicti & attriti, ut mutire uix audeant: Testes & historiarum scriptores, qui Doctorum nostrorum nominibus scripta sua non modicum illustrarunt. Horum omnium adumbratam quandam notitiam si quis expetat, scripta tam ueterum, quam recentiorum perlegat, & unde animum suum pascat abunde reperiet. Antiquiores erunt S. Venerabilis Beda, Leo Ostiensis, Petrus Diaconus, Philippus Bergomensis, Fasciculus temporum, Vincentius Beluacensis, & S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus: Recentiores uero, D. Ioannes Trittemius Abbas, in omnibus fere operibus suis, Petrus Messias Hispanus, egregiam de Ordine monastico Benedictino laudem pro meritis, in libro suo de uitis Imperatorum; F. Ioannes Rioche in compendio historiae ecclesiasticae; D. Gilbertus Genebrardus in sua chronologia; & Hieronymus Plata societatis Iesu, de bono status Religiosi, lib. 2. cap. 32. Nec mirum si tot praecelarios viros Ordo protulit, cum tunc temporis, ut diffuse narrat Trittemius in chronico Hirsaugiae; Auctor libri de monasterijs Germaniae, & Gonsaluuus Illescas lib. 4. hist. Pontif. omnia coenobia essent Gymnasia, & omnia Gymnasia coenobia. Nusquam enim eo tempore per Germaniam, Galliam, Italiam, & Angliam, instituta litterarum fuerant Gymnasia, imo & aliquot post seculis Academiae, vel (ut aiunt) Vniuersitatis nomen illustre, in omni penè Occidentis imperio incompetum fuerat. Praeter enim Romanum uetustissimum, & Parisiense, ac Papiense tunc noua, utpote Caroli Magni, & successorum eius, iussu, ope, & auctoritate, per nostros Doctores Monachos fundata, nullum in historiis aliud uniuersale legimus exstitisse studium. Particularia uero multa fuisse in monasterijs nostris, uidere est in Chron. Hirsaugiae. Trittemii. Sigeberto de uir. Ill. c. 172. & Lamperro monacho qui in quodam tractatu de Abbate Meginhero de studio monasterii sui Hirfeldensis scribit in haec uerba. *Quid dicam de ludo scholari. Vbi adeo circa illud tempus studium flagrabat, ut ex alijs etiam monasterijs quoscunque festinae spei tyruuculos discendi causa illo transmitterent, & mater Herueldia ubique odorem notitiae suae diffunderet; nobilitate filiorum in laribus philosophiae, a tenero (ut aiunt) iungete obseruatorum.* Floruit itaque illa aetate sapientiae studium in coenobijs Germaniae, Galliae, Hispaniae, Italiae, Angliae, in quibus monachi & Abbates claruere in omni scientia doctissimi, qui & multa praecelara ad utilitatem legentium, & fidei defensionem, carmine & prosa ediderunt opuscula, quae usque in praesens extant, & extabunt in salutem,

salutem, per secula, credentium. Proinde Reges & Principes, ceterique nobiles ad discendum Dei timorem cum litteris, liberos suos monachis intra claustra tradiderunt instituendos: quorum plerique manentes sub regula disciplinæ magisterio in uiros creuerunt sanctissimos: alii per parentes reuocati moderatores Reipublicæ summi & prudentissimi facti sunt. Patet hoc in Beatis Mauro, & Placido, itemque Faulsto & Marco poeta, Sanctissimi P. N. Benedicti discipulis. Patet in Remigio, Beda, Alcuino, Rabano, & multis aliis, qui a parentibus Deo oblati, ab ipsis penè cunabulis inter studia sacratiora sunt educati. Exemplum nobis sit Angelicus ille doctor S. Thomas Aquinas, qui in monasterio Casinensi sub sanctorum monachorum disciplina ita eruditus est, ut postmodum nouum Prædicatorum ordinem ingressus in Doctorem fidei orthodoxæ profecerit nominatissimum. Et ita in Sanctitate & iustitia, necnon disciplina monastice, alij mille profecerunt, vita & doctrina clarissimi: qui in tanta ueneratione a Regibus & Principibus sunt habiti, ut lege & communi decreto cautum fuerit apud Gallos, Anglos, & Scotos, monasteria, in primis uero & præ cæteris San Dionisianum, Albanense, & Santandream, quasi communem thesaurum & receptaculum debere esse, ubi reponerentur, ac fidelissimè reseruarentur omnia historica gesta illius regni, & quæcunque memoria ac fama digna essent, verè possent & memoriter statim expedire. Pro grauiori testimonio huius antiqui & peruetris moris in Anglia, memoriæ mandatum est ab illo qui scripsit Scoticronicon. lib. 6. c. 39. *Statutum est (inquit) conuenienter in Anglia, quod unumquodque monasterium a Regibus fundatum, haberet de ipso loco suum certum scribam vel scriptorem, quo omnia notabilia tempore Regis, saltem in Regno, vel è vicinis contingentia, secundum quod veritas facti se haberet, cum data annotarentur; ad proximum generale Concilium, post obitum Regis, omnes illi Chronographi conuenirent, & sua uerè dicta, siue scripta, in medium producerent, & delectis a Concilio sagacioribus, & in talibus peritis & expertis, scripta examinarent, & diligenti habita collatione, de congeſſis summarum extraherent, & chronicam compingerent, ac in cænobicis archiuis librariorum pro authenticis chronicis, quibus fides daretur, scripta reponerent, ne temporum labilitate memoria gestorum in regno deperirèt.* Hec ille. Hic mos quam egregie continuatus, & studiose obseruatus sit a pluribus cænobitis, docent infinitæ penè historiæ, & chronica, quæ ex Monachorum schola proderiunt, & præmanibus omnium quotidie uersantur, ut sunt Chronica, Sibberti

geberti monachi Gemblacensis; Mariani Scoti, Fuldensis, Hermanni contracti, Augiensis; Reginonis, Abbatis Prumiensis; Lamberti Scafnaburgensis, Hirsfeldensis; Anastasij Bibliothecarij; Leonis Ostiensis, Petri Diaconi, Casinensium; Dodechini, Abbatis S. Disibodi; Roberti, Montensis; Roberti, Remensis; Ioannis Trittemij, Abbatis; Annonij, seu Aimonii, S. Germani; Helinandi, fontis frigidij; Matthæi Paris, Albanensi; Matthæi Vuestmonasteriensi; Thomæ Vualsinghamii, Albanensi; Vuitichindi, Corbeiensis; Otronis S. Blasii; Guntheri Ligurini, S. Amandi; Pauli Langii, Bozauuicis, & aliorum infinitorum Monachorum, qui in hoc præclaro scribendi genere, laudem omnem aliis præripuerunt: in quo certe ita eorum diligentia enituit, ut qui historias, & maxime antiquiorum, legere uoluerit, uix aliorum nomen inueniat quam monachorum. De Theologia, & aliis scientiis quid referam? Habuit enim Religio Benedictina in quo gloriari possit & uerè debeat, citra aherius iniuriam. Habuit in omni ætate suos Marones, Homeros, & Cicerones, etiã si defuerint illi Mecænates. Habuit & suas bibliothecas loquentes, atque (ut ita dicam) apes aureas. Habuit & in arcanis sacrosanctæ Triadis enodandis, & diuinitatis ineffabilibus sacramentis elucidandis, suos Augustinos, & Hieronymos, ita ut uerè de illa dici possit in ea illam disciplinarum pene omnium fuisse intelligentiam, quam olim in Catone Cicero ipse in Academicis, lib. i. ingenuè agnoscebat. Quod eo magis in illa admirandum est, quoniam ueteres illi Monachi de industria sese a litteris remouebant, quo se totos in una rerum cœlestium contemplatione abderent: ut de S. P. N. Benedicto, narrat Gregorius. Sed tamen neque illo tempore, neque unquam defuerit in ea eruditi. Et ut quasi cursim omnem Religionis Benedictinæ ætatem ab initio inspiciamus, ut eorum multitudinē & copiam uideamus, qui in doctrinarum studiis magni fuerunt, in ter innumeros multisque eruditione probe instructos monachos, præ cæteris (de antiquioribus sermo est, recentiora namque contrectare ausi non sumus multorum offensione uitanda) excelluerunt S. Gregorius Magnus, in quo inuenies & demiraberis facilitatem; in Bercorio, simplicitatem; in Blossio, sanctitatem; in Cassiodoro, elegantiam; in Anselmo, candorem; in Rabano, ingenium; in Trittemio, uarietatem; in Paulo Diacono, acumen; in Radulpho, eruditionem. Dicit Sigebertus diligenter, Marianus leniter, narrat aperte Contractus, eloquitur grauitate Ligurinus, apposite Folengius, Clarius luculenter, Panhormitanus scitè, Ferdinandus splendide, Cortesius



Cortesiſus aperte, acutè, & nitide. Ioachimus Perionius, philoſophi  
cè, cuius incude expolita iam pure loqui didicit Philoſophia. S. Ber  
nardi caſto ſermone, Theologia melle dulcius concionatur; littera  
tura Dionyſii, & Gereberti, Mathesi rubiginem deteſit, Conſtanti  
no Duce Medici, & cū eloquētia morbos curant. Præeunte Aretino,  
omnes muſicæ partes cantabunt. Quid de Laureto Hiſpano qui tot  
ſingularia laborioſè in ſua ſilua in unū coniecit? Quid de uenerabili  
illo Beda, qui alter Ptolomæus in coſmographia, alter Alcabitius in  
aſtologia, alter Cicero in arte dicendi, alter Bias in philoſophia, al  
ter Liuius in hiſtoria, dici poteſt? & unum dicere non pigebit, quod  
nec maiorem, nec parem recipit Benediſtina Religio, nec ſimilis  
inueniri poteſt. Nec tamen ſingulis has ſolas uirtutes ineſſe exiſti  
mo, ſed hiſ inſigniores, cum nemo ex eiſ & proſa & uerſa oratio  
ne nō polleat. Nemo itē quin ſit aut Medicinæ, aut philoſophiæ, aut  
Iuris, aut Theologiæ conſultus, oēs ferè artificioſi, pleriq; Hebrai  
cè periti & Caldaicè, & multi eorum Græcam linguam tanquam  
materiam perſequentes. Quorū omnium quare non potuerimus me  
morias perſequi, duo potiſſimum in cauſa fuere, unum, quod ob  
quorundam humilitatem, qui non ad ambitionem, nominis que ſui  
ſamam perpetuandam (quod multi faciunt) ſed ad gloriam Dei, &  
animarum ſalutem ſcribebant, cuius amore nominis titulos humili  
ter pertranſibant, nomina eorum ignoremus: alterum, quod ob in  
ueteratum cucullæ odium, nomina de operibus eorum ab Hæreti  
cis, & æmulis abraſa fuerint, ne partus monachorum agnoſceren  
tur. Licet enim Monachiſmus ſemper obreſcatorum ſuos habuerit,  
ut rectè prodiderunt Hieronymus in pluribus locis, & Chriſoſto  
mus in illo præclaro uitæ monaſticæ clypeo, & alii antiquiores, nul  
los tamen potentiores expertus eſt æmulos, quam hoc noſtro ſecu  
lo, apud quos in tantum uileſcit Monachalis auctoritas, ut pleriq;  
hoc ſolo intuitu a librorum quamuis optimorum lectione abſti  
neant, quod Monachi nomine prænotentur. Nec deſuit aliquando  
quidam cucullomaſtix acerrimus, qui in deteſtationem atque dero  
gationem monachorum, S. Gregorium Pontificem Romanum, cuius  
nominis primū, Sacroſanctæ eccleſiæ doctorem præſtantiſſimum  
(ſicuti & complures alios) ſcripſerit dementiſſimè nunquam fuiſ  
ſe monachum, ut opera tanti Patris in dubium reuocaret. Cuius  
inſcitæ & detractiōni ſatis copioſe & acriter, hortatu ac inſtan  
tia Ioannis Tritemii Abbatis uiri vndeſcunq; doctiſſimi, F. Pau  
lus langius monachus Bozauuienſis, & eiſdem Tritemii discipu  
lus bi-

lus, bipertito, ad omnium claustralium defensionem respondit opusculo. Id ipsum agere conatus est de S. Ludgero, congeffor, ille reuigstarū. Episcoporum Monasteriensium, sed frustra. Hoc vano timore perterriti nonnulli, graues alioquin & summi nostre ætatis viri, professionis Monachalis titulos libris a se editis præponi non passi sūt, hoc prætextu, ne ab æmulis cum aliorum Sanctorum Monachorum opusculis, reicerentur. Rectè, an malè fecerint iudicent alii: certè quod ad me attinet hoc factum laudare aut probare, nec uolo, nec ualeo. Teneatur enim monachus ut filius, Religioni, tanquam matri suæ in obseruantia mandatorum Dei regeneratrici, quantum nec persoluere possit, ex beneficio si gratus fuerit, addo etiam ex delicto si ingratus. Quod si propria excæcatus philautia minimè agnoscat: non tamen minus, imo uero auctius & amplius obligationis vinculo constringitur, gemino scilicet nomine, recepti nempe nec ulla gratitudine repens beneficii. Quales autem præstare se habeant, Monachi Benedictinæ matri, exemplo sunt prædecessores nostri Sanctissimi & doctissimi viri, quibus adeo familiaritate semper & honorabile Monachi nomen fuit, ut proprio nomine reiecto eo solo se prænotari ac denominari gauderent, ad omnia extrema toleranda parati, potius quam ex animi uilitate, & ingratitude notam incurrere, & sanctum nomē semel acceptum, quo mediante in magnos uiros euaserant, relinquere: imo adeo quibusdam gratum fuit & amicum, ut amplis ædificijs & facultatibus contemptis, honoribusque non infimis posthabitis, ad monachalia exercitia recolenda sint reuersi. At non ita euenit præfatis superbæ uento tumidis, quibus tantum uilescit monachalis humilitas (quos suos tamen ex humilibus altos facere consuevit, ut quidam eorum experti sunt, qui si monachi non fuissent, ignoti forsitan & sine nomine in seculo remansissent) ut si possent etiam cum nomine, uestem quoque monachalem libentius dimitterent, & quod alij Sancti Viri, & Docti honorificum, & gloriosum reputant (ut uidere est in sectatoribus Sanctorum Augustini, Dominici, Francisci, & societatis Iesu Patribus, alijsque religiosis, qui iuxta Concilij Tridentini decretum, professionis & conditionis suæ titulos operibus suis præponunt quam diligentissime) hoc isti imputant ignominia. Sed hæc parergo. ad reliqua enim explicanda ueniendum est. Mirabitur enim fortassis aliquis, & iure, cur nonnullos Domni, alios Nonni, reliquos Fratris, quosdam Patris, cæteros Calogeri, præ nominibus adornem, cum illud in præcedentibus Summis Pontificibus, Cardinali-

nalibus, Archiepiscopis, & Episcopis omiserim, unica appellatione Domni rerenta. Abbatibus namque iuxta S. P. N. Benedicti decretum, Domnum, præposui: Sacerdotes quosdam secundum congregationum diuersitatem, nunc Domnos, ut Casinensis Congregationis, quæ aliàs fuit Sanctæ Iustinæ, monachos; nunc Nonnos, ut Cluniacensis reformationis, Giribennæ, & cœnobitas monasterii Casinensis; nunc Fratres, ut Bursfeldensis, Melitenfis, & aliarum eiusmodi Congregationum Religiosos, denominare uolui. Græci, si qui sint, Caløgeri prænomen gerunt. Reliqui in minoribus constituti, qui Sacerdotio initiati non fuerunt, Fratris denominatione cognoscuntur. Illis autem qui ab Ecclesia pro Sanctis sunt habiti, Sancti titulum apposui, aliis quibuscunq; prænominibus omisissis. Et ut res aliquo exemplo, & auctoritate firmetur, S. P. N. Benedictum, cap. 63. suæ Regule sic loquentem audiamus: *In ipsa appellatione nominum, nulli liceat alium puro nomine appellare; sed priores iuniores suos, Fratres, nominent; iuniores autem priores suos, Nonnos, vocent, quod intelligitur paterna reuerentia. Abbas autem, quia vices Christi agere videtur, Dominus & Abbas vocetur, non sua assumptione, sed honore & amore Christi. Ipse autem cogitet, & sic se exhibeat, ut dignus sit tali honore.* Hæc ibi. Quæ consuetudo talis denominationis inuolabiliter obseruata est in monasterio Casinensi per annos amplius quam octingentos, ut ex cerimonia pronunciandi officiales hebdomadarios per D. Bernardum Abbatem anno 1282. defunctum facta, quam ex monasterio Casinensi accepimus intelleximus, quæ est in scamno 12. ad sinistram in hunc modum:

*Carimonia Sacri monasterij Casinensis, facta per D. Bernardum Abbatem Casinensem*

*Vicarius ordo postulat, ut in hac futura hebdomada canat Nonnus Amicus Missam, Epistolam frater Desiderius legat. Euangelium, Responsorium & versum, Frater Vincentius canat. Lectionem memoriter Frater Thomas legat; Lacerant Frater Andreas procuret; Coquina seruitium Nonnus Remigijs, cum Fratre Machario faciat; Lectionem ad mensam frater Antonius legat; ad Collationem. uel ad Capitulum, frater Maurus Legat; ad seruitium ecclesiæ Nonnus Iacobus, cum Fratre Basilio, ministerio succedat. Hæc Bernardus. De Venerabili Beda, qui sub Congregatione Giribenna uixisse perhibetur, & de prænominibus, Non ni ipsi attributo, agit Tritremius de uir. ill. ord. S. Bened. lib. 3. cap. 155.*

Idem

Idem in aliis congregationibus obseruatum, testantur nonnulli historiarum Scriptores, ut Cæsarius illust. mirac. lib. 3. c. 33. de Cisterciensibus: Chron. Cluniacense MS. & Carimoniale eiusdem congregationis, de Cluniacensibus, & cenobiis sibi subditis. Tritemius, in Chron. Hirsaugiæ, & in tractatu de ruina nostri Ordinis, & alibi, de Melitensibus, & Bursfeldensibus, & alii, de alijs. Denominationis que huius usus iam adeo inualuit, præcipue in partibus Galliæ & Flandriæ, in quibus usitatori uocabulo Sæctimoniales, *Nonnes*, siue *Nonnettes*, a uocabulo Nonnus, uocantur, ut dubitationi locus nullus relictus uideatur. Qualis præterea congregationis quotusquisque fuit, in quantum licuit diligenter annorauimus, & si aliquando dubitatum, illud potius sub silentio præterire maluimus quam nostra auctoritate aliquid definire, ne postea retractatione indigeat. Brevitati studentes, longiores elogiorum narrationes ex industria prætermisimus, nomina, cognomina, patriam, & tempora quibus uixerunt assignasse, satis esse arbitrati. Si quis plura requirat, sunt scriptorum ecclesiasticorum catalogi, ut Sigeberti, Tritemii, Sixti Ienensis, & aliorum, qui consuli poterunt. Auctores qui de eis meminerunt, vel agunt, sicut in præcedentibus actum, & in subsequentiis fiet, non adducimus, quod superfluum uideretur, cum opera ipsorum, & assignatio ubi excusa sint, uel MSS, reperiantur, pro auctoritate sint. Scriptores ecclesiasticos præpositos, aut postpositos, a præsentis tractatu abesse uoluimus, ne una persona bis, uel ter repetita fastidiū generet. Ordo dispositionis, facilius, Alphabeticus. Si quid prudenter, aut recte positum Deo Opt. Max. & Sanctis nostris, quorum causa hic labor susceptus, laus & gloria, si quid uero male uel indiligenter dictum, impossibilitati, non uoluntati, quæ maxima in nobis fuit, donetur.

*Scriptores Ecclesiastici incipientes ab Literra, A.*

Cap. LXII.



OMNVS Abbas Vercellensis, cuius nomen hæcenus ignoratur, ordinis S. Benedicti, Congregationis Cluniacensis, uir eruditionis ac religionis summe, floruit anno Domini 1400. Scripsit inter alia, Expositionem in cantica canticorum, secundum sensum Anagogicum.

Para-

mobi

Paraphrases in Dionysium Areopagitam.

Domnus Adam Abbas de Perfema , Cong. Clunia. vir pius & deuotus , scripsit

Sermones ad fratres lib. 1.

De sanctis & diuersis materijs lib. 1. Et alia quædam .

Floruit ut ex ratione temporum patet, anno Do. 1050. uel circiter.

Domnus Adalbero Germanus, comes a Diligen , monachus , & Abbas Eluuangensis. 12. congreg. Luxoniensis, scripsit uitam S. Hariolphi primi Abbatis Eluuangensis. Obiit anno 922.

S. Adamannus, Scotus, Coludius, monachus & Abbas monasterij insulæ Huenfis in Scotia, congregationis Benchorensis , floruit anno 690. scripsitque .

De locis terræ Sanctæ lib. 1.

De paschate epistolas.

De uita S. Columbæ monachi , & conf. lib. 1. cuius initium est, Beati patris N. Christo suffragante uitam descripturus . Est MS. ad S. Gislenum .

Domnus Adelphus monachus & Abbas Ordinis S. Benedicti . Con. . . . . Scripsit .

Sermones ad Fratres lib. 1.

Contra Saracenos . lib. 1.

Frater Adrenalduus, qui & Albertus, & Adeuertus, Gallus, monachus monasterij & cong. Floriacensis iuxta Aurelios in Galliis, qui floruit anno 890. scripsit a tempore translationis corporis S. P. N. Benedicti ad cœnobium suum, usque ad sua tempora.

Miraculorum Sancti Benedicti , lib. 1.

Domnus Adrianus, monachus & Abbas Congregationis Casinensis, aliàs Sanctæ Iustinæ de Padua , scripsit Paraphrasticam expositionem, seu translationem in psalmos, quæ sic incipit, Accipe mi Christiane Lector: & epistolas duas, quæ sunt simul cum expositione sua apud D. Angelum a Carpenedulo, monachum Cæsenatensem, MSS.

S. Aegidius Græcus, monachus & Abbas in Gallia, Ord. S. Benedicti Cong. Gallicæ Granofoliensis, quæ & Floriacensis, qui floruit secundum aliquos anno 590. secundum alios an. 700. Scripsit opus insigne carmine .

De pulsibus, lib. 1.

De uenis, lib. 1.

De vtinis, lib. 1.

Excusi Lugduni anno 1505.

& Basileæ anno 1529. in 8.

Frater

Frater Agilbertus, Germanus, monachus & Prior monasterij Sanctorum Vdalrici & Afræ Augustæ, congregationis Bursfeldensis, scripsit sub Maximiliano. I. Casare, vitam & miracula Sancti Simperti Episcopi Augustæ, quæ est excusa in 4. sed ubi nescio.

Frater Aimonius, siue Annonius, vel Ammonius, seu Haimoneus, & Haimonus, Gallus, monachus monasterij, & congregationis Floriacensis, qui floruit anno 990. scripsit.

De inuentione, siue translatione S. Vincentij Leuitæ & martyris, lib. 1. qui est MS. Laubijs.

De miraculis S. Benedicti. lib. 1.

De miraculis S. Germani Episcopi. lib. 1.

De origine & gestis francorum. lib. 5. excusi Parisij an. 1514. in fol. item Lugduni, & Parisijs 1567. in 8. Impressus item sub nomine Anonymi monachi Benedictini Coloniae 1562. in 16. a capite 58. libri quarti, ad finem usque eiusdem libri, id est ab anno 741. ad 829.

Frater Alalphus, siue Alulphus, Belga, Neruius Tornacensis, monachus Benedictinus, ex operibus Diui Gregorij collegit, Opus exceptionum in nouum testamentum, quod inscribitur Gregorianum, excusum Parisijs, in 4.

Domnus Alanus Anglus, monachus & Abbas monasterij Tenkesbyriæ in Anglia, congregationis Cluniacensis, qui uixit circa annum 1200. scripsit.

De uita S. Thomæ Archiepiscopi & martyris lib. 1.

Domnus Albertus Germanus, monachus, & Abbas monasterij Stadenfis, deinde relicta Abbacia religiosus Franciscanus, qui floruit anno 1250. scripsit dum esset Abbas Chronicon a condito orbe, usque ad annum 1256. deductum, nunc primum typis excusum Helmstadii anno 1587. in 4. cum scholiis & annotationibus marginalibus cuiusdam Hæretici, quem ideo non nomino, & hac de causa caute legendum, nec omnibus passim permittendum cenleo.

Domnus Albertus monachus. Lobiensis, & postea Gemblacensis monasterii Abbas, Congregationis Cluniac. qui floruit anno 1000. magister S. Burchardi Episcopi Vuormaciensis, scripsit.

Vitas sanctorum plurium lib. 1.

Cantus in honorem sanctorum.

Frater Albertus monachus Metensis cong. Cluniacensis, Gallus, qui floruit anno 1030. scripsit.

Historiam sui temporis. lib. 1.

Dom-

Domnus Albertus, Patavinus, monachus, & prior montis vinearum Patavii, congregationis Cluniacensis, anno Domini 1230. scripsit vitam Beatæ Beatrix Athestinæ, Gemmulæ Sanctimonialis.

Sancta Aldegundis sanctimonialis, quæ uixit anno 700. composuit.

De Vita S. Amandi Episcopi. lib. 1.

Domnus Alexander, monachus, & Abbas secundus monasterii S. Saluatoris Aquiscincti, congregationis Cluniacensis, anno Domini circiter 1100. prædecessoris sui gesta scripsit, scilicet.

De Vita Beati Gofuini Abbatis lib. 1. qui asseruatur MS. Aquiscincti.

Frater Alexander, Anglus, monachus Cantuariensis Cong. Cluniacensis qui floruit anno 1120. scripsit.

De dictis S. Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi librum in capit. 19.

D. Alexander, Celestinus, monachus & Abbas, ordinis S. Benedicti, scripsit.

De gestis Rogerii Sicilia Regis, cuius fuit æqualis historiarum. lib. 6.

Calog. Alexander monachus, in liberalibus artibus haud mediocriter eruditus, scripsit sermonem historicum de inuentione S. Crucis; qui extat Romæ MS. græcè.

Domnus Alexius Hugo Brixianus, monachus Brixianus, com. Cas. al. S. Iustinæ, qui floruit anno 1530. scripsit.

De solitudine dialogum unum, excusum Venetijs anno 1545. in 4.

Sanctus Algerus Belga, Scholasticus primum Leodiensis, deinde monachus monasterii, & congregationis Cluniacensis, qui sub S. Petro Mauricio Abbate, mortuus est, cum habitum suscepisset monasticum a S. Patre Hugone, scripsit, ut erat uir doctissimus.

De Sacramento Altaris, lib. 3. qui excusi sunt Colonia, anno 1535. in 8. Louanii, cum Lanfranco, & alijs, anno 1561. in 8.

& Parisijs in Bibliotheca SS. Patrum Margarini de la Bigne, anno 1576. in folio.

De gratia, & Libero arbitrio. lib. 1.

De misericordia, & iustitia, lib. 1.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Claruit ab anno Domini 1050. & quod excurrit.

ANNO-

## A N N O T A T I O.

*Ioannes Tritemius Abbas in libro de script. eccles. & de vir. Ill. ord. S. Ben. lib. 2. c. 90. & nonnulli alii qui eum sequuntur, dicunt Algerum monachum fuisse Corbeiensem in Saxonia; at eos errare demonstratur, cum ex titulo libri ipsius Algeri, impressi Louanü 1561. ubi uocatur Monachus Cluniacensis: tum etiam ex auctore chronici Cluniacensis, qui apud me est MS. qui sic de eo loquitur: Tempore S. Hugonis, usque ad Petrum Cluniacensē, vixerunt Religiosi religiosē, Hefelon, Thefelinus, & Algerus, in hoc Cluniacensi monasterio, qui fuerant Canonici in ecclesia Leodiensi, magni suis temporibus magistri: et paulo post. Algerus nero ut idem Petrus Cluniacensis in libro miraculorum suorum scribit, erat ut de beato Iob dicitur, uir simplex, & rectus & recedens a malo: cui saepe Dæmones insistebant, & ipsum in monasterio perturbabant: unde præfato Abbati suo saepe conquerebatur, sicut laicus hæc continentur in 17. capitulo miraculorum ipsius. Hic ab ipsa infantia, totum se litterarum studio tradens, sub clarissimi uiris, quorum scientia, & honestate morum tunc temporis Leodiensis fulgebat ecclesia, & Francia illustrabatur, nobiliter floruit, adeo ut nulla ei Christianæ fidei regula crederetur incognita. Hic post obitum Frederici Episcopi Leodiensis, cum rebus abundaret, & firmo corpore, & integris sensibus plurimum ualeret, ordinatis rebus suis, nudum Christum, nudus sequens, arctiorem, & ideo feliciorem vitam sub Sancti Benedicti regula aggressus est in Cluniacensi cœnobio, non sine magno Sanctæ conuersationis & doctrinæ præconio. &c. Et postmodum operibus eius recensitis, sic de eo concludit. Hic erat subtilis ingenio, facundus eloquio, in proposito stabilis, & quod his omnibus præciosus existimabatur, erat tam fide, quam doctrina catholicus. Hic etiam iam senex, presbyter ordinatus est, & ferè per decem annos religiosè conuersatus, bonam quam & in clericatu duxerat uitam, felici obitu terminauit. Hæc ille. Corrigendus ergo uenit Trit. eiusq. sequaces cauendi.*

Frater Almannus, Gallus, monachus Altuillatenfis cœnobij, Cenogre. Luxouiensis, qui floruit anno 890. composuit exemplo Hieremias prophetæ, quadruplici alphabeto monasterii sui & totius Gallias desolationem a Normannis factam, id est,

Desolationem prædictam, lib. 1.

Vitam S. Viuardi Episcopi. lib. 1.

Vitam S. Syndulphi Episcopi. lib. 1. Translationem eiusdem S. Syndulphi, lib. 1.

Vitam



Vitam S. Helene Augustæ. lib. 1. extat MS. ut refert Molaus  
D. Alphonfus Vilagus, Neapolitanus, Campanus, monachus mo-  
nasterij S. Senerini, Cong. Casall. S. Iustine, viuit nunc huius con-  
gregationis Prior, scripsit

Practicam canonicam criminalem: excusam Bergemi anno  
1585. & 1586. & Francofurti 1588. in 4.

De vlturis tractatum diuisum in quæstiones 35. impressum  
Venetijs anno 1589. in folio.

Item & vulgari idioma scripsit, Guida e Tesoro de tribulati  
in tre parti, Stampato in Venetia l'anno 1587. in 12.

Nonnus Ambrosius Ansbertus, Gallus, monachus Benedicti-  
nus, qui floruit anno Domini 890. scripsit:

In cantica canticorum, lib. 1. Donum sapientiæ.

In psalterium, lib. 1.

In Apocalipsim, lib. 10. excus. Colonie anno 1536. in fol.

De cupiditate, lib. 1.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Do. Andreas Germanus, monachus & Abbas monasterii extra  
Bambergam, congregationis Bursfeldensis, anno Domini circiter  
1500. scripsit uitam s. Othonis. Episcopi, apostoli Pomeranorum.

Domnus Andreas Leucander, Anglus, monachus & Abbas Ra-  
mesiensis, congregationis Cluniacensis, qui floruit paulo ante an-  
num 1200. Scripsit librum,

De Vita & actibus S. Iuonis Persarum Episcopi in Anglia se-  
pulti, post eius translationem, per Ailuinum Comitem  
Ostroanglorum.

Frater Andreas Belga Traiectensis, monachus monasterii S. Mar-  
tini de Spanheim, congregationis Cluniacensis scripsit tam metro,  
quam prosa,

Soliloquiorum hominis ad Deum, lib. 1.

De profectu virtutum lib. 1.

De abstinentia carniū, lib. 1.

De usu Floccorum, lib. 1.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Collationes varias, lib. 1.

Carmina, & Rythmos, & quædam alia: Obijt anno 1445.

Domnus Andreas Crocquetius, Antonii filius, Belga, Duacensis,  
monachus & Prior monasterii Hafnoniensis, ordinis S. Benedicti  
Cong. Cluniacensis, & Sacræ Theologiæ Doctor, promotus Duaci

una cum D. Gulielmo Alano Anglo, qui postmodum S. R. E. Cardinalis factus est, scripsit

Caracheses Christianas, impressas Duaci 1575. in 4. & Lugduni 1593. in 4. maiori.

Paraphrases, siue Conciones in septem psalmos pœnitentiales lingua Gallica, habitas Valencenis ad populum: excusas item Duaci apud Ioannem Bogardum in 8.

Obiit Valencenis in Belgio anno Domini 1580. peste.

Frater Angelomus, Gallus, monachus monasterii, & congregationis Luxouienfis, iussu Drogonis Episcopi Metensis, & Ludouici Pii Imp. Fratris eius, quorum temporibus uixit, anno Domini 830. scripsit stromaticam expositionem

In libros Regum, lib. 4. excusi sunt Coloniae anno 1530. in folio, & Romæ 1565. in folio.

In cantica canticorum lib. 1. excusus Coloniae anno 1530. in folio.

Domnus Angelus Grillus, Genuensis, Ligur, monachus cœnobii S. Catarinae Genuæ, congregationis Casinensis, alias S. Iustinae de Padua, scripsit versu Italico, Rythmos spirituales: qui sunt excusi Bergomi anno 1591. in 4. Adhuc superest.

D. Angelus Pria, seu Pietra Genuensis, Ligur, monachus S. Benigni de Genua, congregationis Casinensis, scripsit sermone Italico ad eruditionem computistarum, & Cellerariorum,

De modo se gerendi in scribendis libris Cellerariorum id est, Indrizzo de gli Economi, ò sia ordinatissima instructione da regolatamente formare qualunque scrittura in un libro doppio, qui excusus est Mantuæ in folio, anno 1586. per Franciscum Ofannam.

Obiit Casini anno Domini 1590. mense Iulio, & ibidem sepultus est in Cœmeterio S. Annæ.

D. Anianus, Flander Casletensis, monachus S. Vuinoci Bergensis, & Abbas monasterii S. Petri Oudeburgensis, congregationis Cluniacensis, uir doctus & pius, ut eius monumenta prodiderunt, ecclesiam enim nostram a fundamentis reparauit, q̄ ipsis Calendis Maii, anni 1457. per Guglielmum Episcopum Sarepranum Ioannis Episcopi Tornacensis suffraganeum, præsentibus Abbatibus octo, & alijs ecclesiasticæ dignitatis uiris, consecrari fecit: & pergrande uolumen composuit, omnes res gestas præteriti temporis, a principio mundi usque ad sua tempora breuiter, pro rei magnitudine,

dine, & fideliter complectens, prænotatur autem.

Chronicon uniuersale.

Erat in Bibliotheca nostra MS. in membranis, & pulcherrimis picturis adornatum; sed in depredatione monasterii nostri anno 1578. ab hæreticis, ubi deportatum fuerit ignoro.

Frater Angradus, siue Ansgardus, Gallus, monachus monasterii Fontanellæ, congregationis Luxouienfis, qui claruit circa annū Domini 700. scripsit ad Hilbertum Abbatem de Vita S. Ansberti Rothomagenfis Episcopi librum unum, qui excusus est apud Surium Tomo 1. die 9. Februarii, deest tamen prologus qui reperitur in MS. exemplaribus.

Nonnus Anselmus, monachus Remensis, congregat. Cluniacensis, qui floruit anno 1050. scripsit

Itinerarium Leonis Papæ IX. lib. 1.

Domnus Anso, Belga, monachus, & Abbas monasterii Laubiensis, congrega. Gallicanæ Floriacensis, creatus an. 776. scripsit ad Theodulphum prædecessorem suum librum unum, de Vita S. Ursuarii Episcopi.

Domnus Antonius Houæus Abbas Echternacensis, scripsit lib. 1.

De statu & conditione nostri temporis, excusus Coloniz 1565. in 8.

Domnus Arbertus, qui ab aliis Bernardus uocatur, monachus & Abbas cuiusdam monasterii in Gallia, scripsit,

Vitam S. Glodesindis Abbatissæ, quæ impressa est Tomo 4. Surii die 25. Iulii.

Donnus Archangelus de Lonato, monachus S. Euphemie, Brixie, cong. Casinensis aliàs S. Iustine, qui & hodie uiuit, composuit Sacras cantiones, tum in Natiuitate Domini, tum in hebdomada Sancta decantari solitas; quæ excusæ sunt Venetiis apud Ricciardum Amadinum, anno 1585. in 4.

D. Archangelus a Neapoli, monachus S. Trinitatis Cauæ, cong. Casinensis alias S. Iustine, de Padua, scripsit Historiam monasterii Cauensis: quæ est in monasterio Cauensi MS. sed adhuc tamen imperfecta.

D. Arnoldus Abbas Lubecensis, scripsit supplementum ad historiam slauorum Helmoldi presbyteri, excusum Francofurti anno 1556. in 4. & iterum ibidem anno 1581. in folio: sed utrumque cauendum, quod in scholiis, & annotationibus marginalibus, & aliis adiunctitiis, multa nefanda sint ab Hæreticis addita.

Frater Arnulphus, monachus Benedictinus, scripsit inter alia metricè In Prouerbia Salomonis, lib. 1.

Nonnus Arnulphus, Gallus, monachus monasterii Cluniacensis, scripsit multas epistolas elegantes, quæ excusæ sunt in decimolibro epistolarum Petri Abbatis Cluniacensis cuius temporibus uixit anno Domini 1130.

Nonnus Acto, monachus Casinensis, Constantini Africani discipulus, & S. Agnetis Imperatricis Sacellanus, ea quæ Dominus Constantinus de diuersis linguis transtulerat, limato sermone in linguam latinam transcripsit. floruit anno 1060.

Frater Augustinus Bontemps, Attrebas, Belga, monachus Laubiensis, congregationis Barsfeldensis, qui etiamnum (ut arbitror) uiuit, scripsit carmine Vitas SS. Ursuarii Abbatis, & Episcopi, & aliorum sex Abbatum suicœ nobii: & alia nonnulla, quæ asseruantur Laubiis MS. audiui tamen iam excusas esse in Belgio.

Sanctus M. Aurelius Casiodorus, Rauēnas, Vir clarissimus, Theodoricus Italiæ Regis epistolarum magister, Romanæ Urbis Senator & Consul, deinde relicto sæculo monachus & Abbas monasterii Rauennatis, omnes seculares disciplinas, & maximè eloquentiam in obsequium Christi conuertens, multa de diuinis scripturis interpretatus est, cuius opera omnia, excusa sunt Parisijs anno 1579. in folio, ferunturq; hæc esse: De institutione diuinarum lectionum, lib. 2. cuius prior excusus est cum Bibliotheca SS. Patrum Margarini de la Bigne, Tomo 6. Parisijs 1576. in folio.

Memoriale scripturarum, lib. 1.

In totum Psalterium, lib. 1. excusus Venetijs anno 1527.

In Cantica Canticorum, lib. 1. & Basileæ 1491. in folio: & alibi sæpius.

In acta Apostolorum, lib. 1.

In omnes Canonicas epistolas, annotationum. lib. 7.

Complexionem in Apocalypsim, lib. 1.

Delineauit etiam Sciographiam tabernaculi Mosaici, iuxta exemplar a Mose in 26. Exodi capite descriptum: Composuit quoque,

De uita SS. Paphnutij, & Spiridonis, lib. 1.

De uita S. Ignatij Episcopi, lib. 1.

De uita S. Marci Episcopi Aretussini, lib. 1.

De uita SS. Antonij, Pauli, & Amos, lib. 1.

De uita SS. Eusebii, Nectarij, & Zenonis, lib. 1.

De uita S. Eustachii Episcopi Antiocheni, lib. 1.

De

- De Vita S. Iacobi Episcopi Nisibensis, lib. 1.  
 De vita S. Symeonis Archiepiscopi Seleucie, lib. 1.  
 De vita S. Ursacii lib. 1.  
 Quæ omnes vitæ excusæ sunt in libro. 1. Tom. 1. de vitis SS.  
 Aloysij Lippomani Episcopi Veronensis. Compendium de qua-  
 tuor Mathematicis disciplinis, excusum Parisijs.

*De scriptoribus ab littera, B. Cap. LXIII.*



**N**ONNA Bandomina, Galla, Sanctimonialis mona-  
 sterii S. Crucis Pictavii, congregationis Glanofolien-  
 sis, anno Domini circiter 580. scripsit librum  
 secundum Vitæ S. Radegundis Reginae, qui excu-  
 sus est Tomo 4. Surii, die 13. Augusti.

D. Bartholomæus Paruta Patricius Venetus, Ab-  
 bas S. Gregorii, congregationis Cluniacensis, Venetiis, & cuiusdam  
 loci Episcopus, scripsit eleganti sermone, de vitis Ducum Vene-  
 torum, lib. 1. floruit anno Domini 1480.

Domnus Bartholomæus de Paternione, Siculus, monachus, S.  
 Nicolai de Arenis Catanæ, congregationis Casinensis, alias S. Iu-  
 stinae de Padua, & eiusdem cong. Prior, scripsit vulgari idiomate,  
 & heroico versu, De vita S. Agathæ uirginis & martyris lib. 1. qui  
 excusus est Venetiis in 8. Latino autem sermone. Commentaria in  
 Apocalipsim: & Chronica monasterii sui, quæ ibidem asseruantur  
 MS. Obiit anno 1593.

D. Bauo, Germanus, monachus & Abbas monasterii S. Viti  
 Corbeie Saxonica, scripsit librum de sui temporis memorabilibus  
 actis. Claruit ut apparet anno 900.

S. Beatus Hispanus, monachus de Valcauado, qui floruit anno  
 770. scripsit.

Super Apocalipsim, lib. 1.

Contra errores Felicis Episcopi, lib. 1.

Qui libri sunt MSS. in monasterio S. Isidori in Hispania.

D. Benedictus, Abbas ordinis S. Benedicti, nonnulla scripsit  
 quæ nondum ad meam notitiam peruenerunt, citantur enim quæ-  
 dam eius sententiæ in libello de officio rectoris ecclesie, Coloniae  
 anno 1531. impresso.

Domnus Benedictus Anglus, monachus & Abbas S. Petri de Bur-

go in Angliâ, congregationis Cluniacensis, qui claruit anno Domini 1090. scripsit:

De Vita & passione S. Thomæ Episcopi Cantuariensis librum unum.

F. Benedictus Barenfis Apulus, monachus S. Trinitatis Cause, Congregationis Cluniacensis, eximie uir doctrinæ, scripsit librum prænotatum,

De septem sigillis: qui est Cause MS. in membranis. floruit anno Domini 1220. & quod excurrit.

Sanctus Benedictus Biscopus, Anglus, monachus primum Lirienensis in Gallijs, congregationis Floriacensis, deinde Abbas monasterii SS. Petri & Pauli Londini & congregationis Giribennæ auctor, Magister venerabilis Bedæ, scripsit

Concordiam regularum, lib. 1.

Obiit anno Domini 703. die duodecimo mensis Ianuarii.

D. Benedictus Bonignorius Florentinus, monachus S. Mariæ de Florentia, & Abbas Congregationis Casinensis, alias S. Iustinæ de Padua, scripsit

Sermones ad fratres lib. 1. excusi Florentiæ in 8.

Obiit anno Domini 1567. die decimosexto mensis Ianuarii, & sepultus est Florentiæ in monasterio suo.

Benedictus de Vua, Capuanus, monachus monasterii, & congregationis Casinensis, qui floruit anno 1570. Scripsit versu heroico vulgari.

Rythmos spirituales, lib. 1.

De cogitatione mortis, lib. 1.

Triumphos quatuor, de Martyribus, Virginibus, Confessoribus & Beatorum gloria.

Passiones SS. Iustinæ, Agnetis, Agathæ: excusæ Florentiæ 1587. in 4. & Iepthe tragœdiam.

Benedictus Canophilus, Sangrinus, monachus Casinensis monasterii, I. V. D. qui floruit anno 1550. scripsit tractatum

De foro fori & foro poli, qui excusus est

Repertorium Iuris ciuilib: & multa alia in Iure Canonico. Summam quoque rerum, & nonnulla quædam quæ nondum uidi, impressa Venetijs, in 8. in 6. Tom.

Domnus Benedictus de S. Germano, monachus Casinensis, & postea eiusdem Cong. Abbas, latina, græca, & Hæbraica linguis doctus, qui uixit anno 1570. scripsit

- In psalterium Hebraicum commentaria.
- In epistolas Pauli, commentaria.
- In psalmos expositionem. Tractatum de usuris.
- Super libros Perihermenias, Priorum, posteriorum, de Anima, Aristotelis.
- Disputationes in libros prædicamentorum.
- Proverbia Animalium, opus pulcherrimum.
- Tractatum de imitatione Ciceronis, excusum anno . . . .
- Apologiam contra calumniantes opera eius.
- Domnus Benedictus Guidius Venetus, monachus S. Georgii Maioris Venetiarum, cong. Caf. & Abbas eiusdem congregationis, scripsit multa, inter quæ ista ad notitiam meam deueniunt.
- De laudibus mulierum suppresso nomine, vulgari idiomate, excusus Venetiis in 4. Quædam, De quatuordecim inuptionibus Turcarum in provinciam Fori Iuliensem latino, & Italico idiomate, reperiuntur MS. eaque vidi, sed ex parte imperfecta.
- Epistolæ multæ operibus Isidori Clari, & item Missalibus nostris præfixæ.
- Orationes nonnullæ Latinæ, Lirini, & alibi habitæ.
- Istriae descriptio, & bellum à Venetis contra Tergestinos gestum.
- Bellum Venetum, cum Turcis ab anno 1569. ad finem vsque victoriæ naualis.
- Vita Marci Dāduli Proeuratoris, doctoris & equitis, legi MS.
- Obiit Abbas S. Nicolai de Littore anno 1590. mense Augusti, & in nobio S. Georgii sepultus est.
- Domnus Benedictus Maioricensis, monachus S. Pauli Romæ, congregationis Casinensis, alias S. Iustinae de Padua, qui floruit anno 1530. Scripsit commentaria in Librum Porphyrii, prænotata.
- Plurquæ commentum in prædicabilia  
 Porphyrii. } Sunt apud D. Constantinū  
 Syr. mon. MS.
- In Logicam, quæstiones vniuersales.
- Frater Benedictus de Villa, Hispanus, monachus Montisferrati, congregationis Vallis oletanæ, qui floruit hoc nostro seculo, composuit sermone Hispanico in psalmos 150. paraphrases duas: excusas in Hispania in fol. sed ubi nō recordor, eas tamen uidi & legi Casini.
- Nonnus Bernardus, monachus, Casinensis, scripsit miracula. S. Amici confessoris, & alia nonnulla. floruit anno Domini 1150.
- Frater Bernardus monachus monasterii Cluniacensis, qui floruit

anno 1050. scripsit, Consuetudines monasterij Cluniacensis, lib. 1.  
 Dominus Bernardus, Messanensis siculus, monachus S. Placidi,  
 congreg. Casinensis, Messanæ, scripsit. De miraculis in inuentione  
 SS. Placidi & Soc. factis, lib. 1. qui est MS. apud R. P. Abbatem Casi-  
 nensem Adhuc uiuit.

Dominus Bernardus Placentinus, monachus congregationis San-  
 ctæ Iustinae de Padua, & Abbas S. Georgii Maioris Venetiarum, qui  
 floruit anno 1450. scripsit. versu heroico libros 5. quorum primus,

1. De contemptu mundi, & assumenda religione,  
 2. De primordiis institutionis monachorum congregatio-  
 nis S. Iustinae.

3. Quomodo debet religiosus in monasterio conuersari, &  
 de modo orandi

4. De passione Christi 5. De resurrectione eiusdem.

Reperiuntur Manuscripti in 4. in Bibliot. S. Georgii maioris Venet.

Frater Bernardus saxo monachus S. Viti Corbeiae Saxonicae, con-  
 gregationis Cluniacensis, qui uixit anno 1070 scripsit

Contra Henricum III. Imp. sermone luculento, lib. 1.

Dominus Beruo, Germanus, monachus Prumiensis, & Abbas mo-  
 nasterii Augiensis, cong. Cluniacensis, qui floruit anno 1020. scrip.

De musica seu Tonis lib. 2. De instrumentis musicae lib. 1.

De aduentu Domini lib. 1. De ieiunio sabbati, lib. 1.

De ieiunio 4. temporū lib. 1. De mensura monachordi, lib. 1.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Vitam S. Vdalrici Episcopi, lib. 1. excusus Tomo 4. Surii.

De officio missæ, lib. 1. excusus Coloniae anno 1568. in folio, cum

aliis veterum scriptis de officio ecclesiae: item Romæ anno

1590. in fol. & Venetiis anno 1572. in 8. in speculo missæ: &

Tomo 4. Bibliothecæ SS. Patrum.

Obiit anno Domini 1048. septimo Idus Iunii, regiminis Abbatialis  
 40. & sepultus est in monasterio Augiensi.

Nonnus Bertramus, Gallus, presbyter, & monachus Benedi-  
 ctinus, qui floruit anno 840. scripsit. De prædestinatione, lib. 1.

De corpore & sanguine Domini, lib. 1. impressus Coloniae an. 1532.  
 in 8. & Basileæ.

Sanctus Brendanus, seu Brandanus, Hybernus, monachus, & Ab-  
 bas Benchorensis, scripsit De legibus monachorum, lib. 1. Reuelationes de futuris temporibus, lib. 1. Obiit die 16. Maii.

Frater Bridfertus, Monachus Ramesiensis, & Doctor, qui floruit  
 anno



anno 980. scripsit De institutione monachorum, lib. 1. Scholia in Bedam de temporibus, & de natura, quæ cum operibus Bedæ impressa sunt.

Frater Burchardus Anglus, Dorcestrius, monachus, & Eremita, congregationis Giribenuæ, anno Domini 870. scripsit passionem S. Fremundi Regis & martyrii.

Nonna Berta, S. Vuolfhelmi Abbatis soror, sanctimonialis Vilecensis, quæ. III. tempore Ottonis Imp. claruit, scripsit, Vitam S. Adelheidis primæ Vilecensis Abbatis. quæ est apud Surium Tomo 7.

*Scriptores de Littera. C. Cap. LXIIII.*

**F.** **A**ROLVS Fernandus, Belga, Brugensis, a parua ætate oculis captus, & ob id elementorum quoque penitus ignarus, tantum sui miraculum præbuit, ut uelut alter Homerus uir in omni scientiarum genere doctissimus euaserit, & in celeberrimo Parisiensi Gymnasio publicè docuerit. Demum contemptis omnibus, monasterium Vincentianum apud Cœnomanos, Casalinum uocatum, congregationis siue reformationis Sagiensis, ingressus, & Apostolica dispensatione Leuita ordinatus, multa ingenii sui monumenta posteris reliquit. scripsit ergo inter cætera, Commentariorum, lib. 1.

Laudes ordinis Carmelitarum, lib. 1.  
 De conceptione B. Mariæ, lib. 1.  
 Odarum in Laudem Christi, lib. 4.  
 Carmen Iambicum de Virgine Maria, lib. 1.  
 Orationem de eadem, lib. 1.  
 De Sancta Catarina orationem, lib. 1.  
 Carmina ferè innumera, lib. 1.  
 Elegias de contemptu mundi, lib. 1.  
 Epistolarum ad diuersos, lib. 2.  
 Speculū disciplinæ monasticæ, li. 4. excusos Paris. 1515. in fol.  
 Epistolam paræneticam, id est adhortatoriam, obseruationis regulæ Benedictinæ. Impressa Parisijs apud Ascensum, an. 1512. in 8. floruit anno Domini 1490. & quod excurrit.  
 Frater Cedmonus simplex, Anglus, monachus Benedictinus, circa annum Domini 670. scripsit plura sacra pœmata.

Sanctus

Sanctus Ceolfrius, Anglus, monachus, & Abbas monasterij SS. Petri & Pauli Londini, congregationis Giribenuæ, præceptor, & nutritor Bedæ, circa annum Domini 680. scripsit de obseruatione paschæ, & tonsura ecclesiastica, & monastica librum unum. Videtur mihi is esse qui reperitur apud Bedam lib. 6. hist. angl. c. 23. ad Naitanum Regem Pictorum, qui sic incipit, Domino excellentissimo & gloriosissimo regi Naitano Colfrid in Domino salutem. Obiit anno Domini 724. die 25. mensis Septembris.

Nonnus Christianus, qui & Druthmarus, Gallus, Aquitanus, monachus monasterij Corbeiensis Galliæ, congregationis Floriacensis, trium linguarum peritus, circa annum Domini 800. scripsit Expositionem in euangelium Matthæi, lib. 1. quæ inuenta Vuormatiæ, excusa est Haganoæ anno Domini 1530. octonionibus 43. Extant & eiusdem aliquot homiliæ in Bibliotheca homiliarum.

D. Christodulus monachus, vir Sanctissimæ uitæ, scripsit contra Iudeos sermones nouem, qui Romæ in Bibliotheca Palatina græcè extant.

Domnus Claudius Classitanæ ciuitatis Abbas, congregationis primæ Casinensis, Diui Gregorij Papæ discipulus, ex operibus eiusdem, de libris uidelicet Regum, de Prouerbijs, de Cantico Cantorum, & de Prophetis, multa, licet non eodem sensu, collegit, & in commentarios redegit, quorum meminit idem Gregorius in Epistola ad Ioannem Rauennæ subdiaconum. Claruit anno 600.

Sanctus Columbanus, Scotus, monachus monasterij & congregationis Benchorensis, deinde Luxouiensis monasterij & congregationis æquiuocæ institutor primus, postremo Bobiensis cænobij in Italia primus fundator & Abbas, scripsit, In totum psalterium commentariorum, lib. 1. Epistolarum aduersus Theodoricum regem adulerum, lib. 1. Monasteriorum methodos, lib. 1. Carmen aduersus auaritiam, excusum Basileæ in uolumine ueterum Poetarum. Obiit Bobii anno Domini 614. die 21. Nouembris, & ibidem sepultus est.

Domnus Congellus Scorus, Abbas Benchorensis, & illius congregationis auctor, qui floruit anno Domini 560. uel circa, scripsit Regularis uitæ methodum, & Epistolas plures ad cænobiorum Patres.

Domnus Conradus de Rodenberg, Germanus, monachus, & prior S. Matthiæ apud Treuirim, deinde Diui Martini Coloniz, postmodum Abbas monasterij Sancti Ioannis Baptistæ Rinangiensis Moguntinæ Diæcesis, congregationis Bursfeldensis, uir Beatæ Mariæ

Mariae virginis deuotissimus, scripsit in illius laudem, sumpta de singulis eius membris materia, Vineam Domini Sabaoth, lib. 1.

Exercitium nouitiorum, lib. 1.

De præparatione ante missam, lib. 1.

Orationem, de ruina ordinis.

Orationem, de causis tuinae.

Orationem, de cura pastorali.

Et alias multas orationes.

Obiit anno Domini 1486. octauo calendæ Ianuarii, sepultus in monasterio suo in abside dextra chori, ante altare S. Benedicti.

Frater Conradus, monachus S. Nicolai Bruuilerensis, congregationis Cluniacensis, scripsit non spernenda volumina, de quibus plura extare dicuntur, at præter uitam S. Vuolfhelmi Abbatis, quæ est apud Surium Tomo 2. die 22. Aprilis, nihil uidi.

Frater Conradus, Germanus, Spirensis, monachus S. Aurelij Hirsaugiensis, congregationis Cluniacensis reformatæ a S. Gulielmo Abbate, qui floruit anno Domini 1140. scripsit, Speculum Virginum, dialogorum lib. 8. In euangelia per annum lib. 1.

De uita spiritus & fructus mortis, lib. 1.

Matricularium, lib. 1.

De laudibus S. Benedicti metricè, lib. 1.


Diafcalon, lib. 1. De musica, & Tonis. lib. 1.

Domnus Constantius Pasolinus, monachus congregationis Casinensis, quem adhuc uiuere arbitror, scripsit Elegiam, de translatione SS. Parmensium: excusam Romæ anno 1589. cum operibus D. Prosperi Martinengij.

Frater Cuthbertus Giruicius, Anglus, monachus Londinensis, & S. Bedæ Venerabilis discipulus, anno circiter 740. scripsit epistolas quasdam familiares, & de uita magistri sui Ven. Bedæ, lib. 1. cuius initum est, Dilectissimo in Christo Lectori.

Nonnus Cyprianus, monachus Casinensis, scripsit hymnum unum de S. P. N. Benedicto, & alia nonnulla: hymnus ille est Casini MS. tali exordio; Aureo solis radio perennis.

## Scriptores de Littera D. Cap. LXV.

D.  IONISIUS, Gallus, monachus S. Benedicti de Mantua, cong. Casinensis, scripsit sermones de diuersis, lib. 1. Epigrammatum ad doctos quosdam, lib. 1. Odarum ad Deum, Virginem matrem, & Sanctos, lib. 1. Epistolas aliquas quæ reperiuntur excusæ cum epistolis


Gregorij Cortesij S. R. E. Card. Venetiis anno 1573. in 4. Obiit in monasterio Lerinensi anno 1560. & ibidem sepultus est.

Frater Donatus Diaconus & monachus monasterii S. Trudonis, scripsit vitam S. Trudonis lib. 1. Quo tempore claruerit ignoro.

Domnus Dominicus de Asula, monachus S. Georgii maioris Venetiarum, congregationis Casinensis, alias S. Iustinae de Padua, scripsit, De translatione antiqua corporis S. Stephani Prothomartyris ad monasterium S. Georgii Maioris, lib. 1. Postquam Beatus Prothomartyris Stephani. De translatione nouissima eiusdem Sancti, ex veteri, ad nouam ecclesiam S. Georgii, lib. 1. Iam primum omnium constare debet. Reperiuntur in monasterio præfato S. Georgii. MS. Obiit anno Domini 1592. ætatis suæ 36. mense Septembri, & sepultus est in ecclesia eiusdem cœnobii.

D. Dudechinus, vel Dodechinus, Germanus, monachus, & Abbas cœnobii S. Dysibodi, uir in scripturis diuinis & humanis non modicum exercitatus, scripsit Historiam suæ peregrinationis ad terram Sanctam, lib. 1. Ad chronica Mariani Scoti, continuatæ historiæ Appendicem, ab anno 1084. usque ad annum 1200. quæ excusa est cum Mariano Francofurti anno 1583. in folio. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

## Scriptores de Littera E. Cap. LXVI.

F.  ADEMERS, Anglus, monachus Cantuariensis, congregationis Cluniacensis qui claruit an. Domini 1120. scrip. De libertate eccl. lib. 1.

De vita S. Anselmi Episcopi, lib. 1.

Historiarum collectanea, lib. 1.

Domnus Eberuinus, Germanus, monachus & Abbas cœnobij S. Martini Treuiris, congregationis Cluniacensis, an-

sis, anno 995. scripsit vitam S. Magnerici Episcopi, quæ excusa est  
tomo 2. legendæ, cum poemate Fortunati de eodem Episcopo.

Domnus Echardus, Germanus, monachus, & primus Abbas mo-  
nasterij S. Laurentii, quod Vrangia dicitur in diœcesi Herbipolensi  
in Hercinia silues, congreg. Cluniacensis, qui floruit anno 1130.  
scripsit Lanternam monachorum, lib. 5. Sermones quosdam ele-  
gantes, & uarias epistolas.

Domnus Echébertus, Germanus, monachus primum Schonau-  
giæ, deinde Abbas S. Florini Treuirensis diœcesis, congregat. Clu-  
niacensis, qui floruit anno 1160. Scripsit

In principium Euangelij Ioannis,	lib. 1.
Super Magnificat,	lib. 1.
Super missus est Angelus,	lib. 1.
Laudes Saluatoris,	lib. 1.
Sermones per annum,	lib. 1.
Meditationes,	lib. 1.
Aduersus hæreses,	lib. 1.

De obitu S. Elisabeth fororis suæ, lib. 1. qui editus est a Fabro, in li-  
bro trium virorum, & trium spiritualium mulierum.

Frater Edmundus, Anglus, monachus Cantuariensis, congrega-  
tionis Cluniacensis, qui claruit anno 1120. S. Anselmi episcopi di-  
scipulus, scripsit

De libertate ecclesiastica,	lib. 1.
Vitam S. Anselmi Archiepiscopi,	lib. 1.

Frater Egbertus, Australis saxo, Anglus, monachus congregatio-  
nis Giribenuæ, qui floruit tempore Bedæ anno 730. scripsit

De ritibus catholicorum,	lib. 1.
Conciones varias,	lib. 1.

Frater Egiluardus Germanus, monachus monasterij S. Burchar-  
di prope Herbipolim, qui claruisse videtur post annum Domini  
800. scripsit vitam S. Burchardi Herbipolensis episcopi, quæ uide-  
tur ea esse quæ est apud Surium Tomo 5. die 14. Octobris.

D. Einardus, siue Eginhardus, Caroli Magni Imperatoris Can-  
cellarius & gener, deinde relicto seculo, monachus, & Abbas pri-  
mus cœnobij Salingestadiensis, sanctorum Marcellini & Petri, scri-  
psit circa annum Domini 824.

De miraculis & translatione sanctorum Marcellini, & Petri qui  
Gandani quiescunt, lib. 4. qui sunt Tomo 7. Surii, die 2. Iunii.

De iisdem Iambico carmine, lib. 1. est Tomo 7. Surii.

De vita

De uita Caroli Magni Imp. lib. 1. Hæc excusa est Colonia cum quodam Anonymo monacho Benedictino, anno 1562. in 16. & Basilea anno 1532. Colonia cum aliis annalibus rerum Francie 1521. ac nouissime Francofurti 1584. in fol. cum aliis rerum Germanicarum scriptoribus.

Historiam Temporum de gestis Germanorum & Francorum, li. 1. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Abbreuiavit quoque Psalterium, excerpto omnes versus orationis uerba habentes.

Domnus Einico, Germanus, monachus & Abbas cœnobii Schönauigæ, congregationis Cluniacensis, qui floruit circa annum Domini 1200. scripsit carmine, & prosa uitam S. Elisabeth Virginis & Abbatissæ.

Domnus Elemon, monachus Benedictinus & Doctor, sed quo uixerit tempore non proditur, scripsit elegantem tractatum super instrumenta bonorum operum, siue capitulum quartum regulæ s. P. N. Benedicti, qui sic incipit, Sicut sunt Fabrorum: estque MS. in membranis in reliquiario cœnobii S. Georgii maioris Venetiis, sed aliqua ex parte imperfectus.

Frater Elerius, Anglus, Cambrius monachus, circa annum Domini 660. scripsit uitam s. Vuenefridæ Virginis & sanctimonialis.

Frater Emericus, Germanus, monachus Elefancensis, congregationis Luxoniensis, anno Domini circiter 870. scripsit docte & eleganter uitam s. Magni Abbatis.

Domnus Engelbertus, Germanus, Abbas monasterii Admontensis, congregationis . . . scripsit, Sermones elegantes, lib. 1.

De uitiis & uirtutibus, lib. 1.

F. Erchempertus monachus, & Diaconus Montis Casini, scripsit historiam de euerfione monasterii a Saracenis, & constructione eiusdem.

Frater Erhardus, monachus Benedictinus, qui uixit anno 1050. scripsit, In Pentateuchum Moyfis, lib. 5.

Homiliarum, lib. 1.

Domnus Ermenricus, Germanus, monachus, & Abbas Eluangenensis septimus; congregationis Luxoniensis, post annum Domini 800. scripsit dialogum de uita & miraculis s. Hasiolphi Abbatis primi Eluangenensis.

Frater Etheluuoldus, Anglus, monachus Vuintonienfis, congregationis Giribenæ, qui claruit anno 980. scripsit

De

De sua in Presbyteros potestate , lib. 1.  
 De suis missionibus , lib. 1.  
 Frater Etheluuolphus qui & Lupus Anglus , Bernicius , monachus, qui vixit anno 750. scripsit De illustribus monachis , lib. 1.  
 Super somnio suo , lib. 1.

D. Euerbinus , Ger. monachus & Abbas monasterii S. Mauricii Doleienseis siue Toleienseis, in agro Treuirensi , congregationis Cluniacenseis, anno circiter 1040. scripsit vitam S. Simeonis Siracusani, monachi Treuirensis, quæ excusa est Tomo 3. Surii , die primo Iunii . Attribuitur hæc a nonnullis Eberuuiuo Abbati S. Martini Treuirensis , de quo supra eginus , sed diuersitas cœnobiorum, temporumque ratio reclamant, obiit enim S. Simeon anno Domini 1035. quo tempore prædictus Eberuuius in uiuis iam esse desiderat; a finitas nominum Eberuuiini, & Euerbini, errorē peperisse arbitror.

Domnus Euerelmus , Belga, monachus & Abbas cœnobii Alimontis , congregationis Cluniacenseis , anno Domini circiter 1050. scripsit librum unum de vita Sancti Popponis Abbatis Stabulenseis, cognati sui , qui est apud Surium Tom. 1. die 25. Ianuarii.

Domnus Eugypius, monachus, & Abbas, congregationis primæ Benedictinæ , qui floruit anno 580. vt potiores auctores uolunt, scripsit , Regulam monachorum suorum , lib. 1.

Vitam S. Seuerini monachi , lib. 1. quæ est apud Surium die 8. Ianuarii.

Thefaurorum ex Diuo Augustino, Tomos duos: excusos.

Basileæ anno 1542. & Venetiis anno 1543.

Dominus Eusebius Valentinus, Mutinenseis, monachus S. Ioannis Euangelistæ Parmæ , congregationis Casinenseis, alias S. Iustinæ de Padua, qui claruit anno 1560. uir spectatæ probitatis, atque doctrinæ, poetaque nostri temporis non infimus, scripsit sequentia opuscula, quæ impressa sunt Romæ 1589. in tertio Tomo poematû D. Prosperi Martinengi , uidelicet :

De quadruplici aduentu Domini, carmen hæroicum .

In mortem D. N. Iesu Christi, eodem carmine .

Ad beatam Virginem, eodem carmine .

In sanctam Christi Natiuitatem, endecasyllabum .

In eandem, choriambicum. Hymnû de eadem, uersu sapphicæ .

In præsentationem eiusdem , sapphicum .

In eandem, endecasyllabum . In eiusdem Resurrectionem , Iambico uersu .

Domnus

Domnus Euticius Cordes, Belga, Antuerpiensis, monachus S. Iustinae de Padua, & eiusdem congregationis Abbas, qui in Concilio Tridentino magna cum sua laude adfuit, scripsit multa, quae tamen nondum typis mandata sunt, reseruanturque MS. apud D. Ambrosium monachum & Decanum S. Iustinae de Padua, inter quae haec vidi, Commentaria uidelicet, In omnes epistolas Pauli:

In Symbolum Apostolorum vsque ad Sanctorum communionem.

Dictionary Biblicum.

Obijt anno Domini 1582. mense Sept. & sepultus est in S. Iustina.

*Scriptores de Littera F. Cap. LXVII.*

**D**OMNVS Fabianus, Cretensis, monachus congregationis Casinensis, alias S. Iustinae de Padua, qui floruit post annum 1500. transtulit de graeca in latinam linguam vitam S. Eustachij Patriarchae Constantinopolitani, cuius corpus requiescit in monasterio S. Georgii maioris Venetiarum, cuius exordium est, Omnium quidem: Asseruat in reliquiario praedicti caenobij. MS.

D. Faritius Tuscus, Abbas Abyndonienensis in Anglia, congregationis Cluniacensis, circa annum Domini 1110. scripsit

Vitam S. Adelmi episcopi. lib. 1. Epistolas ad diuersos, lib. 1.

Sanctus Faustus, monachus Casinensis, S. P. N. Benedicti discipulus, scripsit ad Bonifacium Papam, vitam s. Mauri Abbatis, lib. 1. quae excusa tomo 1. Surij die 15. Ianuarii. Obijt circa annum Domini 600.

Frater Felix, monachus Crolandienensis, Anglus, circa annum Domini 730. scripsit,

Vitam S. Guthlaci monachi & Eremitae, lib. 1.

D. Felix Passarus, Neapolitanus, monachus Casinensis, qui etiam num uiuit, scripsit sermone Italico & versu heroico,

De Vita s. Placidi Abbatis & martyris, cantus quinque, qui excusi sunt Venetijs anno 1589. in 4 & 1590. in 16.

Laudes monasterii s. Sixti Placentiae, lib. 1.

Impres. Placentiae apud Ioannem Bazacum anno 1593. in 4.

Frater Ferreus, monachus Casinensis, qui floruit anno Domini 1070.



ni 1070. iussu Domini Theodini monachi, & S.R.E. Cardinalis, scripsit. Glossam in Librum Exodi: extat in Bibliotheca Casinensi. MS.

F. Flaualdus, monachus Remensis, ordinis S. Benedicti, congregationis Floriacensis, qui floruit anno 870. scripsit, Historiam ciuitatis Remensis, siue gesta Remensium Pontificum, lib. 3.

Vitas Sanctorum Remensium, lib. 1.

F. Florus, monachus S. Trudonis, Leodiensis diocesis, Congregationis Gallicanæ, scripsit circa annum Domini. 760.

In omnes epistolas Pauli expositiones pulcherrimas, lib. 1.

Martyrologium, idest, gesta, & passiones sanctorum, lib. 1.

F. Folchardus, Anglus, monachus Cantuariensis, qui floruit sub congregatione Cluniacensi anno 1060. scripsit ad Aldredum Episcopum, De vita S. Ioannis Episcopi Eboracensis, lib. 1.

De miraculis eiusdem, lib. 1.

F. Folchardus, Belga, monachus cœnobii S. Bertini Sithiuensis, congregationis . . . scripsit vitam S. Bertini Abbatis, & uitam S. Audomari Episcopi Morinensis, quæ ambæ excusæ sunt apud Surium Tomo 5. die 5. & 9. Septembris.

Domnus Folquinus, monachus monasterii S. Bertini Sithiuensis, & deinde Laubienfis Abbas, congregationis Cluniacensis, scripsit, Gesta Abbatum Laubiensium, lib. 1. extat MS.

De miraculis S. Vrsuarii Episcopi, lib. 1. extat MS.

De vita S. Folquini Episcopi, lib. 1. Obiit anno Domini 990.

F. Franciscus Ruizius, Hispanus, monachus Vallisoleranus, & Abbas S. Facundi, congregationis Montisferrati, anno Domini 1546. collegit ex omnibus patribus, tam Græcis quam latinis, ad totius diuinæ scripturæ intelligentiam trecentas triginta quatuor regulas, easque breuibus explanationibus illustrauit, quæ excusæ sunt Lugduni 1546. in 8. & Colonię cum Sixto Senensi anno 1588 in 16. & Parisijs anno 1547. in 16.

F. Franciscus yuannes, Hispanus, monachus congregationis Montisferrati, qui floruit anno 1570. scripsit, & abbreviauit tractatum D. Garſiæ a Cisneros exercitatorii uitę spiritualis, & directorii horarum canonicarum, adiungens catalogum breuem uitorum illustrium ordinis S. Benedicti, qui est excusus Salamancę in 16. ubi etiam promittit translationem latinam dialogorum Petri Bugiani.

D. Franco, Belga, monachus & Abbas secundus monasterii S. Marię de Hasslighem in Brabantia, congregationis Cluniacensis, ele-

dd Etus

ctus in Abbatem anno 1109. scripsit De gratia Dei lib. 1.

De statu futuræ gloriæ metricè, lib. 1. Sermones de B. Virg. lib. 1.  
Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

De beneficentia Dei, lib. 1. 2. excusos Antuerpiæ 1565. in 12.

Frater Fulbertus, Gallus, monachus cœnobii S. Petri Gemei-  
censis, cognomento peccator, scripsit inter cœtera,

De uita S. Aichardri Abbatis, lib. 1. qui excusus est apud Surium  
Tomo 5. die 15. Septembris.

*Scriptores de Littera G. Cap. LXVIII.*

D



ABRIEL Brebia, Mediolanensis, monachus  
congregationis S. Iustinae de Padua, anno Do-  
mini circiter 1490. scripsit Commentariolum  
in psalmos, & in fine cuiusque pias aliquas ora-  
tiones.

S. Gallus Scotus, Abbas, & S. Columbani disci-  
pulus, monachus primum in Scotia sub congregatione Benchoré-  
si, a quo cœnobium & oppidum S. Galli in Heluetia nomen ha-  
bet, scripsit

Orationem, & gubernandæ Ecclesiæ formam.

Obiit anno Domini 640. die sextodecimo mensis Octobris.

Domus Gaspar Bouvincourtius, Attrebas, Belga, Eques Hieroso-  
lymitanus, monachus primum monasterii S. Saluatoris Aquicinê-  
sis, iuxta Duacum, congregationis Cluniacensis, deinde Abbas cœ-  
nobii S. Petri Oudemburgensis, non longe a Brugis Flandriæ, con-  
gregationis Bursfeldensis, uir linguis Græca, Latina, Sclauonica, Gal-  
lica, Fládrica, Italica, & Hispanica, doctus, & qui mihi (quamuis in-  
digno) habitum Sanctæ Religionis dedit, scripsit nonnulla quæ pe-  
nes me sunt MS. inter quæ idiomate Gallico De itinere suo Hiero-  
solymitano, & Montis Synai, lib. 1.

Sermones ad fratres lib. 1. De Arithmetica lib. 1.

De cognitione sui ipsius uersu heroico Gallico, lib. 1.

De prædestinatione, eodem metri genere, lib. 1.

Qui duo ultimi a facultate Doctorum Brugensium, & a doctissi-  
mo uiro D. Iacobo Pamelio approbati, iam in lucem emittendi  
erant, nisi mors immatura interuenisset, quæ accidit anno Domini  
1576. die undecimo Februarii, ætatis suæ. 48. Abbatialis regiminis  
octauo,

octavo, in castro Cranenburg, tribus a Brugis miliaribus, ex quo re-  
portatus in ecclesia monasterij nostri ad latus sinistrum altaris in ma-  
ris sepultus est.

Frater Georgius Cabillau, Aldenardensis, Belga, monachus ceno-  
bii S. Petri Oudemburgensis, cōgregationis Bursfeldensis, & meus  
in Nouiciatu Monastico Magister, scripsit

Historiam monasterii Oudemburgensis, incipiens a prima Ci-  
uitatis olim Oudemburgensis ædificatione, & destructio-  
ne eius ab Attila, & Nortmannis, usque ad annum Domi-  
ni 1578. quæ est apud eum MS. Adhuc uiuit.

Frater Georgius Iodocus, Berganus, monachus monasterii S. Ze-  
nonis Veronæ, congregationis promiscuæ (erat autem ante, prædi-  
ctum cœnobium sub congregatione Cluniacensi) qui floruit anno  
1540. scripsit eleganti versu heroico, Benacum, idest, descriptio-  
nem Laci Benaci. quæ excusa est Veronæ anno 1546. in 4.

Frater Gerardus, monachus cœnobii S. Quintini, congregatio-  
nis Cluniacensis, qui claruit anno 1270. scripsit

De translatione crucis & coronæ Domini a Constantinopoli  
Parisiis, lib. 1.

De miraculis S. Elisabet Lantgrauia post mortem eius, lib. 1.  
Responsorium item, & cantus de eadem.

Domnus, Gerardus moringus, Belga, monachus S. Trudonis, con-  
gregationis Cluniacensis, qui floruit post annum 1100. is ad quem  
Theodoricus Abbas dedicasse uidetur librum suum de uita S. Tru-  
donis, scripsit de uita S. Trudonis librum unum, qui excusus est Lo-  
uanii anno 1540.

F. Gildas quartus, Britanus, monachus Benedictinus, congrega-  
tionis Benchorensis, qui floruit anno 860. alius a Gilda cognomen-  
to sapiens, scripsit, Breuiarum historiarum, & alia historica.

Frater Gilo, Gallus, monachus Cluniacensis, iussu Pontii Abba-  
tis, anno Domini circiter 1112. scripsit, Vitam S. Hugonis Abbatis  
Cluniacensis, quæ extat MS.

Do. Giselbertus, Anglus, monachus, & præpositus monasterij  
Vuest monasteriensis in Anglia, congregationis Giribennæ, qui flo-  
ruit ab anno 1090. ad 1110. scripsit

In Cantica Canticorum homilias

In Esaiam prophetam commentarios, & in Hieremiam.

Contra Iudæos, ad S. Anselmum Episcopum, disputationem.

De casu Diaboli.

F. Giselbertus, monachus monasterii Cluniacensis, S. Petri Abbatis discipulus, qui uixit anno Domini 1130. scripsit inter alia, Epistolam egregiam ad Petrum de S. Ioanne, quæ excusa est cum epistolis S. Petri Abbatis.

F. Godscalcus, Gallus, monachus Cluniacensis, qui floruit anno 980. scripsit De uita S. Odonis Abbatis magistri sui, lib. 1. qui erat olim MS. apud Carthusianos Antuerpiæ, sed incurfione hæreticorum periisse putarim.

F. Gomefanus, Hispanus, monachus, & Abbas Ildenſis marchieſerii, scripsit Vitam S. Illephonſi Archiepiſcopi Toletani, lib. 1. cuius compendium, ut colligere licet, excuſum eſt cum eodem Illephonſo de Laudibus uirginis Mariæ, Baſilæ anno 1557. in 8.

F. Gonſaluus de Illeſcas, monachus, & Abbas S. Fromes, Hispanus, qui uixit hoc noſtro ſeculo, ſcripsit ſermone Hispanico, quæ iam quater uicibus excuſa eſt, Hiſtoriam Pontificiam & Catholicam: excuſam Burgis quarto, per Martinum de Victoria, anno 1589. in folio, & Salamancæ 1574. in folio, & Cæſaraguſtæ 1583. in folio.

F. Gordianus, Romanus, monachus Caſinenſis, & S. P. N. Benediſci diſcipulus, Græcè, & Latinè doctus, ſcripsit

Paſſionem S. Placidi Abbatis & martyris, lib. 1. quæ excuſa eſt a Surio Tomo 5.

Paſſionem eiufdem græco ſermone, lib. 1. quæ eſt Caſini in Latinum ſermonem translata.

De reedificatione monaſterii Meſſanenſis, lib. 1. Poſtquam peruerſi eſt Caſini MS.

Epistolam quatuor, ad S. Maurum, ad Vigilium Papam, ad Meſſalinum V. C. & ad Conſtantinum Abbatem Caſinenſem, quæ excuſæ ſunt cum chronico Caſinenſi, Venetiis ann. 1513. in 4. ad folia uidelicet 199. 200. & 207.

Et alia nonnulla quæ necdum uidi. Obiit Siracuſis in Sicilia circa annum Domini 560. cum magna ſanctitatis opinione.

F. Gorzelinus, Belga, Morinenſis, monachus S. Bertini Sithiuenſis, congregationis Cluniaceniſis, qui claruit anno Domini 1110. ſcripsit De uita S. Laurentii Archiepiſcopi, lib. 1. qui incipit, Dominis clariffimis, & paternæ.

De uita S. Milburgæ uirginis, lib. 1.

De uita S. Erconuualdi Epifcopi, lib. 1.

De uita S. Auguſtini Archiepiſcopi, lib. 2.

De

- De miraculis eiusdem, lib. 1.  
 De translatione eiusdem ac Sociorum, lib. 1.  
 De vita S. Iuonis Perfarum Episcopi in Anglia sepulti, lib. 1.  
 De vita S. Suuithuni Episcopi, lib. 1. cuius initium est, Glorioso Rege; excusus est apud Surium Tomo 4. die 2. Iulii.  
 De vita S. Vuiteburgæ virginis, lib. 1.  
 De vita S. Eadghatæ virginis, lib. 1.

d. Gregorius Ducus, Brixianus, monachus SS. Faustini & Iouitæ Brixie, congregationis Casinensis, alias S. Iustinæ de Padua, scripsit versibus Italicis librum prænotatum Scaccheida, qui excusus est Vincentiæ ann. 1586. in 4. Apud Georgiū Græcum. Theses de Anima, excusas Ven. 1585. Obiit anno 1592. Bobij, ubi & sepultus est.

d. Gregorius Viterbiensis, I. V. D. & monachus congregationis Casinensis, alias S. Iustinæ de Padua, qui claruit anno Domini 1540. scripsit tam pie, quam docte, super Euangelium Ioannis, In principio erat uerbum Homilias, siue sermones tres, qui sic incipiunt.

1. Dicibilis sermo de indicibili verbo in uerbis dicibilibus.
2. In principio erat uerbum.
3. Non licet filijs ueritatis.

Sunt MS. apud D. Constantinū Siracusanū, monachū Catanensem.

d. Grimoaldus Abbas ordinis S. Benedicti, scripsit Sacramentorum librum, qui excusus est per Pamelium, cum antiphonario s. Gregorii Papæ, Colonia, 1571.

S. Guaiferius, qui & Benedictus, Salernitanus, monachus Casinensis, qui floruit sub Desiderio Abbate anno Domini 1060. scripsit tam metro, quam prosa, Homilias sex, scilicet De Aduentu Domini, Natiuitate, Epiphania, Septuagesima, Ramis Palmarum, & Cæna Domini, Passionem S. Lucii Papæ.

Vitam S. Secundini Episcopi Troiani.

De eodem uersus, hymnum, & Cantus.

In Laudem psalterii uersus.

De miraculo cuiusdam qui seipsum occiderat, uersus.

De conuersione quorundam Salernitanorum uersus.

In Laudem s. Martini Episcopi uersus.

Et hæc omnia reperiuntur MS. caractere longobardico in membranis, in scanno octauo ad sinistram Bibliothecæ Casinensis.

d. Guibertus, Abbas Gemblacensis, congregationis Cluniacensis scripsit Apologiam pro s. Seuero, quæ extat MS.

Epistolam de scriptoribus uitæ S. Martini Episcopi: est MS.

Louanii ad s. Martinum.

Nonnus Guido, monachus Casinensis sub Gerardo Abbate, scripsit; De missione Alberici, lib. 1.

De fortuna eiusdem, uersus.

D. Guixardus, monachus & Abbas S. Trudonis, congregationis Cluniacensis, scripsit latino sermone,

De vita S. Trudonis, lib. 1.

D. Gulielmus Abbas S. Theodoric, congregationis Cluniacensis scripsit Meditationes deuotas, lib. 1.

Meditationes de amore Dei, lib. 1. quæ excusæ sunt Antuerpiæ apud Plantinum, anno 1590. in 16.

S. Gulielmus, Germanus, monachus S. Emerani Ratisponæ, & Abbas S. Aurelii Hirsaugienfis, congregationis Cluniacensis, & eiusdem postmodum reformator, scripsit Constitutiones monachorum, lib. 2. De musica & tonis, lib. 1.

De horologio lib. 1. De correctione psalterii, lib. 1.

Ad s. Anselnum, epistolas 3. Epistolarum ad alios, lib. 1.

Institutiones philosophiæ, & Astronomiæ, lib. 3. excusos Basileæ.

Obijt anno Domini 1091. die quarto Nonas Iulij.

F. Gulielmus monachus Hassligemensis, Germanus, scripsit inter alia, Sermones, lib. 1. Visiones cuiusdam monialis, lib. 1.

De Vita s. Lutgardis, lib. 1. quæ extat MS. Afflighemij. floruit anno Domini 1260.

F. Gulielmus, Gallus, monachus S. Dionysij Parisiensis, scripsit, Historiarum transacti temporis, lib. 3.

Et commentaria in quosdam Bibliæ libros.

F. Gulielmus, Malmesburiensis monachus, congregationis Cluniacensis, Anglus, scripsit Historiarum libros, usque ad annu 1142.

De uita s. Patricii Episcopi, lib. 3.

De uita s. Dunstani Episcopi, lib. 1.

De uita s. Indraeti, lib. 1.

De uita s. Aldelmi, Episcopi Serisburia, lib. 1. qui incipit, Beatus Aldhelmus Saxonica. Obijt anno Domini 1142.

Domnus Gulielmus de monte Laudino, monachus, & Abbas Pictauiensis, congregationis Cluniacensis, qui floruit anno Domini 1310. scripsit De sacramentis, lib. 1.

Declarationes uarias lib. 1. Summam de casibus, lib. 1.

Et alia multa in iure maxime.

Frater Gulielmus, Anglus, monachus, Rameseyæ in Crolandia, cõgrega-

gregationis Cluniacensis, qui claruit anno Domini 1178. scripsit:

De uita S. Guthlaci monachi, lib. 1. heroico uersu.

De uita S. Birini Episcopi, lib. 1.

De uita S. Neoti monachi carmine, lib. 1. tali exordio,

Anglia quæ toto.

De eodem profa, lib. 1. Beati Neoti confuitam,

De translatione eiusdem, lib. 1.

F. Guntherus, Belga, dictus Ligurinus, monachus Elnonensis S. Amandi, congregationis Cluniacensis, qui floruit temporibus Friderici Barbarossæ Imp. anno Domini 1160. poeta suo tempore nulli secundus, scripsit


Passionem S. Ciriaci carmine, lib. 1. quæ extat cum nonnullis Epistolis eiusdem.

De oratione, ieiunio, & eleemosyna, lib. 13. excusi sunt Basileæ anno Domini 1504. uel 1507. per Michaellem furter.

De rebus gestis Friderici Barbarossæ Imp. quod opus intitula-  
tur Ligurinus, lib. 10. excusus, Argentorati anno Domini  
1531. & Basileæ cum Othone Frisingensi Episcopo, anno  
1569. in fol. & Francofurti anno 1584. cum scholijs Iacobi  
spiegel, in fol.

De rebus Germanicis lib. 1. nondum impressum.

*Scriptores de Littera H. Cap. LXIX.*

F.  ARTMVNDVS, Germanus, monachus monasterii S. Galli in Heluetiis, congregationis Luxouiensis, qui floruit anno 870. scripsit multa opuscula, tam metro, quam profa, quæ qualia sint ab auctoribus non recitantur.

F. Haymo, monachus Eboracensis, congregationis Floriacensis, siue Giribennæ, circa annum Domini 1010. scripsit  
Martyrium S. Abbonis Abbatis Floriacensis, lib. 1.

F. Haymo monachus Floriacensis, Gallus, circa annum Domini 1020. floruit & scripsit De uita s. Abbonis Abbatis, lib. 1.

Historiam a Iustiniano Imp. ad Carolum Magnum. lib. 1.

F. Haymo Germanus, monachus, & Prier Hirlaugiæ cong. Clunia. reformatæ, circa annum 1100. scripsit

De uita s. Gulielmi Abbatis, lib. 1.

dd 4 F. Hed-

F. Hedda, Anglus, monachus Vintoniensis, Congregationis Benchorensis, scripsit Ad ecclesiarum pastores, lib. 1.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Obit anno Domini septingentesimo quarto.

F. Heddius Stephanus, Anglus, monachus Cantuariensis, congregationis Giribennæ, adhortante S. Acta Episcopo Hagulstadenfi circa annum Domini 720. scripsit De uita S. Vuilfridi Archiepiscopi Eboracensis, lib. 1.

Frater Hedericus, Italus, monachus monasterij S. Gregorij Papæ, S. Andreae Romæ, congregationis primæ Benedictinæ, circa annum 640. ex scriptis Diui Gregorii in Iob, sententiarum librum composuit.

F. Helinandus, Gallus, monachus Frigidi montis, congregationis Cluniacensis, anno circiter 1200. scripsit Historiarum a principio mundi, lib. 48. De reparatione lapsi lib. 1.

Sermones plures. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Nonnus Helpericus, Germanus, monachus S. Galli, congregationis Cluniacensis, circa annum 1070. scripsit

De computo ecclesiastico lib. 1. De musica, lib. 1.

Frater Henricus de Bruxellis, monachus Hassligemensis, congregationis Cluniacensis circa annum Domini 1310. scripsit

De ratione computi, lib. 1. De ratione Calendarii, lib. 1.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

D. Henricus, Comes a Caluue, monachus, & Abbas Augiæ diuitis, congregationis Cluniacensis, qui floruit anno 1210. scripsit

De uita s. Pirminij, primi Augiensis Abbatis, lib. 1.

D. Henricus Gulpen, Germanus, Abbas monasterij S. Aegidii in Nuremberga, congregationis Bursfeldensis tunc primum incipientis, I. V. D. qui claruit in Concilio Constantiensi anno Domini 1430. scripsit Super septem distinctionibus de Pœnitentia, lib. 1.

Super distinctionibus de consecratione, lib. 1.

De passione Domini, lib. 1.

Frater Herebertus Losinga, monachus Anglus, congregationis Cluniacensis, ad Anselmum Episcopum circa annum 1110. scripsit

Contra malos Sacerdotes, lib. 1. De fine mundi, lib. 1.

D. Herigerus, Abbas Laubiensis, congregationis Cluniacensis, qui uixit anno Domini 990. scripsit dialogorum

De dissimantia ecclesiæ, lib. 1.

De corpore & sanguine Domini, lib. 1.

De



De diuinis officiis, lib. 1. De quaestionibus, lib. 1.

Gesta Episcoporum Lobienſium, lib. 1.

Vitam S. Vrsuarii carmine, lib. 1. qui est Gemblaci MS.

Frater Hieronymus Lauretus, Ceruariensis, Hispanus, monachus Montisferrati, & Abbas cœnobii S. Felicis Guixolensis, congregatio nis Montisferrati, circa annum Domini 1566. mysticos, & literales, rotius sacrae scripturae sensus complexus, synceris Theologiae candidatis perutilē ac necessariam composuit, Syluam allegoſiarum rotius sacrae scripturae: quae impressa est Barcinonae anno 1570. in folio, Parisijs anno 1583. in fol. & Venetijs 1575. in 4.

p. Hieronymus Cathaneus, Patauinus, monachus S. Iustinae de Padua, congregationis Casinensis, alias S. Iustinae, scripsit eleganti stylo Vitam S. Prosdocimi Episcopi. lib. 1.

Vitam S. Iustinae virginis & martyris, lib. 1.

Puto eas asseruari in eodem S. Iustinae cœnobio. Obijt Roma anno Iubilei 1575.

p. Hilarion Genuens, monachus S. Nicolai de Buschetot, congregationis Casinensis alias S. Iustinae de Padua, scripsit Commentaria siue Animaduersiones in sacrosancta quatuor Euangelia, in duabus sectionibus diuisas, in prima Mattheus, & Marcus, in secunda Lucas & Ioannes, impressae sunt Brixiae anno 1567. in 4. & item ibidem anno 1578. in 4.

De amore erga Deū orationes, 23. excusae Brixiae 1581. in 4.

De cambiis, lib. 1. impressum Brixiae in 4.

Sermones ad Sanctimoniales idioma Italice doctissimos, nec omnibus passim penetrabiles, excusos Brixiae, 1565. in 4.

Obijt Genuae anni fallor, 1585. & in monasterio suo sepultus est.

p. Hilarion, monachus SS. Nazarij & Celsi Veronae, congregationis S. Iustinae de Padua, quae nunc Casinensis uocatur, scripsit circa annum Domini 1516. Paraphrasim in Rethoricam Hermogenis quae typis excusa est Venetijs anno 1523.

De vita S. Simeonis monachi, qui in monasterio S. Benedicti de Mantua requiescit, lib. 1.

Appendicem ad uitas SS. Voraginis, lib. 1. qui excusus est Mediolani apud Iacobum de la Ripa 1494. in 4.

De translatione S. Georgij martyris, lib. 1.

Cogis me pater, est MS. in s. Georgio maiore.

De translatione Brachii eiusdem Sancti ad monasterium S. Georgii, lib. 1. est MS. ibidem.

Frater

Frater Hildericus, monachus Casinensis, & Pauli Diaconi discipulus, circa annum Domini 800. scripsit De uita magistri sui Pauli uersus pulcherrimos, lib. 1.

D. Ilduinus, Abbas monasterii S. Dionysii extra Parisios, congregationis Floriacensis, qui floruit anno 840. scripsit

De uita S. Dionysii Episcopi & martyris utroque stylo, carmine, uidelicet, lib. 4. & prosa, lib. 1.

Prosa cum quibusdam aliis eo pertinentibus habemus in Arcopagiticis D. Matthæi Galeni Vuestcapellii, Cancellarii almæ Vniuersitatis Duacensis, Colonia: 1563. excusam. Libri autem quatuor metro conscripti, asseruantur in monasterio Gemblacensi in Belgio MS. De reuelatione eiusdem lib. 1. qui est MS. in Parco, monasterio iuxta Louanium.

Frater Hillinus monachus Corbeie Gallicæ, congregationis Floriacensis, scripsit utroque stylo carmine scilicet & prosa, Martyriū S. Foillani episcopi, & martyris, lib. 2. Qui asseruatur MS. in monasterio S. Foillani extra Rhodium in Gallis.

Frater Honorius, monachus in Anglia, & pro Christi amore inclusus, qui floruit anno Domini 1080. scripsit

Quæstionum, & responsionum diuersarum, lib. 1.

Epistolas multas ad compunctionem utiles.

Do. Honorius, Augustodunensis solitarius, monachus & Abbas, qui floruit anno Domini 1120. multa scripsisse fertur, inter que sunt

In hexameron, lib. 1. In totum psalterium, lib. 1.

In Cantica Canticorum, lib. 1. In principiis librorum.

Elucidarium, lib. 1. De libero arbitrio, lib. 1.

Sigillum s. Mariæ, lib. 1. Dicis nos mirari.

Speculum ecclesiæ siue sermonum, lib. 1.

Offendiculum de sacerdotibus, lib. 1.

De Deo & uita æterna, lib. 1. De corpore Domini, lib. 1.

De anima, lib. 1. De Papa, & Imperatore, lib. 1.

In euangelia, homiliarum, lib. 1.

Pabulum vitæ de Sanctis, lib. 1.

Scalam cæli de gradibus uisionum, lib. 1.

Refectionem mensium de festis, lib. 1.

Dialogum ex opusculis s. Augustini, lib. 1.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Summam historiarum, siue chronicorum, magnum opus, erat olim

olim apud Lazium, sed nunc est in Bibliotheca Imperatoris Viennæ, MS.

De luminaribus ecclesiæ, li. 1. excusus est Colonia anno 1580. in 8. cum reliquis scriptoribus ecclesiasticis.

Gemmam animæ, lib. 1. excusa est Colonia cum reliquis scriptoribus De ratione diuinorum officiorum, anno 1568. Romæ anno 1590. in folio, & Venetiis in speculo missæ anno 1572. in 8.

De imagine mundi, lib. 3. excusi Spiræ anno 1583. in 8.

Nonnulla opera superius citata feruntur impressa magna ex parte Basileæ & Colonia, ea tamen nondum uidi.

## A N N O T A T I O.

*A Tritemio de scriptoribus ecclesiasticis, & nonnullis alijs, vocatur hic Honorius, presbyter & scholasticus Augustodunensis, at ex operibus eius quæ extant, colligere licet eum monachum fuisse, & protali agnoscitur a F. Nicolao Aurifco Carmelita Senensi in speculo missæ, & Melchiore Hittorio in prolegomenis scriptorum de diuinis officijs, qui simul excusi sunt Romæ anno 1590. in fol. a quibus duobus monachus, & Abbas vocatur, sed ubi non explicant.*

D. Honorius a Panhormo, Siculus, monachus s. Martini de Scalis iuxta Panhormum, Congregationis Casinensis, alias s. Iustine de Padua, vir græce & latine doctus, qui floruit anno 1570. scripsit, Grammaticam græcam, lib. 1. quæ afferuatur in Bibliotheca eiusdem cœnobij MS.

F. Hugbaldus, Gallus, monachus Elnonensis S. Amandi, congregationis Floriacensis, qui floruit anno Domini 880. scripsit ad Carolum Caluum Imp. mirabile opus 136. uersuum, in quo omnia uerba ab una Littera C. incipiunt, intitulatum

De laude Caluorum, lib. 1.

Carmina clarifonæ Caluis cantate Camæna: impressum Basileæ anno 1516. uel 1519. & ibidem anno 1546.

De arte musica, lib. 1.

De uita s. Aldegūdis primæ Abbatissæ Malbodii. li. 1. qui extat.

De uita s. Rictrudis Abbatissæ Marcianensis, lib. 1. scriptum anno 907. est excusus apud Surium Tomo 3. die 12. Maii.

Martyrium SS. Quirici & Iulitæ, lib. 1.

D. Hugo Abbas, dictus Farfitus, Gallus, monachus primum Sueffionensis, scripsit De miraculis per Beatam Virginem in ecclesia s. Mariæ Sueffionis factis, lib. 1.

D. Hugo,

D. Hugo, Anglus, monachus, & Abbas Radingæ in Anglia, scripsit *Questionum Theologicalium*, lib. 6. Deus summe uerus, & uere summus. Sunt MS. in Bibliotheca nostra s. Benedicti Mantuani.


F. Hugo, monachus Floreffiensis, congregationis Cluniacensis, scripsit anno 1227.

De uita s. Iuetæ uiduæ reclusæ, lib. 1. qui extat MS. Leodii.

F. Hugo, Gallus, monachus monasterij & congregationis Cluniacensis, circa annum Domini 1112. scripsit *De uita s. Hugonis Abbatis Cluniacensis*, lib. 1. excusus in Surio Tomo 2. die 29. Aprilis.

de uita s. Odilonis Abbatis, lib. 1.

*Scriptores de Littera I. Cap. LXX.*

D.  **A**C O B V S Astensis, monachus & Prior s. Benedicti de Mantua, uir pius & bonus, composuit ex operibus sanctorum Patrum, anno Domini circiter 1520.

*Auctoritatum Sanctorum Patrum*, lib. 1. qui est in Bibliotheca parua s. Benedicti, MS.

D. Iacobus Gandus, Florentinus, monachus monasterij s. Mariæ de Florentia congregationis Casinensis, alias s. Iustinæ de Padua, qui floruit anno 1560. scripsit sermone Italico ad magnum Hethru rix Ducem Cosmum, *Historiam prænotatam, Historia dell'uno, e dell'altro mondo, siue Historiam diuinam*, excusam Flor. an. 1571.

D. Iacobus Grassius, nobilis Capuanus, monachus monasterij s. Seuerini Neapolis, congregationis Casinensis, aliàs s. Iustinæ de Padua, I. V. D. qui etiamnum nobiscum in s. Georgio degit, scripsit *Decisionum aurearum, casuum conscientie*, lib. 4. excusos primum, Venetijs apud Damianum Zenarum anno 1591. in 4. & item apud eundem iam locupletatos & auctos an. 1593. in 4. & Taurini anno 1592. in 4. & Lugduni 1592. in 4. apud Iuntas.

Calogerus Iacobus, monachus, Græcus, sed utrum Benedictinus fuerit dubito, uir pius & doctus, scripsit quosdam sermones Græcos qui in Italia, & maxime in Casinensi Bibliotheca, ubi eos uidi, MS. conseruantur, nempe

de conceptione B. Mariæ, de duodecim tribubus Israel.  
de cõceptione & Generatione eiusdem. de Sancta sanctorum.

D. Ia-

D. Iacobus, Oliua, Abbas Fanæ, scripsit de institutione christiana sermone Italico, quæ excusa est Venetijs anno 1571. in 8.

D. Iacobus, Tramontana, Siculus, Messanensis, monachus cœnobij S. Placidi extra Messanam, congregationis Casinensis, alias s. Iustinae de Padua, scripsit, Feralem pompam S. Margaretae Aufriacæ, Ducissæ Parmensis & Placentiæ, quæ excusa est Placentiæ apud Antæum Comitem, anno 1586. in 4.

De familia Farnesiorum carmine, lib. 1.

Et alia nonnulla quæ nondum vidi. Superest, & scribere non cessat.

Frater Ignatius, monachus monasterij Casinensis, collegit ex libris moralium Diui Gregorij Papæ, flores, & eosdem in unum uolumen redegit, quod MS. asseruatur in Bibliotheca Casinensi in scanno 8. ad sinistram. Quo tempore claruerit ignoro.

D. Indulphus, Anglus, monachus, & Abbas, monasterij Crolandiensis in Anglia, congregationis. . . . qui floruit anno . . . . scripsit Historiarum sui temporis, lib. 1.

D. Ioannes Baptista Folengus, Mantuanus, monachus & Prior s. Benedicti de Mantua, congregationis Casinensis, alias s. Iustinae de Padua, qui floruit anno Domini 1540. scripsit elegantissimo sermone Commentaria in omnes psalmos Dauidicos: excusa Romæ anno 1585. in folio.

In omnes Canonicas epistolas commentaria, quæ excusa sūt

Antuerpiæ in 8. & item in primam Ioannis excus. Venetijs 1546. apud Aldum.

D. Ioannes (si rectè memini) Belgæ, monachus & Abbas monasterij s. Bertini in Oppido Audomarensi, qui floruit anno 1470. uel circa, scripsit sermone Gallico immensum uolumen de origine, progressu, & constitutionibus, Equitum Aurei Velleris, quorum Cancellarius perpetuus est Abbas s. Bertini pro tempore, excusus est liber ille Parisijs in fol. sed annus impressionis iam è mente excidit.

D. Ioannes Belga, monachus, & Abbas monasterij s. Bauonis Gãdani, congregationis Cluniacensis, qui claruit anno Domini circiter 1390. scripsit, De esu carnium, lib. 1.

Declarationes in regulam s. Benedicti, lib. 1.

Quæstiones sententiarum lib. 1. Et alia multa.

D. Ioannes Bertels, Louaniensis, Brabantinus, monachus, & Abbas monasterij s. Mariæ Luxemburgensis, congregationis Bursfeldensis, qui utrum obierit nescio, scripsit In Regulam Diui P. N. Benedicti, dialogos 26.

De

De Abbatibus monasterii sui, & rebus eorum gestis, lib. 1.  
Ambo excusi sunt Coloniae apud Maternum Cholinum anno  
1581. in 8.

F. Ioannes cognomento Chryforas, natione Damascenus, ex Syria, monachus & presbyter monasterii S. Sabæ, non procul ab Hierosolymis, Ordinis S. Benedicti, cong. . . . qui a Paulo Diacono uocatur etiam Manzurim, & Saracenicus, uir non minus religione quam scientia, & sanctitate clarus, ad imitationem s. Gregorij Papæ III. qui Leonem Imperatorem, quod sacras in agines impugneret, anathemate notauerat, scripsit græco eloquio, pro sacrarum imaginum defensione,

Contra Leonem Imperatorem, lib. 2. qui excusi sunt Antuerpiæ, anno 1556 in 12. Traditiones orthodoxæ fidei, lib. 4.

Historiam Barlaam & Iosaphat, lib. 1. excusum Antuerpiæ apud Ioannem Bellerum, cum scholijs Aloisij Lippomani, anno 1568. in 12.

Omnia autem eius opera, tam Græcè, quam Latine, interpretibus; D. Ioachimo Perionio, monacho Benedictino, & Fabro Stapulensi, excusa sunt Veronæ 1531. Parisijs 1544. Basileæ, 1548. & Antuerpiæ 1556. Illa vero quæ R. D. Iacobus Billius Abbas s. Michaelis profertur, impressa sunt Parisijs anno 1577. in fol. & alibi aliquoties: ubi egregie refutatur Fabula de duobus Damascenis, quos nobis obtrudere uoluit noster Trittemius de scripsit: eccles. & alii qui eum sequuntur. Obiit sub Zacharia Papa die 6. Maii.

F. Ioannes Diaconus, monachus Casinensis, scripsit versus nonnullos de Sancta Maria Virgine.

D. Ioannes Euangelista Mormilius, Neapolitanus, monachus Casinensis, qui etiamnum uiuit, scripsit de s. Febronia Virgine, & martyre versus, excusos Romæ 1589. cū operibus Donni Prosperi Martinengij monachi: item Carminum, hymnorum, odarum, epigrammatum, de diuersis materijs & præcipue de B. Virgine, & Sanctis, lib. 4.

Sermonum, & homiliarum, lib. 1.

In epistolam Pauli ad Romanos, lib. 1.

In Perihermeniam Aristotelis, lib. 1.

De gloriola Virgine versu heroico Italico lib. 1.

Et alia multa, quæ omnia uidi ego apud eum Manuscripta, dum essem in Monte Casino.

Nonnus Ioannes, Germanus, monachus Castellensis, in Diocesi Eyste-

Eystetensis, congregationis Cluniacensis, scripsit circa annum Domini 1390.

Super Regulam s. Benedicti, lib. 2.

De passione Domini sermones 42.

Bremiarium Bibliæ, lib. 1.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Sermones de tempore, lib. 2.

Sermones de Sanctis, lib. 1.

D. Ioannes, Italus, Abbas cuiusdam cœnobii in Italia, congregationis Cluniacensis, qui claruit anno Domini 950. scripsit

De uita s. Odonis secundi Abbatis Cluniacensis, magistri sui, lib. 3.

Hi sunt excusi cum Surio Tomo 6. die 18. Nouembris.

De sententiis moralium D. Gregorii Papæ in Iob. lib. 1. qui reperitur MS. in Bibliotheca Casinensi, scanno secundo ad sinistram.

D. Ioannes Maria Cardarinas, Genuens, monachus, ut putò, s. Catarinæ Genuæ, congregationis, Casinensis, alias s. Iustinæ de Padua, scripsit opusculum senariis constans in laudem s. Catarinæ virginis & martyris, quod excusum est in tertio poematum uolumine D. Prosperi Martinengi Romæ, 1589.

S. Ioannes Maxentius, Gallus, monachus & Abbas Pictauiensis, congregationis Gallicanæ Floriacensis, scripsit

Contra Pelagianos, lib. 1. Confessionem de Christo lib. 1.

Ad epistolam Hormisdæ Papæ, responsionem.

Quæ omnia excusa sunt in Germania. Obiit circa annum Domini 550. die vigesimosexto Iunii.

Frater Ioannes Medicus, monachus Casinensis, & Constantini Afri discipulus, scripsit Aphorismum,

D. Ioannes, monachus & Abbas monasterii Niucellensis, congregationis Cluniacensis, qui floruit anno Domini 1470. scripsit

Concordantiam Bibliæ, & Canonum, lib. 1.

In principio creauit Deus.

Sermones de tempore, lib. 1. Respiciate, & leuate.

Sermones de sanctis, lib. 1. Relictis retibus s. Petrus.

Epistolas, & quæstiones uarias.

D. Ioannes Placentinus, monachus, sed cuius congregationis, & quo tempore claruerit, nescio, scripsit, & transtulit de græco in latinum, psalmos Dauidicos, & Regulam Constantini Lascari.

Frater

F. Ioannes Raulinus, Gallus, monachus congregationis Cluniacensis, qui claruit anno 1570. uel circa, scripsit multa, inter quæ uidi Sermones Quadragesimales, excusos Venetiis an. 1575. in 4. De Aduentu Domini Sermones Doctrinale de triplici morte, naturali, culpæ, & gehennæ Itinerarium Paradyfi.

Excusi sunt Venetiis an. 1585. in 4.

F. Ioannes Tyburtinus, monachus monasterii Casinensis, qui claruit anno Domini 1120. scripsit

Sermones de Festis totius anni. lib. 1. & alia nonnulla.

F. Ioannes de Virduno, monachus monasterii s. Dionysii extra Parisios, congregationis Cluniacensis, composuit epistolam unam tali exordio, Tanta fuit, quæ præfixa est libris duobus Ioannis Doctæi (de æterna) generatione filij Dei, impressis Parisiis 1554. in 4.

D. Ionas, Gallus, monachus & Abbas Fontanellæ, congregationis Floriacensis, qui claruit anno Domini 730. scripsit uitam s. Vulfrani Archiepiscopi Senonensis, quæ excusa est inter uitas Sanctorum Surii Tomo 2. die 20. Martii.

S. Ionas Scotus, monachus, & Abbas monasterii, & congregationis Luxouienensis, s. Columbani discipulus, scripsit

Vitas Sanctorum Columbani, Artalæ, Eustasii, & Bertulphi Abbatum, quæ excusæ sunt in uitis Sanctorum Surii, manifestissimo errore Bedæ Tomo 3. operum suorum attributæ.

Claruit anno 630.

Isaac monachus, græcæ litteraturæ peritissimus, scholium græcū in primam figuram descriptionis in plano, & carmina de duodecim uentis composuit. Varia Astronomica græcè, & apparatus Astrolabii. Methodus Geodesiæ, idest, terræ diuisionis. Solutio quæstionis cuiusdam Palameticæ. Encomium martyris Demetrii. In sententiâ Ioannis Apostoli, Præcipio uobis ut ametis uos mutuo.

D. Isidorus Montanius, Florentinus, monachus, s. Mariæ de Florentia, congregationis Casinensis, qui ob præclaras animi sui doctes ab Magno Ethruriæ Duce Cosmo, Hospitalis sanctæ Mariæ nouæ Præses constitutus est, transtulit de Græco in Latinum, Philosophiam Nili monachi antiquissimi. Obiit Florentiæ anno 1573. Mense Maii, & in Ecclesia eiusdem hospitalis conditus est.

Scripto-



## Scriptores de Littera L. Cap. LXXI.

- F.** AMBERTVS Leodienſis, monachus monaſterii ſ. Laurentij Tuitienſis, congregationis Cluniacenſis, qui claruit an. Do. 1220. ſcripſit De vita S. Hereberti, Archiepiſcopi Coloniienſis, lib. 2.
- F. Lambertus, Germanus, Schafnaburgienſis, monachus, Hirſfeldenſis, congregationis Cluniacenſis, qui claruit anno 1070. ſcripſit Historiam de rebus Germanorum præclare geſtis, ab exordio mundi, uſque ad annum 1077. perductam: quæ excuſa eſt Tubingæ anno Domini 1533. in octauo, & Francofurti, cum aliis rerum Germanicarum ſcriptoribus, anno 1583. in folio.
- Frater Landenulphus Capuanus, monachus Caſinenſis, anno Domini circiter 1050. ſcripſit ad iuſtos, & peccatores Dialogum Chriſti, Mariæ, & Benedicti
- F. Landenulphus, monachus Caſinenſis, eodem tempore, ſcripſit elegantes verſus, De renouatione cœnobij Caſinenſis, ac regimine Deſiderij Abbatis.
- F. Lanfridus, Anglus, monachus Vuinonia in Anglia, congregationis Giribennæ, ſcripſit anno Domini circiter 980. De uita ſ. Suuithuni epiſcopi, lib. 1.
- De miraculis eiufdem, lib. 1.
- Nonnus Laurentius monachus Caſinenſis, & poſt Epiſcopus, ſcripſit quendam tractatum de . . . qui eſt Caſini MS. ſcanno 6. ad dextram Bibliothecæ: item De paſſione ſ. Mauri Caſtrenſis Epiſcopi, uerſibus, lib. 1.
- De uita ſ. Vuenceslai Regis, lib. 1.
- De Vigilia S. P. N. Benedicti. Sermonem unum, qui eſt Caſini Manuſcriptus.
- D. Laurentius Mazzolus, Petrus antea uocatus, Patricius Venetus, & monachus monaſterij Sancti Benedicti de Mantua, congregationis Caſinenſis, alias Sancte Luſtinæ de Padua, ſcripſit uulgari idiomate.
- Rythmos ſeu Sonnettos (ut uocant) 400. impreſſos Florentiæ

per Laurentium Torrentinum anno 1564. Rythmorum  
lib. 2. commentariis Sansouini auctos, excusos Venetiis  
aano 1583. in 4.

Citantur, & eiusdem, de modo componendi historias: Concor-  
dia Platonis, & Aristotelis: & alia quædam, quæ tamen necdum  
uidi. Obijt in Sancto Benedicto, ubi & sepultus est, anno Domini  
1595. mense Februatio.

D. Leonardus, Perusinus, monachus congregationis Casinensis,  
alias s. Iustinae de Pâdua, anno Domini circiter 1517. scripsit

Elegiarum de Christo & Maria, lib. 3.

De renouatione ordinis monastici, uersu heroico, lib. 1.

Sunt MS. apud D. Constantinum Siracusanum, monachum Cata-  
nensem.

D. Leonardus Vairus, Beneuentanus, Canonicus regularis Ord-  
inis s. Benedicti, scripsit

De fascino, lib. 3. quos excudit Aldus Venetiis a. 1589. in 8.

D. Lethaldus, Gallus, monachus Cœnomanensis, congregationis  
Cluniacensis, anno Domini circiter 990. scripsit

De uita s. Iuliani episcopi Cœnomanensis, lib. 1.

Reperitur MS. V. traieci ad Sancti Saluatoris monasterium.

D. Linbertus, monachus Fuldenensis, & primus Hirsaugiæ Abbas,  
congregationis Luxouienensis, anno Domini circiter 840. scripsit

In Cantica Canticorum, lib. 1.

D. Lucas Abbas montis s. Cornelii, congregationis Cluniacensis,  
qui claruit anno 1130. scripsit

In Cantica Canticorum, lib. 1. Sermones & epistolas plures.

D. Lucas Bernardus, Brixianus, Franciscus ante uocatus, mona-  
chus s. Iustinae de Pâdua, congregationis eiusdem, anno Domini cir-  
citer 1503. uerit homilias Io. Chrysostomi 80. de græco in Latinum,  
quæ excusæ sunt Basileæ in duobus tomis in fol.

Cal. Lucas monachus, & presbyter, Græcus, scripsit

Ad Virgines sermonem. 1. qui extat Græce in Italia

Parabolas, & expositiones Euangeliorum: qui reperiuntur  
Græcè MSS. Bononiæ in Bibliotheca S. Saluatoris.

D. Lucillus Martinengus, Brixianus, monachus monasterij, s. Eu-  
phemiæ Brixia, congregationis Casinensis, alias s. Iustinae, de Pa-  
dua, qui adhuc superest, scripsit sermone Italico, & uersu heroico

De uita s. Pelagiæ peccatricis, dictæ Margaritæ, uersu heroi-  
co, lib. 1.

De uita

De uita s. Margaritæ, dictæ Pelagiæ, uersu heroico, sine octa-  
uō (ut uocant) Rythmō. lib. 1.

Cantilenas, Sonettos, & sextinas, in laudem Sacræ Sindonis ;  
& alia de diuersis, . . .  
Omnia excusa Brixia, in 4. Breui etiam excudetur Vita B. Virginis  
Mariæ, eodem uersu heroico, & Apologia una contra quendam,  
qui alieno sensu scripta eius interpretatus est.

F. Ludolphus, Germanus, monachus Erfordiēsis, congregationis  
Floriacensis, anno Domini 840. scripsit Sermonem de uita & trans-  
latione s. Seueri Episcopi Rauennatis ad Erphordiam omniq. sib. 1.

D. Ludouicus Blofius, Belga, monachus & Abbas Lætiensis in Hā-  
nonia, congregationis Bursfeldensis, uir sanctitatis eximia, & do-  
ctrina rara, scripsit multa pietatem concernentia quæ pluribus in  
locis separatim, & diuersis temporibus impressa sunt, ut

Speculum monachorum, sub nomine Dactriani Abbatis, quod  
fuit primum eius opus, Antuerpiæ, Louanii, & Venetiis iā  
Italum factum, anno 1570. & alibi sæpius, in 8.

Consolatio pusillanimum, Venetiis apud Guerreos fratres  
in 12.

Canō uitæ christiana: Endologia & precule, & meditationes,  
Ingolstadij anno 1585. in 16.

Margarita spiritalis, Monile, & alia huiusmodi, Louanii &  
alibi sæpius.

Opera autem omnia simul excusa sunt, Louanii anno 1568. in  
fol. Coloniae, 1572. in fol. item Coloniae apud Maternum Chelinum  
1589. in fol. Obiit anno Christi 1566. septimo Idus Ianuarii, & La-  
tis sepultus est cum sequenti epitaphio.

*Qui tres exaltæ linguas callebat ab ipsa,*

*Ephēbia, uirtutum & omnium narthecium.*

*Blofius heu cecidit, tumbaq. reconditur ista,*

*Nostræ decus, miraculumque seculi.*

*Huic age, fac Lector felicia cuncto precere,*

*Et te para ad summi Tribunal Iudicii.*

D. Lupus, Gallus, monachus & Abbas monasterii Ferrericiensis, in  
Senonibus, congregationis Floriacensis, qui claruit anno Domini  
890. scripsit

Epistolarum, lib. 1. qui nunc primum in lucem editus est, Pa-  
pirii Massoni beneficio atque opera. Parisiis apud Marcum  
Orry, anno 1588. in 8.

**S.** **M**ARCELLINVS, Anglus, monachus s. Saluatoris Traiecti, congregationis Gallicanæ Florentiæ, circa annum Domini 740. scripsit De vita s. Suiuberti Episcopi Vuerdensis, lib. 1.

Hæc excusa est in vitis sanctorum Suri Tomo 2. die primo Martii.

**M.** Marcus Brixianus, monachus & Abbas congregationis Casinensis, alias s. Iustinæ de Padua, scripsit tam carmine, quam prosa nonnulla opuscula, de quibus subiecta vidi.

Orationem de purgatorio in concilio Tridentino habitam, hanc excusa est Brixia anno 1557.

Orationem in translatione SS. Corporum, in monasterio s. Iustinæ quiescentium, a templo veteri ad nouum, excusa est Patavii 1562. in 4.

Cenas amoris octo, quarum prima excusa est Brixia, 1556. in 8. Sermones tres de passione Domini, excusi Brixia 1557. in 8.

In matriculam monachorum congregationis Casinensis, carmen, quod est apud me MS.

Et alia nonnulla, quæ ad notitiam meam non uenerunt. Claruit anno 1550.

Frater Marcus Poeta, & Eremita, monachus Casinensis, & S. P. N. Benedicti discipulus, scripsit carmine, eiusdem Patris nonnulla miracula à Diuo Gregorio omitta: quæ carmina, hæcenus incognita, & a nobis in monasterio S. Benedicti Mantuani reperta, excusa sunt in tertio poematum uolumine D. Prosperi Martinengi, Romæ anno 1590. in 4. scripsit & Gnomas, impressas Haganoæ anno 1531. & opuscula quædam, conuersa per Io. Picum, ædita sunt Parisijs anno 1563. in 8.

S. Marianus, Scorus, monachus primum s. Martini Colonia, deinde Fuldenfis, congregationis Cluniacensis, qui floruit anno Domini 1060. scripsit

De concordia Euangelistarum, lib. 1. De computo, lib. 1. Chronicorum, lib. 3. excusos Basileæ anno . . . & Francofurti anno 1583. in fol. & alibi aliquoties.

Frater

F. Matthæus Paris, Anglus, monachus monasterii s. Albani in Anglia, congregationis Cluniacensis, qui floruit anno Domini 1270. scripsit

Historiam maiorem a Gulielmo Conquæstore, ad ultimum annum Henrici III. Regis: quæ excusa est Londini anno 1574. in fol. & Tiguri anno 1589. item in fol. Item

Historiam minorem usque ad annum 1254. Considerans prolixitatem.

F. Matthæus, Anglus, monachus Vuestmonasteriensis, uir doctus & rerū Britannicarum studiosus indagator, scripsit ab exordio mundi, usque ad annum Domini 1307. præcipuè de rebus Britannicis,

Flores historiæ in sex Ætates diuisos, qui excusi sunt Londini in Anglia anno 1573. in fol.

F. Maurus Germanus, monachus s. Aurelii Hirsaugiensis, congregationis Luxouienensis, scripsit

Vitam s. Bonifacii Episcopi & martyris, carmine heroico, libris duobus. Moritur anno Domini 865.

D. Maurus Pandolphinus, Florentinus, monachus s. Mariæ de Florentia, congregationis Casinensis, scripsit eleganti sermone

Armoniam quatuor sensuum sacre scripturæ, lib. 4. quæ nondum excusa reseruatur Florentiæ.

Floruit anno Domini 1550. & post annum 1572. mortuus est.

D. Maurus, Siculus, Panormitanus, monachus monasterii sancti Martini, de scalis iuxta Panormum, congregationis Casinensis, alias s. Iustinæ de Padua, mihi familiaris, composuit, Sacrarum Canticum, quæ octo tum uocibus, tum variis instrumentis choris quæ coniunctis ac separatis concini possunt, lib. 1. qui excusus est Venetiis an. 1590 in 4. Et alia nonnulla quæ ad manus meas non uenerunt. Viuit Panormi in monasterio suo.

F. Frater Maximus monachus, sed ubi non explicatur, scripsit

Sermonem unum in illud Exodi 37. de Candelabro, & septem Lucernis.

De obscuris locis sacre scripturæ, lib. 1. qui est Casini MS. scanno 4. ad sinistram.

Cuiusdam etiam S. Maximi Doctrina ad monachos, est in eadem Bibliotheca, scanno 8. ad sinistram.

F. Megefridus, Germanus, monachus Fuldenfis, qui uixit sub Otone II. & III. Impp. scripsit,

Historiarum, lib. 24. quos citat Trittemius in vita S. Maximi

Episcopi Moguntini, apud Surium Tom. 6. die 18. Noueb.  
Frater Meginhardus, Germanus, monachus Fuldensis, congrega-  
tionis Luxouienfis, qui floruit anno Domini 770. scripsit

De passione S. Ferrutii martyris, lib. 1. qui excusus est in uitis  
Surii Tomo 5. die 28. Octobris.

Frater Milo, Gallus, monachus monasterii Eluonenfis s. Aman-  
di, congregationis Floriacenfis, qui claruit anno Domini 870. scrip.

De sobrietate metrice, lib. 1. Epistolarum ad diuerfos, lib. 1.

De uita S. Amandi profa, lib. 1. excusus in uitis Surii die 6.  
Februarii.

De eiusdem uita metro, lib. 1. Festa propinquabant nostri ve-  
neranda Patroni, est MS. ad S. Amandum in Belgio.

Obiit milo anno 871. in S. Amando ubi & sepultus est, cum hoc  
epitaphio. Milo poeta sophus cubat hoc sub marmore clausus,

Carminē dulciloquus, qui librum sobrietatis

Edidit, & Sanctum pulchrè depinxit Amandum,

Floribus exornans; metro, profaque uenustans.

D. Miniatus Pittus, nobilis Florentinus, monachus & Abbas S.  
Miniati Florentiæ, congregationis ueteris Cluniacenfis, circa annū  
Domini 1550. scripsit

De nominibus antiquis, & recentioribus omnium ciuitatum,  
& regionum totius orbis, lib. 1. qui extare dicitur sed il-  
lum non uidi.

Et alia multa, in Mathematicis præsertim. Obiit anno 1569. Flor.

D. Modestus, Pisanus, monachus monasterii s. Petri Perusii, con-  
gregationis Casinensis, aliàs S. Iustiniæ de Padua, qui etiamnum ui-  
uit, scripsit

Orationem vnā, in morte D. Desiderii a Brixia Abbatis S.  
Petri, quæ impressa est Astæ apud Virgilium de Zangran-  
dis, anno 1592. in 4.

F. Mogo, monachus & presbyter (ut arbitror) Fuldensis, anno  
circiter Domini 760. scripsit referentibus quatuor Sanctimonialib.

De uita S. Liobæ Abbatissæ, lib. 1. qui est excusus in uitis san-  
ctorum Surii Tomo 5. die 28. Septembris.

F. Monachus continuator Bedæ, Anglus, anno Domini circiter  
1070. scripsit ad historiam Bedæ de gestis Anglorum, usque ad Gu-  
lielmum conquestorem libros tres, impressos Lugduni apud Re-  
uatum Potelerium an. 1587. in fol. cum aliis Britannicarum rerum  
scriptoribus.

F. Monachus Aquiscinctensis monasterii, congregationis Cluniacensis, cuius nomen non reperitur, an. circiter Domini 1150. scripsit.

De uita s. Gosuini Abbatis Aquiscinctensis lib. 1. est Manuscripta Aquiscincti.

F. Monachus Augensis monasterii, scripsit temporibus Honorii tertii Papæ,

De uita s. Laurentii Dublinensis Archiepiscopi, lib. 1. qui excusus est in uitis SS. Surii Tomo 6. die 14. Nouembris.

F. Monachus Blandinii monasterii s. Petri Gandani, congregationis Cluniacensis, anno Domini circiter 1073. iussu Folchardi Abbatis, scripsit,

De uita s. Bertulfi confessoris, lib. 1. qui est MS. Blandinii.

F. Monachus Boiemus (ut puto s. Martini) congregationis Casinensis, anno Domini circiter millesimo, scripsit

De passione s. Adalberti episcopi & martyris, lib. 1. excusus cum Surio Tomo 2. die 23. Aprilis.

F. Monachus Broniensis monasterii, congregationis Cluniacensis, anno Domini circiter 960. scripsit ad Guntherum Abbatem Bronii in patria Namurcensi,

De uita s. Gerardi Abbatis Bronii lib. 1. est apud Surium die 3. Octobris.

F. Monachus N. Casinensis, uir pius & eruditus, composuit Homiliam, siue sermonem in festo s. Scholasticæ uirginis, tali exordio, Ab antiquis & maioribus; quæ est Casini MS.

F. Monachus quidam, monasterii Erfordensis in Thuringia, scripsit circa annum Domini 1472. appendicem ad Lambertum Schafnaburgensem, quæ impressa est cum eodem Francofurti anno 1583. in folio.

F. Monachus quidam Gallus Ebroicensis, scripsit ad Audoenum Eiscopum

De uita s. Aquilini Episcopi Ebroicensis, lib. 1. qui excusus est cum Surio Tomo 5. die 19. Octobris.

F. Monachus Fuldenfis, scripsit

De uita s. Bonifacii Episcopi, & martyris, libros duos, excusos cum Surio Tomo 3. die 5. Iunii.

Frater Monachus quidam ordinis S. Benedicti, scripsit

Vitam S. Ebrulphi Abbatis, & confessoris, lib. 1. qui excusus est cum Surio Tomo 6. die 29. Decembris.

Frater Monachus quidam, Gallus, ad Theoduinum Abbatem,

ee 4 scrip-

scripsit De uita S. Vualerici Abbatis, lib. 1.

Puto eam esse, quæ est apud Surium Tomo 2. die 1. mensis Aprilis.

F. N. Monachus, monasterii s. Georgii in Brunfenjngen, anno Domini 1281. iussu Abbatis sui Vdalrici, qui quinto loco eidem cœnobio præerat, scripsit,

De uita s. Ermenoldi, primi illius loci Abbatis, lib. 1. qui excusus est cum Mosandro Tomo 7. Surii, die 6. Ianuarii.

F. Monachus Hæcundæ in Hollandia, scripsit

De uita s. Adalberti monachi & Leuitæ, lib. 1. qui extat MS. in Flandria.

F. N. Monachus cuiusdam monasterii in Hispania, ordinis S. Benedicti, magnæ eruditionis, & profundæ scientiæ, scripsit sermone patrio Hispanico, in tria priora capita Apocalipsis S. Ioannis, tractatus tres; quorum Primus in caput primum habet capita 37.

Secundus, in caput secundum, capita 109.

Tertius, in caput tertium, capita 103.

Excusi sunt Hispali per Antonium Aluarez, in fol. anno Domini 1546. quo tempore arbitror auctorem uixisse.

F. monachus monasterii S. Ioannis Euangelistæ Parmæ, congregationis Benedictinæ primæ, circa annum Domini 973. scripsit

Vitam S. Ioannis, primi eiusdem cœnobii Abbatis, & miracula eiusdem, tali exordio, Tempore quo: extat MS. in eodem monasterio.

F. Monachus Iurenfis in Burgundia, scripsit

De uita S. Eugendi Abbatis lib. 1. excusus est cum Surio Tomo 1. die 1. Ianuarii.

D. Monachus quidam congregationis s. Iustinæ de Padua, quæ nunc dicitur Casinensis, scripsit librum uerè aureum, quem prænotauit, Paradisum deliciosum in apparitione Domini, cuius initium est, In nomine Domini nostri Iesu Christi, & eius genitricis gloriose semper Virginis Mariæ, & Sancti Patris Benedicti, & omnium Sanctorum Dei, Amen: impressus est Parmæ per Franciscum Vgoletum anno 1505. in 4. habetque capita. 70.

F. Monachus Laubiensis, congregationis Floriacensis, S. Ermini discipulus, scripsit

De uita magistri sui, lib. 1. qui est MS. Laubiis in Hannonia.

Frater Monachus Lirinensis quidam composuit

De uita s. Honorati Episcopi libros tres, qui excusi sunt Venetiis anno 1501. in 8.

Frater



- F. Frater Monachus Locedensis, sanctæ Mariæ, scripsit**  
De vita S. Bononii Abbatis, lib. 1. qui excusus est Tom. 7. Suri  
die 30. Augusti.
- F. Monachus, Marcianensis, S. Rictrudis, uir profundioris scientiæ, scripsit**  
De vita S. Eusebiæ Abbatissæ, prosa, lib. 1. Cum primum ad scribendum.  
De eadem carmine, lib. 1. Ordinibus uariis, quorum compagine uestis.  
Asseruat MSS. in prædicto cœnobio Marcianensi.
- Monachus quidam Benedictinus, tempore s. Gregorii Papæ VII. scripsit de officiis diuinis tractatum insignem, qui prænotatus, Micrologus: excusus anno 1576. in fol. in Tomo 4. Bibliot. SS. Patrum; & alibi sæpius.**
- F. Monachus Patavinus S. Iustinae, congregationis Cluniacensis, scripsit ab anno Domini 1207. vsque ad 1270.**  
De rebus in Insucribus, & Euganeis, hoc est, Lombardia, & vicina marchia Taruina gestis, lib. 3. qui excusi sunt cum Ottone Episcopo Frisingensi, & aliis, Francofurti, anno 1585. in folio.
- F. Monachus Pegauiensis Germanus, scripsit**  
De uita & rebus gestis Viperti Marchionis Lusatia, & Burgauii Magdeburgensis, lib. 1. qui excusus est Francofurti anno 1580. in fol.
- F. Monachus Roschildensis in Dacia, scripsit,**  
De uita S. Gulielmi Roschildensis Abbatis, lib. 1. Hæc asseruat integra MS. in Rubea Valle. Surius uero Tomo 2. die 6. Aprilis, eam in compendium redegit, phrasi plerumque mutata.
- F. Monachus Sigebergensis iuxta Coloniam Agrippinam, scrip.**  
Vitam s. Annonis Archiepiscopi, iussu Reginhardi Procuratoris cœnobii Sigebergensis, quæ est apud Suriu To. 6. die 4. Decemb.
- F. Monachi, Saxonice Corbeia Sancti Viti, descripserunt,**  
Vitam S. Anscharii Episcopi, quæ utrum extet nescio.
- F. Monachi duo monasterii S. Germani, Parisijs, congregationis Floriacensis, iussu Caroli Calui Imperatoris, singulis opusculis, descripserunt Historiam translationis & miraculorum S. Germani Parisiensis Episcopi, quas approbavit Ebroinus Pictaunoru Episcopus.**
- F. Monachi Medelocenses in agro Treuirensi, congregationis Clu-**

Cluniacensis, anno Domini 1390. descriperunt, Vitam S. Adalberti monachi & Leuitæ, lib. 1.

Hanc habet Surius Tomo 3. die 25. Junij.

FF. Monachi monasterii nostri S. Petri Oudemburgensis, congregationis Cluniacensis, scriperunt ad instructionem Nouiciorum, Exercitium spirituale per hebdomadam.

Hoc libello utebantur passim & omnes alii monachi in monasterio præfato, meo tempore, quod in deuastatione ultima hæreticorum mea industria conseruatum, reseruatur apud fratres meos Duaci, cum alijs Libris meis.

FF. Monachi, monasterij de Russin, quod est in Insula Mona, que nunc Mannia appellatur, anno Domini 1320. scriperunt, Chronicon Manniæ Regum, lib. 1.

Quod impressum est in Chorographia Britannia a fol. 727. ad 741.

F. Monachi S. Saluatoris Traiecti, descriperunt,

Vitam S. Ludgeri Episcopi: quam adfert Surius Tomo 2. die 26. Martij, sed sub nomine monachorum Vuerdensium.

Pates monachi Siculæ congregationis, scriperunt quatuor epistolas, quæ excusæ sunt post Chronicon Casinense, Venetijs anno 1513. in 4. uidelicet,

Ad S. P. N. Benedictum, quæ est fol. 198.

Ad Patres Casinensis, fol. 208.

Ad Apollinarem Abbatem Casinensem, fol. 209.

Ad Leonem Abbatem Casinensem, folio 210.


Fratres Monachi Stabulenses iuxta Leodium, descriperunt

Vitam S. Remacli Episcopi.

Fr. Monachi Sancti Vedasti Attrebatii, descriperunt,

Vitam S. Vedasti Episcopi, quæ est MS. Laubiis.

*Scriptores de Littera N. Cap. LXXIII.*

S.  ALGENDVS, monachus Cluniacensis, & S. Odonis Abbatis discipulus, uir simplicis & honestæ uitæ, scripsit Luculento sermone, De uita, & miraculis sancti Odonis Abbatis, liber unum qui est Cluniaci Manuscripta.

F. Nicolaus, Anglus, monachus Dunelmensis, congregationis Clu-

Cluniacensis, sancto Godrico, monacho & Eremita dictante, anno Domini circiter 1169. scripsit

De uita S. Godrici, lib. 1.

Domnus Nicolaus Donati, Lucensis, de Camaiori, monachus S. Eugenii Senarum, congregationis Casinensis alias s. Iustinae de Padua, scripsit Latino sermone sui temporis historias, uidelicet,

De rebus gestis Senensium, lib. 1.

De bello Etrusco inter Carolum V. Imp. & Henricum II.

Galliae Regem lib. 2. qui MS. extant.

D. Nicolaus de S. Germano. I. V. D. monachus primum Casinensis, deinde Abbas monasterii s. Vincentii iuxta Vulturum, anno Domini 1299. scripsit expositionem satis perspicuam, & doctam, secundum iura Canonica, & Ciuilia, super Regulam S. P. N. Benedicti, quae MS. reperitur in archiuo praefati coenobii s. Vincentii.

F. Nicolaus, Germanus, monachus monasterii s. Crucis Viennae Austriae, scripsit in laudem Deiparae Virginis Mariae.

Imaginem Virginis Mariae, lib. 1.

Sermonum diuersorum, lib. 1.

F. Nicolaus, Gallus, monachus Sueffionensis (ut arbitror) Sancti Medardi, congregationis Cluniacensis, qui floruit anno 1110. scrip-


Vitam s. Godefridi Episcopi Ambianensis, quae excusa est apud

Surium Tom. 6. die 8. Nouembris.

F. Nothelmus, Anglus, monachus Londinensis, scripsit

Vitam, & res gestas s. Augustini Episcopi, Anglorum Apostoli.

*Scriptores de Littera O. Cap. LXXIIII.*

D.  O Gallus, monachus, & Abbas monasterii, & congregationis Floriacensis, siue ut aliis placet, Abbas Morimundi, qui floruit an. Domini.... scripsit sermonem unum,

De translatione reliquiarum corporis S.

P. N. Benedicti ad Floriacum. Est MS. in

monasterio nostro s. Benedicti Mantnani, & aliis pluribus in locis.

Item sermonum diuersorum, lib. 1. qui est Casini MS. scam. 4. ad sinistram.

D. Odo, Gallus, monachus, & primus Abbas monasterii Glano folii in territorio Cenomanensi, congregationis Gallicanae primae a sancto

s. Mauro fundatæ, quæ Floriacensis appellata est, anno Domini circiter 586. scripsit

De inuentione, & translatione s. Mauri Abbatis, lib. 1. qui est MS. in monasterio Rubræuallis in Gallia.

D. Olbertus, Belga, monachus, & Abbas monasterii Gemblacensis, congregationis Cluniacensis, ad Raginerum Comitem anno circiter Domini 1048. scripsit,

De inuentione s. Veroni confessoris lib. 1. qui extat MS. in Belgio.

F. Ordonius, Hispanus, monachus & Prior monasterii Cellæ nouæ, congregationis Cluniacensis, qui claruit anno Christi 1189. scripsit:

De uita s. Rodofindi Episcopi & monachi, lib. 1.

Rationale diuinorum officiorum, anno 1227. ut ex his uersibus liquet,

Ordonius librum per Christum concedit uel confecit istum  
Bis denis annis septem supra mille ducentis

Ambo reperiuntur MS. in Hispania, ut refert Ambrosius de morales.

F. Osbertus, siue Osbernus, Anglus, monachus Cantuariensis in Anglia, congregationis Cluniacensis, qui floruit anno Domini 1020. scripsit,

Vitam S. Dunstani Archiepiscopi, lib. 1. excusa Tomo 3. Surrij, 19. Maii.

Vitam s. Elphegi Archiepiscopi & martyris, lib. 1. est Tomo 2. Surrij, 19. Aprilis.

De musica quoque, lib. 1.

F. Osbertus de Stoke Clare, Anglus, monachus Londinensis S. Petri, congregationis Cluniacensis, qui floruit anno Christi 1136. scripsit:

Vitam s. Eduardi Regis, & confessoris, lib. 1. Reuerendissimo Domino Alberico.

Vitam s. Aethelberti Regis & confessoris, lib. 1. Gloriosus Orientalium Anglorum Rex.

Vitam s. Edburgæ Virginis, lib. 1. Fidelibus in Christo sotoribus

De miraculis Edmundi Regis & martyris, lib. 1.

Reliqua, si quæ scripsit, ad notitiam meam non uenerunt.

F. Ostophorus, Anglus, monachus monasterii Pharæ, congregationis Benchorensis, qui claruit an. Christi 690. scrip. Homilias aliquas.

Frater

F. Otfridus, Germanus, monachus Vuissemburgensis monasterij, congregationis Luxouienfis, qui claruit anno Domini 870. scripsit, in Euangelia opus pergrande, quod prenotauit,

Gratiam Theotistæ, lib. 5. Dignitatis culmine gratia, extat MS. Gallicè.

Ad Ludouicum regem, lib. 1. Ludouico orientalium.

Ad Salomonem Episcopum, lib. 1. Salomoni Episcopo

Otfridus,

Ad monachos S. Galli, lib. 1. Otfridus Vuissemburgensis,

In psalterium, lib. 3. De iudicio extremo, lib. 1.

De gaudijs regni celestis, lib. 1. Carminum diuersi generis, li. 1.

Epistolarum ad diuersos lib. 1. Et alia multa, quæ negligentia superiorum perierunt.

F. Othomarus Luscinius, Germanus, Argentinus, monachus, & Lector cœnobij SS. Vldarici, & Afræ Augustensis, congregationis Bursfeldensis, qui claruit an. 1520. scripsit iussu Ioannis Abbatis sui,

Isagogicum ad mysticam psalterii intelligentiam lib. 1. Ablatus. Alia, si quæ scripserit, non uidi.

F. Otto, Sueuus, Germanus, monachus monasterij Sancti Blasij, in Hercinia Sylua, prope Albam fluuium in Diœcesi Constantiensi, congregationis Cluniacensis, qui claruit anno Domini 1190. scripsit

Chronicam primam, in qua omnes Sacræ historiæ genealogiæ, ad Timothæum, Titumque Pauli discipulos usque, figuris pulchrè distinguuntur. Libri exordium sic habet;

Considerans historiæ sacræ prolixitatem, necnon & difficultatem. Extat hic liber MS. Basileæ.

Appendicem ad librum septimum chronicorum Ottonis Frisingensis Episcopi, incipiens ab anno Domini 1146. usque ad annum 1210.

Quæ excusa est cū ipso Ottone Episc. Francofurti, anno 1585. in fol.

*Scriptores de Littera P. Cap. LXXV.*

N. **ANDYLPHVS**, Capuanus, monachus, & Presbyter monasterij Casinensis, qui floruit sub Desiderio Abbate anno 1060. scripsit

De calculatione, lib. 1.

De cyclo solari, lib. 1.

De cyclo Lunari, lib. 1.

De Luna cuiusque diei inueuienda, lib. 1.

De Feria

- De Feria Paschæ hæbreorum inuenienda, lib. 1.  
 De annis Domini inueniendis, lib. 1.  
 Qualiter sint Indictiones inueniendæ, lib. 1.  
 Quomodo fallant qui se scire putant quot horis uel punctis  
 Luna in vnaquaque nocte luceat, lib. 1.  
 De termino Paschæ Hæbreorum, carmine, lib. 1.  
 Et alia plura de eadem materia, quæ iniuriâ temporum perierunt.  
 F. Paulus, Genuensis, Ligur, ab infantia cæcus, & monachus Casi  
 nensis sub Desiderio Abbate, anno Domini circiter 1050. scripsit  
 Super Hieremiam & reliquos Prophetas, lib. 1.  
 Super psalmos, lib. 1. Super quatuor Euangelistas, lib. 1.  
 Super epistolas Pauli, lib. 1. Super Apocalypsim, lib. 1.  
 De altercatione Græcorum & Latinorum tempore Paschalis  
 Pape II. lib. 1.  
 Vitam s. Ebizonis, monachi, lib. 1.  
 Obiit Tiburti ubi & sepultus est.  
 D. Paulus Ferrariensis, familia Iuarda, monachus, & Abbas con  
 gregationis Casinensis alias S. Iustinae de Padua, hoc nostro seculo  
 composuit Psalmos per totum annum ad vesperas canendos, cum  
 tribus Magnificat, quorum unum tum pari, tum plena voce, ut li  
 ber, cani potest, quatuor vocum, excusos Mediolani, anno 1590. in  
 4. & Venetiis in 578. in 4.  
 Cantus Hebdomadæ sanctæ, excusi Venetiis anno 1565. in 4.  
 Hymnos multos diuerso carminis genere, de SS. Apostolis Petro &  
 Paulo, qui concessione Capituli Generalis decantantur in eorum  
 solemnitatibus omnibus, in monasterio nostro s. Benedicti Mantua  
 ni, ubi afferuntur MS.  
 F. Paulus Liangius, Germanus, Vörländus, patria Zuuicaniensis,  
 monachus monasterii Bozauuensis, ord. S. Ben. cong. Bursfeldensis,  
 anno 1488. professus, & deinde D. Ioannis Trittemii Abbatis disci  
 pulus, cuius doctrina & eruditione non modicum profecit, cuius  
 que legatus fuit ad collegia & monasteria per totam Germaniam  
 ad omnis generis antiquitates explorandas, consignandas, & ipsi  
 Trittemio referendas: scripsit inter cætera quæ vidi, de rebus ge  
 stis Episcoporum Citizensum, ab anno Domini 968. ad sua usque  
 tempora,  
 Chronicon Citizense, lib. 1. quod nunc primum excusum est  
 Francofurti, cum aliis rerum Germanicarum scriptoribus,  
 anno 1583. in fol. deest tamen finis ab anno 1515.  
 De Feria

Hortatu item D. Ioannis Tritemii Abbatis doctè & fuisse, scripsit  
 Contra detractores vitæ monasticæ, lib. 2.  
 Carminum & hymnorum, lib. 1.  
 Et alia nonnulla quæ ad manus meas non peruenerunt. Viuebat ad  
 huc, anno 1520. quando tamen, & ubi obierit, mihi hæcenus  
 incognitum.

F. Paulus, monachus Rauennas scripsit,  
 De uita Sanctorum Hilarii Abbatis, & Olibrii monachi, lib. 1.  
 1. qui extare dicitur, sed illum non uidi.

F. Peregrinus, Germanus, monachus monasterii s. Aurelii Hir-  
 faugiæ, congregationis Cluniacensis reformatæ, & S. Gulielmi Ab-  
 batis discipulus, scripsit dialogorum insigne opus sub personis sui,  
 & Theodoræ, cuius titulus est.

Speculum Virginum, lib. 8.  
 De uita spiritus & fructu mortis, lib. 1.  
 Commentariorum in Euangelia, lib. 1.  
 Dialogum matricularii, lib. 1.  
 Didascalon, lib. 1.  
 Laudes S. P. Benedicti carmine, lib. 1.

Et alia nonnulla, omnia tamen in dialogi morem. Claruit an. 1100.

D. Petrus Abailardus, siue Abelardus, Gallus, cognomento Dia-  
 lecticus, uir in seculari philosophia eruditissimus, & in diuinis scri-  
 pturis nobiliter doctus, gaudens nouitate terminorum, & altiora  
 se scrutari tētās, oppressus a gloria in plures incidit errores, & agen-  
 tibus Sanctis Abbatibus Bernardo Claraualensi, & Petro Clunia-  
 censi, in Senonensi Concilio, cum prauis suis doctrinis condemna-  
 tus est. Ab hoc tempore, ut ait Tritemius philosophia secularis, sa-  
 cram Theologiam sua curiositate inutili sedare cepit. Fuit autem  
 Petrus uxoratus primum, deinde Philosophia seculari contempta  
 ad monasticam transiit, & in monasterio S. Dionysii extra Parisios,  
 congregationis Cluniacensis habitum suscepit monasticum: eiusq;  
 uxor Sanctimonialis Argentelii facta, postmodum crescentibus me-  
 ritis, Abbatissa monasterii Paracleti, iuxta Nongentum constituta,  
 in Magna sanctitate uitam finiit. Ipse uero Petrus ex monasterio  
 s. Dionysii assumptus, Abbas cuiusdam cœnobii in Britannia mino-  
 ris factus est. Vbi subtili abusus ingenio, in errores quos prædiximus  
 incidit. Sed tandem respiscens, dignitate abdicauit, & monachus  
 iterum factus est in monasterio Sanctorum Petri, & Pauli Cluniaci,  
 sub Petro Abbate. Scripsit autem Petrus iste nonnulla opuscula, qui  
 bus si

bus si errores non miscuisset, utilitati posteritatis profuisse poterant: e quibus extat uolumen dialectica obsecuritate subumbratum, multis sententijs variatum, quod prænotare uoluit

Theologiam suam, lib. 1. Scito teipsum, lib. 1.

Hymnos, in monasterio Paracletum dicto, ubi eius quondam Vxor Abbatissam agebat, decantandos. Et alia nonnulla.

De eius morte controuertitur. Franciscus enim Belforestius in magnis Annalibus Franciæ, lib. 3. c. 47. dicit obiisse in monasterio Britannicæ minoris, ibique sepultum cum simili Epitaphio:

Est satis in titulo, Petrus hic iacet Abailardus,

Cui soli patuit, scribere quicquid erat.

At auctor chronici Cluniacensis, quod est penes me MS. dissentit, dicens migrasse in monasterio Cluniacensi, ibique sepultum anno 1144. undecimo Calendas Maij, cuius uerba hic apponam, sic enim inquit:

Per idem tempus factus est Monachus in Cluniaco, Abaelardi Petrus nomine, qui fuit reuocatus ab erroribus, per Petrum Venerabilem Abbatem superscriptum, qui eum fecit monachum, & sanctum Bernardum Careuallensem. Hic fuit celeberrimus opinione scientiæ, sed de fide dogmatizans perfidè; fuit autem Negromanticus, & Dæmoni familiaris. De isto scribit Petrus Cluniacensis in quarto libro epistolarum suarum, c. 23. circa finem, cuius extat epitaphium per eundem Petrum Abbatem compositum, prout sequitur.

*Mallorum Socrates, Plato, maximus Hesperiarum*

*Noster Aristoteles, Logicis quicumque fuerunt,*

*Aut par, aut melior, studiorum cognitus Orbi*

*Princeps, ingenio varius, subtilis, & acer*

*Omnia vi superans rationis & arte loquendi*

*Abaelardus erat, sed tunc magis omnia vicit*

*Cum Cluniacensis monachum, moremque professus,*

*Ad Christi veram transiit Philosophiam.*

*In qua longæua benè complens ultima uite,*

*Philosophis quandoque bonis se connumerandi*

*Spem dedit, vndenas Maio renouante calendas.*

Nonnus Petrus Alberti, DD. Doctor, monachus & Prior maior monasterii Cluniacensis, tempore Odonis secundi Abbatis, anno 1420. scripsit,

De decimis noualibus, lib. 1. qui est Cluniaci MS.

D. Petrus de Alcamo Siculus, monachus S. Martini di Panhor-  
mo, con-



mo, congregationis Casinensis, poeta non contemnendus, scripsit nonnulla maximè uersu, quæ excusam sunt anno 1560. at de ijs nihil hæcenus uidi. Floruit anno Domini 1550.

Nonnus, Petrus Berchorius, Gallus, Pictauiensis, monachus, & Prior cœnobii S. Eligij Parisiensis, congregationis Cluniacensis, qui floruit anno 1360. scripsit magnum, & egregium opus, prænotatum Dictionarium siue Repertorium morale, lib. 3. in tribus Tomis diuisum, & impressum Lugduni in 4. anno 1520. Venetijs anno 1589. in folio, & anno 1585. & Parisijs, in fol. tribus Tomis, anno 1521. Reductorium morale, lib. 14. excusum Venetijs an. 1589. in fol. Inductorium morale, lib. 3.

Breuiarium historiarum Bibliæ, lib. 24. excusos Venetijs anno 1580. in folio.

Cosmographiam, lib. 1.

Epistolarum, & aliorum opusculorum breuium, lib. 1.

Conuertit etiam ad Ioannis Regis Galliæ petitionem, Titum

Liuium in Gallicam linguam.

D. Petrus Calzolarius, à Bugiano Castello Etrurici, monachus S. Mariæ Florentiæ, congregationis Casinensis, aliàs S. Iustini de Padua, qui claruit anno Iubilæi 1575. scripsit Historiam Monasticam lingua Etrusca, in quinque tractatus, quos Diarios uocat, forma dialogistica, diuisam, quæ excusa est primum Florentiæ a. 1560. in 4. & deinde Romæ anno 1575. in 4.

Frater Petrus Diaconus, Tranensis, monachus Casinensis sub Oderisio Abbate, anno Domini circiter 1080. scripsit, sermones,

De Natiuitate Domini,

De Epiphania,

De Dedicacione ecclesiæ,

De Septuagesima, & alios.

F. D. Petrus, Diaconus, monachus Casinensis, & Bibliothecarius, Aegidij filius, Romanus, Girardo Abbati, an. Domini 1115. quinque nis, Deo, & S. Benedicto nutriendus oblatu, sub regulari disciplina ita institutus est, & in sacris, & humanis litteris taliter eruditus, ut propter doctrinam, & morum integritatem optimis scriptoribus comparari iure censeatur. Scripsit autem penè infinita opera, quæ iniuria temporum, & hominum negligentia cum magno rei litterarię decremento, pro maiori parte interierunt. Ea uero quæ restât, MSS. & ad manus meas peruenerunt, hæc sunt.

Visio Alberici monachi, ab ipso emendata,

De ortu & uita iustorum monasterii Casinensis, lib. 1.

De uiris illustribus monasterii Casinensis, lib. 1.

ff

Mira.

Miracula Casinensium monachorum,  
quæ scripta non erant.

De locis Sanctis, lib. 1.

Super regulam S. Benedicti, lib. 4.

Supplementum ad Historiam D. Ana-  
stasi monachi, & Bibliothecarii, de  
rapu corporum SS. Benedicti, &  
Scholasticae.

Sermones, De cœna Domini, duo.

De Parasceue, 1.

De Sabbato Sancto, 1.

De Pentecoste, 1.

De s. Benedicto, 1.

De octava eiusdem, Sermo copiosus.

De S. Ioanne Baptista, 1.

De SS. Petro, & Paulo, 1.

De S. Laurentio, 1.

De vigilia Assumptionis B. Mariæ, 1.

De omnibus Sanctis, 1.

De Natiuitate Domini, 2.

De S. Stephano protomartyre, 1.

Passio S. Placidi Abbatis, & Socio-  
rum, lib. 1.

De S. Placido Abbate, sermones, 13.

Rithmus de nouissimis diebus, pul-  
cherrimus.

Ea autem quæ desiderantur, & quorum titulos solos legi, hæc fe-  
runtur:

Passio S. Marci, & Sociorum eius, ad Oderisum Abbatem.

Miracula SS. martyrum, Marci, Nicandri, & Martiniani.

Hymni sex, & Cantus de eisdem.

Inuentio S. Marci martyris.

De vigilia S. Marci, sermones duo.

De s. Marco, sermones octo.

Vita S. Dariae, uxoris S. Nicandri martyris.

Vita S. Iuliani confessoris.

Vita S. Apollinaris Abbatis, ad Rainaldum Abbatem.

Vita SS. Guinizonis, & Ianuarii, monachorum, ad Richar-  
dum monachum.

Vita

- Vita s. Constantij Episcopi, & confessoris, ad Guarinum Aquini Episcopum.
- Vita sancti Severi Episcopi Casinensis, ad Senioretum Abbatem.
- Vita s. Leonis Papæ.
- Vita s. Mauri Abbatis, ad Rainaldum Subdiaconum Casinensem.
- Historia de euerfione, & restauratione, cœnobij s. Mauri.
- Translatio S. Stephani protomartyris, a Constantinopoli, ad urbem Romanam.
- Destructio, & restauratio Atinæ urbis.
- Sermones, de Paschate, & De Ascensione Domini:
- Hymni de SS. Christiana, & Iusta virginibus, & martyribus.
- Scholia in diuersa sacre scripturæ loca.
- Exhortatio ad Monachos, quid seruare, & quid cauere debeant.
- Tractatus, de septem uitis & uirtutibus:
- De septem petitionibus: De Rebecca & Isaac;
- De Rege Ozia, & Sacerdotibus:
- De moyse, & via trium dierum, & tribus temporibus:
- De uisione Esaia: De tentatione Christi in deserto: & de uisione Senioreti Abbatis.
- Altercatio ab ipso habita cum quodam Cōstantinopolitano, pro Romana ecclesia.
- De Astronomia, lib. 1.
- De generibus lapidum, & de Notis, ad Cunradum Imperatorem,
- De consulibus, Dictatoribus, & Imperatoribus Romanorum.
- Historia Troianæ gentis ab exordio ad sua tempora.
- De prodigijs & portentis, ad Prolomæum secundum, Consullem Romanum.
- Abbreuiatio Solini de mirabilibus mundi.
- Abbreuiatio Vitruuii de Architectura.
- Translatio Eux Regis Arabum de lapidibus preciosis, de graeco in latinum;
- Hymnorum & Carminum, liber 1.
- Epistolarum ad diuersos, liber 1.
- Et alia nonnulla, quæ ad noticiam meam, non peruenierunt. De excusis

Cusis autem operibus eius, nihil aliud vidi præter librum quartum ad Chronicon Casinense Leonis Ostiensis, qui impressus est Venedijs anno 1513, in 4. Obiit Casini post annum 1140. & ibidem sepultus est.

F. Petrus Rosenhemius, Germanus, monachus monasterij, & congregationis Mellicensis in Austria, qui claruit anno 1420. scripsit ad Brandam Castilioneum Card. S. Clementis, legatum Apostolicum in Austria, super totius Bibliæ capita opus metricum prænatum,

Roseum memoriale diuinorum, lib. 1.

Astripotens cælum, terram, &c.

Historiam temporum notabilem, lib. 1.

Sermones varios, lib. 1.

Frater Petrus Vualloncapella, Belga, a S. Audomaro, monachus, & prior monasterij S. Vinnoci Bergis Flandriæ, congregationis veteris Cluniacensis, quem adhuc viuere arbitror, scripsit

Institutionum monasticarum, secundum Concilij Tridentini decreta, lib. 3. quibus accesserunt tractatus duo; alter, de hospitalitate monachorum: alter de casibus reseruatissimis Monachorum Prælati. Excusi sunt Louanii anno 1572. in 8. & Colonia, anno 1584. in octauo.

Illustrationum Religionis monasticæ, lib. 1. excusum Colonia anno 1583. in 8. Declarationem causarum, ob quas Belgium grauissimis premitur calamitatibus, cum demonstratione remedij aduersus easdem efficacissimi, impressam Colonia anno 1582. in 8.

Domnus Philippus, Abbas Bonæ spei, scripsit, Vitam S. Landelini Abbatis, quæ extrat MS. Crispini iuxta Valencenas in Belgio.

D. Philippus Alegret, Ragusinus, monachus monasterij S. Nicolai de Littore Venetijs, congregationis Casinensis, alias S. Iustinae de Padua, scripsit

Explanationem in epistolam ad Romanos. Etsi omnis institutio.

Epistolam unam ad R. Georgium Draſchouitium Episcopum Quinqueecclesienſem quæ sic incipit. Cum incredibili quodam, est apud Dom. Constantinum Syraci. mon. Catan. Manuscripta.

Et nonnulla alia in Paulum, Aristotelem, & Platonem, quæ tamen non vidi.

De nobilitate Ragusina, lib. 1.

Obiit

Obiit in Littore anno Domini 1592. & ibidem sepultus est in Capitulo fratrum.

Frater Philippus de Bergamo, monachus & Prior monasterii S. Mariæ de Auantia, Parauii, congregationis Cluniacensis, qui floruit anno Domini 1340. scripsit,

Super Ethicam Catonis, lib. 1. Ad gloriam & Laudem.  
Sermones varios, lib. 1.

D. Philotheus, monachus Casinensis, composuit sequentiam unã de Paschate, quæ excusa est in fine Missalium ordinis nostri Cong. Casinensis, anno 1526. in fol. Venetiis impressorum

Domnus Placidus Falconius, Asulanus, monachus, monasterii S. Euphemie Brixie, congregationis Casinensis, alias S. Iustine de Padua, qui adhuc superest, scripsit

Passionem siue voces Hebdomadæ Sanctæ, excusas Venetiis anno 1580. in 4.

Missas siue Introitus per totum annum, Venetiis anno 1575. in folio.

Responsoria in hebdomada Sancta canenda, Venetiis anno 1580. in 4.

Magnificat octo tonorum, excusa Venetiis anno 1588. in 4.

F. Probus, Hibernus monachus, scripsit,

De vita S. Patricij Hibernorum Apostoli, libros duos, qui habentur Tomo 3. operum Bedæ, falso ipsi Bedæ attributi.

D. Prosdocimus Pignolatus, Parauinus, monachus s. Iustine, congregationis Casinensis, alias s. Iustine de Padua, scripsit

Vitas quorundam monachorum ordinis sui, & alia quædam. Obiit anno 1553. decimonono Notembris, ætatis suæ 60. & sepultus est ibidem in capitulo monachorum sub 4. Lapide.

D. Prosper Abbas monasterii s. Pauli extra muros Vrbs, uia Ostiensi, congregationis Casinensis, alias S. Iustine de Padua, qui floruit anno Domini 1553. scripsit ad Augustinum quendam

De immortalitate animæ, lib. 1. Aurelius Augustinus.

Commentaria in suum librum, lib. 1.

Reperiuntur MS. apud D. Constantinum Siracusanum, monachum Catanensem.

D. Prosper Martinengius, Titus antea vocatus, Brixianus, monachus monasterii S. Euphemie Brixienfis, congregationis Casinensis alias s. Iustine de Padua, & prior titularis, alter nostri temporis Homerus, & in Latina quoque, & Hebrea lingua exercitatissimus, cu

ius laudes texere non est præsentis instituti, ne adulari uideamur, scripsit plurima opera, præsertim carmine, quibus nomen suum posteris manifestauit, quæ omnia impressa sunt Romæ anno 1589. in 4. apud Franciscum Zannetum, in tribus tomis, quorum

Prior continet poemata diuersa cum Græca, tum Latina, quæ quidem magna ex parte diuina sunt & sacra.

Secundus, opus est quoddam eximium in laudem Diue Virginis, cuius erat deuotissimus, tot uidelicet hymnos complectens, quot annis ipsa Beata Virgo uixisse perhibetur Theocodia nuncupatum. Excusum item ante Romæ 1583.

Tertius, pia quædam poemata, ac Theologica, odasque sacras, diuerso carminum genere conscriptas habet: quibus etiam accesserunt, nonnulli quorundam illustrium Casinen sum monachorum hymni.

Est & apud me alius hymnus Græcolatinus MS. de S. Barbara, in gratiam Serenissimi Gulielmi. Ducis Mantuæ compositus.


Obiit anno 1594. Brixia die 6. Octobris, & in monasterio suo S. Euphemie sepultus est.

D. Prosper Phanelus, Calaber, monachus S. Seuerini de Neapoli, Congregationis Casinensis, aliàs s. Iustinae de Padua, uir doctus, & pius, scripsit nonnulla opuscula, de quibus uidi subiecta.

Colloquium Christi, & Moysis, lib. 1. excusum in 4. 1589. si bene memini.

Centrum spiritualis fabricæ li. 1. quod nondum excusum est, sed apud ipsum referuatur.

*Scriptores de Littera R. Cap. LXXVI.*

N.  ADULPHVS, Gallus, monachus monasterii, & congregationis Cluniacensis, S. Petri Abbatis discipulus, uir doctus & illustris, scripsit De uita eiusdem S. Petri Abbatis, lib. 1. qui extat Cluniaci MS.

Claruit anno Domini 1150.

Nonnus Radulphus, monachus Flauiacensis, siue Fuldensis, congregationis Luxouiensis, qui floruit anno 910. scripsit

In Leuiticum libros 20. qui excusi sunt Coloniz apud Eucharium Ceruicornum, anno 1536. in folio.

In Epistolas Pauli apostoli, lib. 14.

Histo-

- Historiam Francorum, lib. 1. Chronicam breuem, lib. 1.  
 F. Ranulphus, Anglus, monachus Cestrensis, cōgregationis Cluniacensis, scripsit, Historiam Anglorum usque ad annum 1377.  
 D. Ragimbertus Abbas in Gallia, congregationis Floriacensis, qui claruit anno Domini 620. scripsit  
 De uita s. Vualerici Abbatis, lib. 1. qui dicitur extare, sed eum non uidi.  
 F. Rainaldus subdiaconus, monachus monasterii Casinensis, scripsit carmine,  
 Vitam s. Seueri Episcopi Casinensis, & hymnum de eodem. De s. Benedicto, & de s. Mauro, uersus.  
 D. Raphael, Abbas Althæ superioris in Germania, congregationis Melicensis, qui claruit hoc nostro æuo, scripsit,  
 Orationem unam de Natiuitate D. N. Iesu Christi, quæ impressa est Tegernsee in Bauaria, anno 1574. in 8.  
 D. Raphael Castrucius, de s. Canciano, monachus monasterii S. Mariæ de Florentia congregationis Casinensis, & eiusdem congregationis Abbas titularis, qui floruit anno 1560. scripsit  
 De Harmonia ueteris & noui testamenti, lib. 1. qui excusus est Venetiis in 4. Transtulit quoque sermones multos de Latina in Hethruscam Linguam. Obiit Flor. an. 1574. mense Aprilis, ubi & sepultus est cum Patribus sui.  
 D. Raphael Placentinus, monachus congregationis Casinensis, alias s. Iustinæ de Padua, qui floruit anno 1510. scripsit carmine,  
 Vitam Sancti Simeonis monachi, in s. Benedicto Mantuano quiescentis, quam prænotauit Armeniados, lib. 10.  
 Opuscula plurima diuersi generis carmine, lib. 1.  
 Excusa sunt Cremonæ, anno Domini 1517. in 8.  
 D. Regino, Germanus, monachus, & Abbas monasterii s. Saluatoris Prumiensis, congregationis Luxouiensis, qui floruit anno Domini 910. scripsit  
 Chronicorum siue Historiarum lib. 2. qui excusi sunt Francofurti cum aliis anno 1583. in fol. & alibi.  
 De disciplina ecclesiastica lib. 2. In primis inquirendum.  
 F. Reinerus, monachus monasterii S. Laurentii Leodii, congregationis Cluniacensis, scripsit  
 Vitam s. Lamberti episcopi & martyris, lib. 1.  
 Vitam S. Vuolbodonis episcopi Leodiensis, lib. 1. quæ est Leodii MS.

Claruit paulo post tempora eiusdem Vuolbodonis, anno Domini circiter 1020.

Nonnus Remigius, Gallus, monachus Antisiodorensis (non autē Episcopus ut quidem male putarunt) congregationis Luxouienſis, qui claruit anno 880. scripsit multa opera, quorum maxima pars excusa est Antuerpiæ & Colonia anno 1545. uidelicet,

In Cantica Canticorum, lib. 1.

In totum psalterium, lib. 1. Prophetia diuina inspir. excusam Colonia 1536. in fol.

In euangelium Matthæi, lib. 1. Admonendi sumus: est MS. in Bibliotheca s. Georgij Ven.

In epistolas Pauli, lib. 1. qui bis reperitur MS. in Bibliotheca Casinensi, & in uno eorum uocatur Remigius & Raimo, in utroque uero Episcopus: sicut & in excuso exemplari.

In Canonem missæ, lib. 1.

De officiis diuinis lib. 1. Colonia anno 1536.

De festiuitatibus Sanctorum, lib. 1.

Sermonum lib. 1. Ad Episcopum Eduorum, lib. 1.

In Donatum, & nonnullos ueteres auctores expositiones varias, Scripsit etiam fuerunt Commentaria in Martianum Capellam quæ sunt Tiguri. MS.

N. Richardus, natione Gallus, patria Pictauiensis, monachus cenobii SS. Petri, & Pauli Cluniacensis, qui floruit anno 1160. scripsit, a mundi initio, usque ad tempora Friderici. I. Imperatoris

Historiarum insigne opus, lib. 1.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

D. Richerius, Gallus, monachus, & Abbas monasterij s. Martini iuxta Metim, congregationis Cluniacensis, scripsit

De uita s. Martini Episcopi Turonensis, lib. 1.

Nonna Richtruda, Angla, & Sanctimonialis Benedictina in Anglia, circa annum Domini 770. scripsit epistolas quasdam consolatorias.

D. Robertus, Anglus, monachus, & Abbas, monasterij de monte S. Michaelis in Anglia congregationis Cluniacensis, uir doctus, & disertus, addidit ad Sigeberti Gemblacensis Chronicon,

Annales centum fere annorum, lib. 1. id est ab anno 1113. ad annum 1210. excusos Francofurti cum Sigeberto anno 1583. in fol.

De suis temporibus, lib. 1.



## A N N O T A T I O.

Floruit Robertus anno Domini, ut ex eius Chronico uidere est, 1200. & quod excurrit. Confunditur ab omnibus & precipue postremis Germanicorum scriptorum concinnatoribus, cum subsequenti Roberto monacho Remensi, belli sacri Hierosolimitani scriptore. Ex multis tamē diuersum esse conieclurari licet. Primo ex patria, ille enim Gallus, hic uero Anglus fuisse perhibetur. Secundo ex professione, dignitate, & monasteriorum diuersitate, professus enim ille in monasterio S. Remigij Remensis in Gallia, monachus simplex ad finem usque uitæ permansit: hic uero Abbatem egit in Anglia in cœnobio S. Michaelis de Monte. Tertio ex temporum, regula infallibili, ratione. Vixit enim hic noster, ut diximus, anno Domini 1200. & quod excurrit, ut eius Chronicon indicat: ille uero centum, & amplius annis prius uixisse se refert in epistola dedicatoria librorum suorum, ubi sic ait. Præcepit ergo mihi, ut qui Clarimontis interfui Concilio, acephalæ materiæ caput præponerem, &c. Concilium autem Claromontanum celebratum est anno Domini 1096. Et nullo modo credibile est eum, qui iam adultus Concilio Claromontano interfuit, ad tantum tempus ætatem perduxisse, scilicet usque ad annum Domini 1212. uel circiter. Et hæc pro huius rei notitia dicta sufficiant.

F. Robertus, siue Rupertus, Gallus, monachus monasterij S. Remigij in diœcesi Remensi congregationis Cluniacensis, anno Domini circiter 1120. scripsit

Historiam belli Sacri, lib. 10. qui excusi sunt Basileæ in fol. & Francofurti anno 1584. in fol.

Acta Conciliorum, lib. 1.

F. Roboas, Diaconus, monachus Casinensis sub Gerardo Abbate, anno Domini circiter 1120. scripsit

Vitam S. Leonardi Episcopi, lib. 1. Sermones de festis totius anni, lib. 1.

D. Rogerus de Vuindeleshor, Anglus, monachus S. Albani, scripsit Historiarum lib. 1. usque ad annum 1235. quo uixit.

D. Rogerius, Gallus, monachus monasterij de Cruce S. Leutfredi in Britannia, congregationis Cluniacensis; deinde Montanoburgi primus Abbas, anno Domini circiter 1040. scripsit,

Vitam S. Brunonis Episcopi Colonienfis, lib. 1.

D. Romanns Sincerus, Siculus de Politio, monachus s. Martini de Scaldis Panhormi, & Abbas s. Laurentii de Auerfa, cong. Casinensis, uir doctus, & pius, scripsit ad monasteriorum, in quibus Abbatem egit, utilitatem

Histo-

- Historiam monasterii s. Martini de Panhormo.  
 Historiam monasterii s. Nicolai de Arenis, Catanæ, &  
 Historiam monasterii S. Mariæ de Montereali; quæ omnes  
 in iisdem cœnobiis asseruantur MSS.
- Obit Auerlæ anno 1590. mense Octobri, & ibidem sepultus est.  
 D. Rupertus, Anglus, Abbas Saloprensis, alias Schreuiuſberii, con-  
 greg. Cluniacensis, qui claruit anno Domini 1140. scripsit,  
 Vitam s. Vuenefridæ Abbatissæ, virginis & martyris, quæ ex-  
 cusa est cum Surio, Tomo 6. die 3. Nouembris.
- D. Rudolphus, Belga, monachus, & Abbas s. Trudonis in diœce-  
 si Leodiensi, congregationis Cluniacensis, qui claruit anuo Domini  
 1120. scripsit
- Contra Simoniacos, lib. 7. Chronicorum, lib. 1.  
 Carminum, lib. 1.
- D. Rudolphus Abbas, scripsit Vitam s. Gereonis martyris.  
 Frater Rudolphus, Germanus, monachus Fuldenſis, congrega-  
 tionis Luxouienſis, iussu Rabani Episcopi, quam antea scripserat  
 Mago monachus.
- Vitam s. Liobæ Virginis, & Abbatissæ descripsit doctè & gra-  
 uiter, quæ est apud Surium, Tomo 5. die 18. septembris.
- D. Rupertus, Germanus, monachus, & Abbas monasterii Lym-  
 purgenſis in diœcesi Spirensi, congregationis Cluniacensis reforma-  
 tæ, anno Domini circiter 1125. scripsit
- In Cantica canticorum, lib. 4. Quicumque sui ipsius rerum.  
 De contemptu mundi, lib. 2. Mundus indebito nomine.  
 De s. Ioanne Baptista, lib. 1. Refert historicus Euangelista.  
 Reuelationum suarum, lib. 1. Anno Dominicæ incarnationis.  
 Sermones de sanctis ecclesiæ, & monasterii sui, lib. 1.
- F. Rupertus, Germanus, monachus monasterii s. Albani Mogun-  
 tiæ, congregationis Luxouienſis, & scholæ præfidens, circa annum  
 Domini 892. scripsit eleganti carmine,  
 De uita s. Albani martyris, lib. 1.
- F. Ruthardus, Germanus, monachus Fuldenſis, congregationis  
 Luxouienſis, Rabani Episcopi discipulus, anno Domini circiter  
 820. scripsit
- De uita s. Bonifacii episcopi & martyris, lib. 1.

**S.** ANSON, Hispanus, Cordubensis, Abbas s. Zoili Cordubæ, deinde Abbas monasterii de Marros, uir doctus & subtilis ingenio, aduersus Hostigesium Episcopum Malacitanum, qui eū in concilio Cordubensi hæreticum cum cōuictio uocarat, scripsit nonnulla magnæ auctoritatis opuscula, scilicet, Apolegeticum in sui defensionem, lib. 1. hic reperitur MS. littera Gothica in ecclesia Toletana.

Contra hæresim Antropomorphitarum, libros aliquot, tanta uir & maiestate, ut eius causa dicta hæresis in Hispania, in Concilio Cordubensi celebrato ab Episcopis sex, reprobata fuerit. Obiit anno Domini 890. die uigesimo primo Mensis Augusti.

N. Sebastianus, monachus Casinensis, scripsit,

Vitam s. Hieronymi discipuli S. P. N. Benedicti. Claruit anno Domini 560.

Frater Senatus Brauonius, Anglus, monachus Vuigornienfis, cōgregationis Cluniacensis, qui claruit anno 1170. scripsit

De uita s. Vuolstani episcopi, lib. 1. cuius fragmentum excusum est apud Surium, Tomo 1. die 19. Ianuarii.

De uita s. Osualdi episcopi, lib. 1. est apud Surium Tomo 5. die 15. Octobris.

D. Seraphinus Florentinus, monachus s. Mariæ de Florentia congreg. Casinensis, transtulit sermones multos SS. Gregorii, Epiphani, Chrysostomi, Bernardi, Dionysii, Casiani, & Dionysii, Carthusiani, de Latina in Italicam linguam, qui excusi sunt Florentiæ. Obiit Florentiæ anno 1594. & ibidem sepultus est.

D. Seraphinus Cantonus, Mediolanensis Insuber, monachus monasterii s. Simpliciani Mediolani, congreg. Casinensis, qui etiamnum superest, scripsit

Madrigaliorum quatuor uocum primam partem, excusam Venetiis anno 1592. in 4.

F. Serlo, Anglus, monachus Dorobernenfis, siue Cantuariensis, anno Domini circiter 960. scripsit

Commentariorum in Pentateuchum, lib. 5.

De prouerbis, lib. 1. De differentiis, lib. 1.

Homiliarum, lib. 1. Contra monachorum libidines, lib. 1.

F. Si-

F. Sigebertus, monachus Corbeicæ Saxonicae, s. Viti, congregatio-  
nis Luxouienfis, scripsit an. Domini circiter 905. gemino stylo, prosa  
videlicet & carmine, Vita s. Vuimonis episcopi, lib. 2.

N. Sigebertus, Gallus, monachus monasterii Gemblacensis, con-  
gregationis Cluniacensis, qui claruit anno 1100. scripsit multa tam  
carmine quam prosa :

In Ecclesiastem metro heroico, lib. 1.

De viris illustribus lib. 1. qui excusus est cum aliis Coloniae,  
anno 1580. in 8.

Vitam s. Sigeberti Regis, lib. 1. excusus Tomo 7. Surij, die pri-  
mo Februarii.

Vitam s. Guiberti Abbatis, lib. 1. excusus Tomo 3. Surij die  
23. Maii.

Vitam s. Theodorici Episcopi, lib. 1.

De translatione eiusdem, lib. 1.

Vitam s. Lamberti episcopi & mart. lib. 1.

Passionem Thebeorum, lib. 3. Martyribus roseas Thebæis fer-  
re coronas. hi sunt in monasterio Gemblacensi MS.

Vitam s. Maclouii Episcopi, lib. 1. qui excusus est tomo 6. Su-  
rii die 15. Nouembris.

Passionem s. Luciae uirginis & martyris

metricè, lib. 1.

Apologiam pro eadem, lib. 1.

Sermonem item in laudem eiusdem

Virginis.

Asseruantur MS. in  
monasterio Gem-  
blacensi.

Vitam s. Theodardi episcopi, & mart. lib. 1. excusus Tomo 5.  
Surij. 10. Septembris.

De computo ecclesiastico, lib. 1.

Apologiam ad Imperatorem, lib. 1.

Gesta Abbatum Gemblacensium, lib. 1.

Sermonum, lib. 1. Epistolarum ad ditterfos, lib. 1.

Chronicon ad Eusebium ab anno Domini 381. ad usque 1132  
excusum Parisiis in fol. & Francofurti & alibi sæpius.

Scripsit & duos tractatus alios contra Gregorium VII. & Pa-  
schalem II. Romanos Pontifices, ex quibus iure repre-  
henditur, quod Henrico III. Imperatori, ecclesie perse-  
cutori & rebeli adhærens, ea scripserit quæ suum proposi-  
tum non decebant.

N. Sigebertus, Germanus, monachus s. Albani Maguntia, congrega-  
tio

grega-

gationis Cluniacensis reformatæ, qui floruit anno Domini 1197.  
scripsit. Vitam s. Albani martyris, lib. 1.

F. Simeon, Anglus, monachus Dunelmensis, congregationis Clu-  
niacensis qui claruit anno 1164. scripsit

Passionem Sanctorum Ethelberti & Ethelredi martyrum, lib. 1.

F. Simon Belga, monachus s. Mariæ de Hafflighem, congregatio-  
nis Cluniacensis, qui claruit anno Christi 11300. scripsit.

Sermonum in Cantica Canticorum, lib. 1. Epistolarum ad  
diuersos, lib. 1.

Abbreuiationum moralium Gregorii Papæ, lib. 10.

Visiones cuiusdam conuersi, lib. 1.

Sermonum aliorum, lib. 1.

D. Smaragdus, monachus & Abbas, monasterii s. Michaelis, sed cu-  
ius congregationis ignoro, cum alii claruisse referant anno 940. alii  
anno 680. scripsit

In totum psalterium, lib. 1. In epistolas & euangelia per an-  
num, lib. 2. excusa latine, & Germanicè anno 1539. inter-

prete Gaspare Hedione, lib. 1. In Donatum maiorem, lib. 1.

In regulam S. P. N. Benedicti, lib. 1. qui excusus est cum Tur-

recremata, Colonia apud Geruinum Calenium ann. 1575.  
in folio.

Diadema monachorum, lib. 1. Hunc modicum libellum : hic  
reperitur MS. in Bibliotheca nostra s. Benedicti Mantua-  
ni, Casini, & alibi.

Est & Casini scanno 7. ad sinistram, quidam alius tractatus sub no-  
mine Smaragdi Monachi, sed utrum idem sit, aut diuersus ab isto  
ignoro.

F. Smaragdus, monachus Casinensis, scripsit quosdam tractatus,  
qui sunt Casini MS. in scanno 7. Bibliothecæ ad sinistram.

D. Stephanus, monachus, & Abbas Leodiensis, congregationis  
Luxouiensis, qui floruit anno Domini 740. scripsit

De uita s. Modoaldi Episcopi Treuirensis, lib. 3. qui excusi  
sunt apud Surium tomo 3. die 12. Maii.

D. Stephanus, Anglus, monachus Vuitebiensis cœnobii, deinde  
Abbas Eboracensis, congregationis Cluniacensis, anno Christi cir-  
citer 1080. scripsit

De reparato monachatu, lib. 1.

De fundatione cœnobii, lib. 1.

Magister

Magister F. Stephanus, Hispanus, monachus monasterii Celle nō  
 uæ in Hispania, congregationis Cluniacensis, qui claruit anno 1200.  
 uel circa, scripsit

De miraculis s. Rodofindi Episcopi, & monachi, librum unū,  
 qui est MS. in eodem Cella nouæ cōnobio, ut refert Mo-  
 niales, lib. 16. c. 36.


F. Stephanus monachus s. Pantaleonis Coloniae, anno 990. scripsit  
 De inuentione s. Maurini Abbatis, & martyris, lib. 1. excusus  
 Tomo 3. Surii, & Tomo 7. Mosandri, die 10. Iunii.

F. Stephelinus, monachus monasterii s. Trudonis, congregatio-  
 nis Cluniacensis, scripsit ab ariuo 1055. usq; ad annum 1082. quæ fa-  
 cta sunt, Miracula per s. Trudonem in suo monasterio.

F. Strabo, Anglus, Venerabilis Bedæ frater, monachus Londinen-  
 sis, congregationis Giribennæ, scripsit anno Domini circiter 750.  
 Commentarios in Genesim, lib. 1.

F. Sulcardus, Anglus, monachus Vuestmonasteriensis in Anglia,  
 congregationis Cluniacensis, anno Domini circiter 1060. scripsit  
 plura, historiam maxime concernentia, de quibus tamen, nihil ha-  
 ctenus vidisse me recolo.

*Scriptores de Littera T. Cap. LXXVIII.*

F.  ELESPHORVS monachus, & Eremita, qui  
 floruit anno 1386. scripsit,  
 Prophetiarum, librum unum: quem MS.  
 uidi Venetiis, apud Hieronymū Porru.

F. D. Theodinus, monachus Casinensis, (qui  
 videtur mihi omnino is esse qui ab Alessandro  
 Papa II. in numerum Cardinalium adscriptus est) pulchro & ele-  
 ganti stylo, sermones duos habuit in festo s. Placidi Abbatis, & Pro-  
 tomartyris Ordinis Benedictini, qui sunt apud D. Timotheum a  
 Messana monachum Messanensem, MSS.

D. Theodoricus, Germanus, monachus, & Abbas, congregationis  
 Cluniacensis, qui claruit anno Domini 1200. scripsit

De uitas. Hildegardis Abbatissæ, lib. 4. qui impressi sunt apud  
 Surium, Tomo 5. die 17. Septembris: & cum operibus eius-  
 dem Hildegardis Coloniae anno 1566. in 4.

D. Theodoricus, Belga, monachus, & Abbas s. Trudonis diocesis  
 Leo-

Leodienſis, congregationis Cluniacenſis, qui claruit anno 1100 ſcripſit

De uita ſ. Rumoldi epiſcopi, lib. 1. qui excuſus eſt Bruxelle an  
no 1569. & Tomo 7. Surij,

De uita ſ. Amalbergæ Virginis, lib. 1. qui eſt MS. in cœnobio  
Camera in Belgio.

De uita ſ. Trudonis confessoris lib. 1. excuſus apud Surium die  
23. Nouembris.

De uita S. Bauonis conf. lib. 1. qui excuſus eſt apud Surium  
die 1. Octobris.

De translatione SS. Trudonis & Eucherij ſermonem unum,  
impreſſum ibidem apud Surium.

Item librum unum uerſu heroico, veteris ac noui teſtamenti  
historias continentem, quem tamen nondum uidi.

De uita ſ. Landradæ virginis, lib. 1. excuſus apud Surium To-  
mo 4. die 8. Iulii.

N. Theodoricus, monachus & Sacerdos monaſterii Caſinenſis,  
ſcripſit De uita ſ. Firmiani Epiſcopi, lib. 1.

De ſ. Mauro Abbate, hymnum unum.

F. Theodoricus, monachus congregationis Cluniacenſis, Germa-  
nus, qui claruit anno 1040. ſcripſit

De translatione prima S. P. Benedicti, lib. 1. Cum diu gens  
Longobardorum, De translatione eiufdem ſecunda, lib. 1.

cum celeftium Sacramentorum.

Epiftolarum ad diuerſos, lib. 1.

Frater Theodoricus, Germanus, monachus S. Matthiæ prope  
Treuerim, congregationis Cluniacēſis, qui claruit anno 1005. ſcripſit

De Inuentione ſ. Celi epiſcopi, & confessoris, lib. 1. qui excu-  
ſus eſt apud Surium Tomo 7. die 23. Februarii.

F. Theophanus, Diaconus, monachus Caſinenſis, ſcripſit multa  
carmine præſertim, inter quæ,

De ſ. Maria Virgine, uerſus.

De aduentu S. P. Benedicti ad montem Caſinum, ac de mira-  
culis eius, uerſus.

De conſtructione cœnobii ſ. Mariæ in Plumbariola, uerſus,

De conſtructione cœnobii ſ. Saluatoris, uerſus.

D. Theophilus Folengus, natione Longobardus, patria Mantua-  
nus, cognomento Merlinus Coccaius Poeta noſtri temporis cele-  
bris, monachus monaſterii ſ. Euphemie Brixie, congregationis Caſi-  
nenſis,

penfis, aliàs, s. Iustinæ de Padua, scripsit inter cetera sermone Itali-  
co, & uersu heroico

De humanitate Christi, lib. 1. *Dell alma & sempiterna Trinita-  
de*, hic impressus est Venet. apud Aurelium Pinetium, an. 1533  
Panhormitanam, vulgò, Pinetam dictam, lib. 2. qui sic inci-  
piunt,

*Hic ch'io son posto a fren di quell'etade.*  
Sunt MS. Panhormi, & apud D. Constantinum Siracusanum, mona-  
chum Catanensem.

Macaronicorum opus Poeticum, sub nomine Merlini Coccai  
Poete Mātuanī, ridiculum, & Italicis uocabulis ubique per-  
mixtum, uidelicet Zanitònella, Baldina, & Moschæa, item  
liber epistolarum, & epigrammatum Executum Tuscula-  
ni ad Lacum Benacum anno 1521. Venetiis 1573. &  
1583. in 16.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1. qui extare dicitur, sed illum  
non uidi.

Et alia multa, partim Latino, partim Italico sermone, quorum  
notitiam non habeo.

Obiit in monasterio s. Crucis Campesii, iuxta Bassanum, anno 1544.  
die 9. mensis Decembris, & ibidem sepultus est ad sinistrum altaris  
coram, cum hoc Epitaphio, a monachis posito.

*Hic cineres Theophili monachi, tantisper dum reuiuiscat afferuantur,  
& in Domino quiescit felicissime, die 9. Decembris anno 1544.*

Hoc uerò temporum iniuria corroso, alia apposita ibidem legun-  
tur, tam Græca, & Hæbraica, quam etiam Latina, Italica, & Hispani-  
ca lingua, auctoribus monachis duobus cœnobii s. Benedicti de Pa-  
dolyrone, Nicolao uidelicet, Salodiano, & Columbano Brixiano,  
poetis nostri temporis non contemnendis, quæ omnia propter eo-  
rum elegantiam, hic apponere non piguit.

Supra portam sepulture:  
*Hospes siste gradum, Manes venerare solutos,  
Merlini corpus, conditur hoc tumulo.*

In introitu sepulchri,  
*Quod si fata uiri, sortem, patriamque requiris,  
Saxo hosce inscriptos perlege versiculos.*

Paulo inferius,  
*Mantua me genuit, Veneti rapuere, tenet nunc  
Campesium, cecini ludicra, sacra, sales.*

Ante



Ante faciem ingressus.

Spectat a pietatis, & incomparabilis doctrina viro, Theophilo Pholengio, cogn. Merl. Mon. Cas. qui, vt erat festiuissimus, cum ab ineunte etate lepidiss. Mach. opus nouo dicendi genere animi gratia, edidisset, multa item seria, atque adeo sacra cum Hetrusco, tom latino sermone elucubrauit, quo exiguo, atque humili diu neglectus iacuit, id monachi aliquatenus, vt cernis, monumentum instaurari viro doctissimo procurarunt. Decessit studijs, senioque confectus. M. D. XLIII. V. Idus Decembris.

Ad dextram latus sepulchri ad parietem, superius.

*Aca Merlin Poeta, es sepultado**Que en rudo estil, d'acentos muy grosseros,**A porfia de Maron, y Marte ayrado**Y las quexas cantò de Los Vaqueros.*

Paulò post.

Già non inuidia a le fiorite sponde

D'Arno, di Pò, di Menzo, ò di Meleti,

La Brenta; hor che nel grembo suo nasconde

Trofei piu degni, e fior piu vaghi, e lieti.

Inferius. Ἄλλο: idest, Aliud.

Ὡς δὲ κλεῖνὸν ἔθαψαν ἐν ἀνθρώποισι φόλεγγον,

Ἐυχος αἰμίμησον μαντυέων πόλεως.

Οὗτος γὰρ χαρίτων πολυήρατον ἀδὴν μέλημα,

Ἐπλετο, καὶ μουσέων ἀνθος ἰοσειφάνων.

Ἔσκε δ' ἐν εὐαγέ εἶσι θεουδίας μέγ' ἀγάλμα,

Ἔσκε μετ' ασκτῶν ὄμμα θεοσεβίας.

Ἄλλ' εἰ παντοίης πέρ' αἰδίμιον ἀνδρ' ἀρετῆσιν

Ἔϊλε μόρος, σ' ἔμηναι μὴ δόκει ἀθάνατον.

Id est,

*Hic illustrem sepelierunt inter homines Pholengum**Gloriam semper memorabilem Mantuanorum ciuitatis**Hic enim Charitum amabilissima suavis cura**Fuit & Musarum flos violis coronatorum:**Erat autem inter Sanctos religionis magna effigies**Erat cum monachis oculus religionis.**Sed si omnigenis celèbrem virum virtutibus**Rapuit mors, te esse ne putes immortalē.*

Aliud.

Γεράσα παρὰ λείλη ἦλε χάρα πᾶσα ρεῖ.

Id est,

*Tuis in sacris labijs Sol lacrima tota fluit.*

Aliud.

Ὅς ποτε, τῇ σοφίᾳ καλὸς ἦν, ἀρεταῖς τε φαιναῖς,

Μεσάων τε κλέος, τῶν μακαρωντε θεῶν,

Ὅς καὶ θειοεινὴν λαμπρόσσι: φίλος ἔβη οἶο,

Κύβητος τ' ἀσκητῶν τῶν μεγαλοπρεπῶν.

Σῶμα δὲ ψυχῆς τέτου λίθος ἀμφικαλύπτει,

Πνεῦμα δὲ τὸν λαμπρὸν οὐρανον ἔσῃ ἔχον.

Id est,

*Qui quondam sapientia bonus erat, & virtutibus illustris.**Mularumque gloria, & beatorum Deorum.**Qui etiam pietate clarus, & amicus Dei**Et gloria monachorum excellentium.**Corpus sine anima huius lapis tegit**Spiritus autem splendidum caelum est habitans.*

Ad sinistram latus sepulchri:

*Merlin che al suo fattor sacro già quelle**Membra, c'ebbe da lui per farle uguali**A l'altre parte sue che fra' mortali.**Si veggon lampeggiar serene & belle.**Et sotto ne l'humil di rozza pelle**S'involò si dal cerchio de' mortali**Che spiegando per l'aria altero l'ali**S'esse il suo nome al ciel con tante stelle.**Et a l'alme fiorite & dolce rive**De l'honorata Brenta co'l bel canto**Fel' Pastor obliar che sempre vive,**Et l'aria vallegrar per ogni canto:**Lasciò la fragil spoglia in questa tomba,**Et volossene al Ciel, come Colomba.*

Ibidem.

Ἡ' σέ γε μουσα ἐδίδασκε Διὸς παῖς,

Ἡ' σέ γε Ἀπόλλων.

Id est,

*Vel te musa docuit Iouis filia, vel te certe Apollo.*

Erant

Erant ibidem in ipsius portę ingressa, & duo epitaphia Hebręa, sed parua, quę quidem ut erant exscripteram, sed cum a nullo, qui linguam hanc calleret, interpretari potuerint, ea ex industria omisi.

Do. Theophilus quidam monachus congregationis Casinensis, scripsit tractatum

De casibus, qui sic incipit Conclusio prima: qui est apud me Manuscriptus.

D. Theophilus Senensis, monachus Casinensis, uir ingenio perspicax, & in scientiis Philosophia, Theologia, & Mathematica valde disertus, bis a Romano Pontifice uocatus est ut eius opera in quibusdam ecclesiasticis negotiis uteretur, edidit tractatum

De noua restauratione Calendarii.

Et alia multa mihi incognita. Obiit Casini Cellerarius an. 1586.

D. Thietmarus, monachus & Abbas, monasterii Helmarduicensis, scripsit,

Vitam & miracula s. Remacli Episcopi lib. 1. qui extat MS.

D. Thomas ab Ebulo, monachus monasterii Casinensis scripsit

Synodaliū actionum, lib. 1.

Examen ordinandorum, lib. 1.

Sermones quoque 50. Italico sermone.

Obiit his nostri temporibus post annum Domini 1574. Casini.

F. Thomas Monemutensis, Anglus, monachus congregationis Cluniacensis, qui claruit anno Domini 1160. scripsit ad Gulielmum Nordouicensem Episcopum,

De vita s. Gulielmi martyris, lib. 7.

Miracula eiusdem, lib. 1.

F. Thomas Vualsingham, natione Anglus, patria Nordouelgius, monachus monasterii s. Albani martyris, congregationis Cluniacensis in Anglia, ac illius cęnobii præceptor, homo in colligendis historiis studiosus atque diligens, qui claruit anno Christi 1440. scripsit, duas historias, primam

Historiam breuem quam inchoauit ab anno 1273. & finiuit in anno 1422. quę excusa est Londini anno 1574. in folio, secundam

Historiam longiorem, quę uocatur ab auctore Ypodigmā Neustrię, quę impressa est anno Domini 1574. in folio, Londini.

**S.** **V.** **A**LERIVS Abbas s. Petri Montensis, Hispanus uir doctus, & Sanctus, qui floruit anno 660. sub congregatione Hispanica Mauriana, Vallis clara appellata, tum numeris astricta oratione, plurima ingenii sui monumenta reliquit, inter quæ extat

De uana seculi sapientia, lib. 1.

F. Vffingus, Germanus, monachus Vuerdensis S. Ludgeri, scripsit De uita s. Idæ viduæ, lib. 1. qui est apud Surium die 4. Septeb.

F. Vguetinus, Canonicus primus s. Augustini, deinde monachus Metensis, ordinis s. Benedicti, uir pius & Sanctus, ut eius scripta in dicant, scripsit egregium tractatum de uisione sua terribili, quam in spiritu habuisse se refert, qui excusus, est Parisiis anno 1513, in fol. in libro trium uirorum, & trium spiritualium Virginitum.

D. Victorinus Manso ab Auerfa ciuitate Campaniæ, monachus monasterij s. Trinitatis Cauensis, congregationis Casinensis, alias s. Iustinae de Padua, & nunc eiusdem cong. Abbas, scripsit explicatione

In ecclesiasten Salomonis de uanitate mundi deque solida hominum felicitate: quæ excusa est Colonia apud Cholinum anno 1580. in 12. & 8. & Florentiæ 1580. in 4.

De modo procedendi in causis regularium, liber unum, excusus Venetiis apud Franciscum Senensem, anno 1595. in octauo.

De Harmonia Theologica Patrum & Scholasticorum, tomos aliquot: quorum primus in libro s. uiginti quinque diuinitibus, excusus est Neapoli apud Jacobum Carlinum, anno 1594. in 4.

Viuit Abbas s. Seuerini in ciuitate Neapolis, continue scribens.

S. Vgianus, Scotus, monachus Benedictinus, congregationis Cluniacensis, qui claruit anno 1000. scripsit sermones ad populum.

Do. Vincentius Borghinus nobilis Florentinus, monachus monasterij S. Mariæ Florentiæ, congregationis Casinensis, alias s. Iustinae de Padua, & eiusdem congregationis Prior, scripsit Italice sermones nonnulla opuscula, inter quæ,

De consulis Romanorum uersu heroico Italico, lib. 1. extat Manuscriptus.

- De Imperatoribus Romanorum, lib. 1. extat MS.  
 De familiis nobilium ciuitatis Florentinæ, cum insignibus eorum, lib. 1. extat MS.  
 Et alia nonnulla quæ nondum vidi, floruit anno Domini 1560.  
 Do. Vincentius Campanus, Neapolitanus, monachus s. Seuerini Neapolis congregationis Casinenfis, alias S. Iustine de Padua, scripsit Collyrium mentis de nominibus Christi, lib. 1. qui excusus est Neapoli apud Io. Mariam Scottum an. Domini 1562. in 8.  
 Fasciculum Myrrhæ, lib. 1. qui utrum excusus sit, nescio.  
 Obiit anno Christi 1571.  
 D. Vualafrius, Germanus, a vitio oculorum, Strabo cognominatus, monachus, & Abbas duodecimus monasterii Augiæ diuitis, congregationis Luxouienfis, creatus anno Domini 842. plura scripsit tam metris, quam prosa, inter quæ  
 De uita s. Galli Abbatis lib. 1. excusus apud Surium die 16. Octobris  
 De uita eiusdem metrice, lib. 1.  
 De uita s. Othmari Abbatis, lib. 1. excusus est apud Surium die 16. Nouembris.  
 De officiis diuinis, siue de exordiis & incrementis rerum ecclesiasticarum, lib. 1. qui excusus est Romæ, cum aliis auctoribus de eadem re, anno Domini 1590. in folio, & Venetiis in speculo missæ Nicolai Artifici, anno 1572. in 8. & Colonia, anno 1568. in fol. & Parisiis in Tomo 4. Bibliotheca SS. Patrum.  
 De comparatione mundanarum, & ecclesiasticarum dignitatum, lib. 1.  
 Epistolarum ad diuersos, lib. 1.  
 Obiit in monasterio suo an. Domini 849. regiminis Abbatialis, an. 8.  
 A N N O T A T I O N E S  
 Putat Trittemius floruisse an. 700. & Abbatem s. Galli fuisse. At patet ex c. 8. libri de exordiis rerum eccles. ubi de Ludonico Pio Imp. & ex cap. 22. ubi de Carolo Magno fit mentio, eo, quo diximus, tempore claruisse, vt ex chronico quoque Hermannii Contracti apertissime liquet, & a nemine alio Abbas S. Galli uocatur, quam ab ipso Trittemio, sed semper Diuitis Augiæ.  
 F. Vuandelbertus, Germanus, Diaconus, & monachus monasterij Sancti Saluatoris Prumiensis, congregationis Luxouienfis, qui claruit anno 850. scripsit,

De

De uita s. Goaris presbyteri, lib. 1. excusum ambo apud Suriū,  
De miraculis eiusdem, lib. 1. die 6. Iulii.

Martyrologium metricè, lib. 1. qui excusus est cum Vlu-  
ardo, & annotationibus Ioannis Molani Doctoris Loua-  
nienſis, anno Domini 1573. in 8. Louanii.

F. Vuarmerus, monachus, cognomento Homiliarius, anno Domi-  
ni circiter 1090. scripsit, Homilias ad vulgum.

D. Vuilleramus, Germanus, monachus Fuldenſis, & post Abbas s.  
Petri Mersburgenſis, congregationis Cluniacenſis, qui claruit anno  
1070. scripsit, in Cantica Canticorum

Epithalamion de nuptiis Christi, & ecclesie, ex diuersi gene-  
ris carminibus prosa intermixtis, libros tres, quorum initiū  
est, Cum maiorum studia.

F. Vuirichinus, seu Vuindichinus, Germanus, Saxo, monachus  
cœnobii s. Viti Corbeie Saxonice, congregationis Luxouienſis, qui  
claruit anno Domini 950. scripsit

Passionem s. Teclæ Virginis metricè, lib. 1.

Vitam s. Pauli primi Eremitæ, lib. 1.

Gesta Ottom̄s primi Imperatoris, lib. 1.

Historiam Saxonum, siue Annales, li. 3. qui excusi sunt Basileę  
anno Domini 1532. & Francofurti anno 1577. & 1580. in  
folio, quę posteriores editiones quod ab homine hæreti-  
co in lucem emissa sint, cauenda sunt.

F. Vuolfardus, Germanus, monachus Hasserenſis, composuit

De uita s. Vualburgis virginis & Abbatissæ, lib. 1.

Videtur is esse qui est apud Mosandrum Tomo 7. Suriū, die primo  
Maii.

S. Vuolphelnus, Germanus, monachus s. Maximini Treuiris, de-  
inde Abbas s. Nicolai Brauuilerenſis, congregationis Cluniacen-  
sis, uir tam sanctitate, quam doctrina insignis, scripsit Epistolam  
unam quæ Berengarii errorem egregiè confutat, quæ reseruatur in  
cœnobio suo s. Nicolai. Alia si quæ scripserit, necdum uidi.

F. Vuolstanus, Anglus, monachus Vuintonienſis, congregationis  
Giribennæ, qui claruit anno 970. scripsit

De translatione s. Suuithuni Episcopi, lib. 1.

De Vita S. Etheluuoldi Episcopi, lib. 1. cuius epitome extat  
apud Suriū Tomo 4. die 2. Augusti.

Collegii Socii Jesu Paderb  
1097

Scripto-

*Scriptores de Littera Z. Cap. LXXX.*

D.



ENOBIVS Prologus Florentinus, monachus  
s. Mariæ Florentiæ, congregationis Casinensis  
Abbas, alias s. Iustiniæ de Padua, qui claruit an-  
no 1570. scripsit, Italico sermone nonnulla ope-  
ra, inter quæ

Sermonū ad monachos, li. 1. qui excusus est.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Tractatum familiarium, lib. 1. qui impressus est Florentiæ an-  
no 1572. in 4.

In morte D. Ioannis Baptistæ stellæ Abbatis SS. Faustini & Io-  
uitæ, orationem unam funebrem latinam.

FINIS LIBRI SECVNDI.

